19

7
16-B
19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
6 H
36

Ex Bibliotheca
[illegible]jori Coll. Rom.
Societ. Jesu

80.1.17.

7-16B 19

Digitized by Google

JOHANNIS MOLLERI,
Flensburgensis,

INTRODUCTIO
IN

DUCATUUM CIMBRICORUM, SLESVICENSIS ET HOLSATICI, HISTORIAM,

Chorographicam, Naturalem, Antiquariam, Civilem, Genealogicam, Ecclesiasticam & Literariam, tam Vetustiorem, quam Modernam, tam Universalem, quam Particularem singularum in illis Regionum ac Civitatum,

Notitiam item Legum Provincialium ac Municipalium, & Controversiarum illustrium atque Sacrarum,

QUADRIPARTITA:

Scripta, quibus illorum Topographia, Historia, Archæologia, & Jura Ἐπιχώρια, vel comprehenduntur, vel illustrantur, Publica atque Privata, Prisca atque Recentiora, Edita, Jnedita ac Deperdita, concinno ordine enumerans, & præcipuorum Historiam paulo accuratius percensens.

Accedit

PRÆFATIO NOVA, tum alia Scripti hujus exhibens παραλειπόμενα, tum *Chersoneso* imprimis *Jutico-Holsaticæ* priscum *Cimbricæ* Agnomen, contra Olaum Rudbeckium & Joh. Dan. Majorem, inclytam Cimbrorum Veterum Gentem, in Fines Sveciæ Extremos, perperam relegare ex illa conatos, breviter quidem, sed solide tamen, asserens.

HAMBURGI,
Sumptibus GOTHOFR. LIBEZEITII,
A. C. MDCXCIX.

Biblio Sect. Coll. Rom. Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
Digitized by Google

ΤΗ ΛΕΩΦΟΡΩ
ΜΗ ΒΑΔΙΖΕΙΝ.

PRÆFATIO.

MEam hanc, L. B., *Historiam Chersonesi Cimbricæ Isagogen*, ante septennium editam, novo, rogatu Bibliopolæ, *Septentrionis* eam *Eruditi Bibliothecæ* adjuncturi, exornaturus Procemio, cum omnes, quibus locupletari a me posset, de nuperis Rerum Cimbricarum Scriptoribus, Controversiis Illustribus atque Ecclesiasticis Modernis, aliisque Argumentis selectioribus, Observationes, ob harum Copiam, Temporisque penuriam, in illud congerere mihi non liceat, potiores saltem breviter delibare, simulque, de Libri ipsius Fatis, præfari paucula, constitui. *Pro captu* (imo & Affectu) *Lectorum* diverso diversa, judice Poeta inclyto, *Fata habent Libelli*, & mea etiam hæc habuit *Isagoge*, maximam tamen partem Autoris sui Expectatione prosperiora. Non displicuisse eam Eruditis, Judicia, quibus (ut Literas Musagetarum aliquot Patriæ Perillustrium, Hominumque ejusdem, Daniæ, Germaniæ, Bataviæ ac Livoniæ, Doctissimorum, privatas taceam) tum Ephemeridum Literariarum, Recensum ejus exhibenti-

um accuratiorem, Collectores Inclyti, Polyhiſtores ſcil. Lipſienſes (*in Actis Erud., M. Febr. A.* 1692., *p.* 94. 95.) Henr. Baſnagius (*en l'Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, M. Oct. A.* 1692., *Art. II., p.* 20-26.) & Wilh. Ern. Tenzelius (*in Dialog. Menſtr. German., M. Jan. A.* 1692., *p.* 46-61., *ac M. Mart. A.* 1694., *p.* 209-256.), tum Scriptores alii πολυμαθέςατοι Leibnitii, Morhofii, Sagittarii, Bælii, Placcii, Sluteri, Paulini, Mellenii, in ſuis illam publice ornarunt Monumentis, Honorifica me docuere. Quæ uti me, nec iſta, nec Vulgi Literatorum Applauſum, ambitioſe captantem, ſed, Virtutis atque Eruditionis Amorem pulcherrimam ſui ipſius eſſe mercedem perſuaſum, cum Perſio tamen, *ſi ſcribenti quid forte exit aptius*, Laudes Bonorum, qui ipſimet in laude vivunt, ſpontaneas haud faſtidientem, oblectarunt, ita non minorem, iſtorum Autoribus, gratiam a me, Cum Auſonio *Cenſuram Lectoris Periti ferre* aſſveto, & eandem, qua in aliorum Labores utor, ſingula candide examinandi poteſtatem in meos aliis lubenter concedente, imo proprios, vel absque indicio alieno, publice notare ac rétractare haud verito Errores, inierunt, qui, ſuum a meis libere profeſſi diſſenſum, Argumentis iſta idoneis, non Calumniis, aut λογοδιαῤῥοίᾳ futili, oppugnarunt, & παῤῥησίᾳ hac amica dubia atque obſcura ulterius confirmandi aut illuſtranda mihi præbuerunt occaſionem. Beneficio hoc (quidni enim ita appellem?) publice me ſibi obſtrinxerunt Duumviri

viri Celeberrimi, Pet. Bælius ac Wilh. Ern. Tenzelius, quibus tertium adjungerem Joh. Dan. Majorem, Prof. Med. Kilonienſem, niſi felle is, & nigræ loliginis ſucco, diſſentientem a ſe, ob moroſam animi impotentiam, ferre neſcius, Calamum, Criminationes falſiſſimas, ineptiis miſtas, chartæ illinentem, tinxiſſet. Quid huic, quid illis, vel in aliis jam Meletematis meis, *Iſagoge* hac recentioribus, *Homonymoſcopia* ſc. & *Septentrionis Eruditi Bibliotheca*, ſit repoſitum, vel ulterius poſſit regeri, quidnam item Libro huic noſtro adjici, aut in eo, φροντίδων δευτέρων σοφωτέρων inſtinctu, emendari cupiamus, ſequens ejus ſuis docebit Locis *Spicilegium*, cum παραλειπομένοις, Partibus Primæ, Secundæ & Quartæ, jam olim ſubjunctis, conferendum, & ex iis paſſim locupletandum.

Ad P. I., Cap. I., §. 3. *p.* 3. Perperam h. l. eſt traditum, M. Adami *de Situ Daniæ Libellum* in prima etiam *Hiſtoriæ* illius *Eccleſiaſticæ* Editione, ab Andr. Sev. Vellejo Hafn. A. 1579. publicata, inveniri. Omiſſus enim, in illa eſt, non ob Editoris Dani Animum Svecorum Gloriæ invidum, uti Joh. Meſſenius, in *Præf.* ſuæ Edit., falſo (cum non de ſola Svecia, ſed Dania etiam, Norwegia, ac reliquo Tractu Arctoo, parem hoc pacto injuriam paſſis, iſte agat Libellus), teſtibus Amici ad me Literis, criminatur, ſed MSti haud dubie, quod ſecutus eſt Vellejus, Sorani, eodem forte deſtituti, vitio.

Ad P. I., c. 1., §. 4., *p.* 4. Opus Dancwerthianum

num Cenſor illius nuperrimus, J. Dan. Major (im Bevölckerten *Cimbrien*, *c.* 22., *p.* 29. 30.), ob Aſſertiones aliquot parum certas, & Digreſſiones de Gentibus Germaniæ Antiquis *ἀπροσδιονύσȣς*, juſte quidem reprehendit, ob *Ἀμεθόδειαν* autem, ſibimet ipſi familiarem, & Jutiæ Borealis neglectum, Virgula immerito notat Cenſoria.

Ad P. I., *c.* 1., §. 7., *p.* 7. Deſcriptionem Cimbriæ chorographico-Hiſtoricam prolixiorem ſiſtit etiam Pet. Reſenii, JCti Hafnienſis, Atlantis Danici *ἀνεκδότȣ* in XI. diviſi Volumina (de quo *Hypomnemata* noſtra *ad Alb. Bartholini Lib. de Scr. Dan.* *p.* 381. 382. conſulenda), *Tomus IIdus.*

Ad P. I., *c.* 2., §. 4. *p.* 13. 14. Hiſtoriam Cimbriæ Naturalem paſſim illuſtrant Deſcriptiones Muſæorum Regii Hafnienſis, ab Olig. Jacobæo A. 1696., & Wormiani (quod Regio acceſſit) a Poſſeſſore, Olao Wormio, A. 1655., publicatæ, Rariorum illius Corporum ac *Φαινομένων* Phyſicorum Recenſum exhibentes, ac Joh. Nic. Pechlini, Archiatri Holſato-Gottorp., *Obſervationum Phyſico-Medicarum* perelegantium Libri III. Hamb. A. 1691. in 4to excuſi.

Ad P. I., *c.* 3., §. 2., *p.* 16. 17. Priſcorum Cherſoneſi Cimbricæ Populorum Hiſtoriam perſecuti etiam ſunt: 1. *Matthias Schotte*, Danus, in *Commentariolo de Origine Gentis Danicæ, ac Populis, qui Cherſoneſum Cimbricam, terrasque cæteras, Regi Danico ſubjectas, aliquando incoluerunt* (Cimbris ſc., Saxonibus & Dacis), Witteb. A. 1566.

A. 1566. (*in 8vo*) excuso; 2. *And. Sev. Vellejus*, Decanus Ripensis, ἀνεκδότοις suis (*in Promo Condo illorum MS.*) *Ethnographiam Daniæ* (Operis de illa Historici *Partem II.*), & peculiarem præterea *Bellorum*, *quæ*, *in Regnis Exteris*, *imprimis autem cum Populo Romano*, *Cimbri*, *Gothi*, *Vandali*, *Longobardi*, *Normanni*, *Angli seu Vithæ*, *atque Ostmanni nostrates*, *gesserunt*, *Historiam* annumerans; 3. *Joh. Dan. Major*, Ingenio ἰδιογνώμονι, & Conjecturis novaturientibus, plus justo indulgens, in *Tr. de Populorum Cimbriæ Originibus* Germanico (dem Bevölckerten Cimbrien), Plönæ A. 1692. in fol. edito, de quo plura paulo post monebuntur, ac Celeberrimi etiam Tenzelii Recensus illius Historico-Criticus (*in Dial. Menstr. M. Nov. A.* 1695., *p.* 930-989.) meretur consuli.

Ad P. I., *c.* 3., §. 3., *p.* 18. De priscis Peninsulæ nostræ Saxonibus conferatur *Disp.* Conr. Sam. Schurtzfleischii, *de Antiqua Saxonum Dignitate*, Witteb. A. 1698. edita.

Ad P. I., *c.* 3., §. 8., *p.* 23. De Trog. Arnkielii Historia Ethnicismi Cimbrorum Vernacula, Hamburgi A. 1691. excusa, plura invenies *P. II.*, *c.* 1., §. 3., *p.* 3. 4. Henr. Ranzovii Iconismus Monumenti Jellingensis, *h. l.* memoratus, in Pet. Lindebergii *Historica Rerum ab A.* 1586. *ad* 1591. *gestarum Narratione*, Hamb. A. 1591. in 4to edita, occurrit.

Ad P. I., *c.* 3., §. 10., *p.* 25. 26. Antiquitatum Cimbriæ, ac Septentrionis reliqui, Historiam passim illustrant, dum λείψανα hujus generis,

in Pinacothecis Danicis & Cimbricis obvia, recensent, Olig. Jacobæus in Musæi Regii Hafniensis, Ad. Olearius in Holsato-Gottorpiensis, & Ol. Wormius in proprii, Descriptionibus. *Taurum Cimbricum, seu Lib. de Animalis hujus, apud Cimbros Veteres, Populosque Boreales, Cultu & Adoratione* pollicetur Thom. Broderus Bircherodius, Eloqv. in Gymn. Fioniæ Ottoniensi Professor, Rem etiam eorundem Nummariam, *in Historia*, quæ Lipsiæ jam excuditur, *Danorum Nummaria, ab antiquissimis temporibus, ad Dynastiæ usque Oldenburgicæ initium, perducta*, post Joh. Mulenium, Olig. Jacobæum (*in Musæo Regio Hafniensi*) & Ott. Sperlingium Jun. (in Laboribus hujus Argumenti ἀνεκδότοις, de quibus V. *Addenda Partis IV. p.* 638.), illustraturus. De Re Majorum Nostrorum Vestiaria Sperlingius in Brevi (quod *Nova Literaria Lubecensia, M. Nov.* 1698., exhibent) *de Vestitu Danorum Veteri Schediasmate*, & *Opusculo*, quod *promittit*, *de Braccis Veterum*; de Funeribus autem & Sepulcris eorundem Joh. Dan. Major, in Digressione *Libri de Populorum Cimbræ Originibus* (des Bevölkerten Cimbriens) Vernaculi prolixa & curiosa (*a c.* 27. *ad* 51.), ac M. Trogillus Arnkielius, Præpos. Apenradensis, in den Cimbrischen Heyden-Begräbnissen/ seu Libris IV. de Cimbrorum Veterum Exequiis, Tumulis, Urnis & Inscriptionibus Sepulchralibus, itidem Germanicis, Hamburgi hoc ipso A. 1699. prodituris, merentur consuli.

Ad P. I., c. 3., §. 11., *p.* 26. 27. Linguam Cim-

Cimbrorum & Saxonum Heroam, Belgicamque ejus Sobolem, maternæ puritatis ac gravitatis, præ Sororibus cœteris, tenacissimam, Matrem Linguarum esse reliquarum omnium communem, Seculo jam superiore, asseruerunt Joh. Goropius Becanus, Med. Antwerpiensis (*in Hermathena*, *Hieroglyphicis*, *Gallicis*, *Francicis*, *Hispanicis*, Scriptisque aliis Posthumis) & Ant. Ricciardus, Brixianus (*in Tr. Ital. della Precedenze della* Lingue, de quo V. Leonh. Cozzandi *P. I. della Libraria Brescania p.* 46., & ex ista, *Acta Erud. Lipſ.*, *M.Oct. A.*1695.*p.* 472.) ipsam etiam Hebræam Filiabus ejus accensentes, hisque propemodum ὁμόψηφος, ac soli illam Hebrææ postponens, Adr. Schrieckius Rodornius, Alberti & Isabellæ, Belgii Principum, consiliarius (in Opere peculiari, Ypris Flandrorum A. 1615. ac 1620. excuso, de quo Schottelius *in Tr. de L. Germ.f.* 1160. 1161. *& seqq.*, ac Christoph. Grafius *in Dyota Sacra p.* 52. 53. consulendi Sententententiam hanc illorum, si ad Latinam, Græcam, cœterasque Europæas ac Boreales restringatur & a Goropii Ineptiis Etymologicis repurgetur, non adeo, ac vulgo creditur, esse absurdam, Linguæque Cimbro-Saxonicæ Matris istarum, veterisque etiam Arctoæ (cui Ol. Rudbeckius, Georg. Stiernhelmius, D. Verelius, ac Joh. Dan. Major, Filiam supra Matrem evehentes, prærogativam hanc incassum vindicant) Titulum Jure deberi, e Puritate & Simplicitate ejus mascula atque incorrupta, Monosyllaborum, nulla vo-

calium geminatione, aut in Diphtongos Mutatione, Svedicæ, & Borealium reliquarum, Novitatem ἀναντιρρήτως (invito licet Rudbeckio) prodente, corruptorum, Multitudine, aliisque Canonibus de Linguarum ac Vocum derivatione Etymologicis, a Rudbeckio (*T. I. Atlant., c. 2.*) ac Morhofio (*P. I. Tr. de Lingua ac Poësi German.*) inculcatis, haud difficulter potest ostendi. Expectamus has pro Idiomate patrio vindicias a Gerh. Meyero, Theologo Urbis Bremensis Celeberrimo, *Glossarium*, teste Ergodiocta istius, illustri Leibnitio (*in Præf. Accessf. Histor.*) moliente *Saxonicum*, & Henr. Muhlio, Antistite Cimbriæ nostræ ex eadem Civitate adoptivo, Justum *de Dialecti Holsatica ac Cimbrica, Saxoniaque Inferioris, Antiquitatibus* Volumen, in Procemio Diatribæ *de Linguarum variarum Origine* Auspicialis, A. 1692. Jam pollicito, conferri interim, de ejus præ Dialectis Germaniæ cœteris Prærogativa, merentur *Novorum Literariorum Lubecensium* Collectores, nostrum de eadem Judicium, *h. l.* expositum, suo approbantes Calculo, *M. Aug. A.* 1698. *p.* 147. 148., & Natan Chytræus, Philologus Acad. Rostoch. eximius, in Epistola, qua A. 1582. Ducibus Holsato-Gottorpiensibus Junioribus *Nomenclatorem* suum inscripsit *Latino-Saxonicum*, Dedicatoria. In hac ille Svevus licet, ac e superiore oriundus Germania, post cordatam in ἀλλοτριομανίαν nostratium Invectivam, Linguam Cimbricam, ob *grave illud & masculum, quod in Virili ejus pronuncia-*

tione

tione animadvertitur, extollit, & *talem esse*, *quæ & cum plerisque aliis Germanicæ Idiomatibus certare*, *nonnullisq;* (quorum *Sibilos*, *Flatus*, *Hiatus & Ineptias* reprehendit) *etiam non immerito possit præferri*, imo cum Attica, Dialectorum Græciæ elegantissima, quoad τῦ Sigma in Tau Mutationem, non parum habere Cognationis, vere affirmat.

Ad Cap. III. §. 12. *p.* 28. 29. Ol. Wormii *Diss. de Cornu Christ. V. Aureo* Danice etiam, Interprete Pet. Hermanno, Hafn. A. 1644. in 4to prodiit. De Pet. Winstrupii Jun. *Cornicine Danico*, ejusdem inventi occasione A. 1644. edito, Conf. nostra *ab Alb. Barthol. de Scr. Dan. Hypomnemata p.* 392. De eodem etiam, ni fallor, agit MStum Biblioth. Gottorpiensis Vernaculum Ἀνώνυμον vom himmlischen hochgüldenen Heiden-Horne/ quod e Catalogo illius mihi innotuit.

Ad Cap. IV. §. 1.-6. *p.* 30.-37. De Saxone, Huitfeldio, & cæteris Rerum Danicarum Scriptoribus, obiter h. l. commendatis, & pluribus aliis omissis, fusius a nobis est actum in *Hypomnematis* ac *Spicilegio ad Alb. Bartholini Lib. de Scriptis Danorum*, consulique, ubi prodierit, itidem poterit D. Ott. Sperlingii Jun. *Catalogus Historicorum Daniæ ac Sveciæ ἀνέκδοτος*. De Saxone, & Nicolao Sorensi (quem Claud. Lyschander, *in Catal. MS. Scriptt. Dan.* Perperam *Olaum* vocat, Monachumque fuisse Cisterciensem, & circa A. 1481. obiisse, testatur) Conf. etiam *Addenda Partis I. p.* 284. 285. *& Partis IV. p.* 638.

Ad Cap. IV. §. 6. *p.* 36. And. Sev. Velleji *Chronologia*

nologia Danica Tripartita Sex Operis de Rebus Danicis Historici (*in Chronographiam*, *Ethographiam*, *Historiam*, *Genealogiam Regiam & Chronologiam*, divisi) Tomorum ultimum constituit ac ab O. C. ad Christ. IV. Imperium est perducta, uti ipsemet, *P. I. Promi Condi* Ἀνεκδότων *suorum MSti*, testatur. De Steph. Joh. Stephanii & Claud. Arrhenii Operibus de rebus Septentrionis Chronologicis Ἀνεκδότοις *Partis IV. Addenda p.* 638. 639. consule. *Cap. V.* §. 1. *p.* 42. *lin.* 16. lege *A. M.* 3859.

Ad Cap. V. §. 2. *p.* 44. De Hiatu hoc IV. ferme Seculorum, post Longobardorum e Septentrione Exitum, Historiæ Danicæ cum Norwagica communi, confer Jonæ Rami *Norvegiam Antiquam & Ethnicam*, Christianiæ A. 1689. editam, *C. V. p.* 48. 49.

Ad Cap. V. §. 4.-8. *p.* 46.-53. Digressionem hanc nostram pro Chersoneso Patria, vera Cimbrorum veterum sede, contra Olai Rudbeckii, in Provinciam eos Svecicam *Kimi*, Lapponiæ & Mari Albo, in extremis Europæ Finibus, conterminam, *T. I. Atlantica*, cap. XXI. (p. 521.-531.) perperam ex ista translocantem, nec non Appendicem ejusdem, in *Addendis Partis IV.* (*p.* 642. 643.) obviam, suoque *Atlanticæ*, *vel Regnorum Septentrionalium in Achate Albo expressorum*, *Prodromo*, Kilonii A. 1691. edito, Sententiæque Rudbeckianæ patrocinante, oppositam, Joh. Dan. Major, Med. D. & Prof. Kiloniensis, in *Libro de Populorum Cimbriæ Originibus* Vernaculo

(dem

(Dem bevölckerten Cimbrien) Plœnæ A. 1692. in fol. excuso, suppresso licet Nomine meo, impugnavit. In isto, Argumentorum suorum infirmitati Calumniis ac Maledictis laturus suppetias, tum alia complura, in me injuria, *Cap.* 75. & 77. dicacitate inani, & fastu Animi impotentis supercilioso, chartæ illevit, responso, ob vanitatem suam, & quod cum defuncti Manibus luctari non lubeat, indigna, tum, *Cap.* 77. mihi ex Verbis *Isagoges*, *h. l. p.* 47. *lin.* 13.-21., obviis, animo malitioso, & vindictæ in Certamine Literario indecoræ Cupido, Diras in Gentem Svecorum inclytam, tenebris *h. l.*, uti criminatur, devotam Tartareis, execrabiles, affinxit. Cui Criminationi falsissimæ, & in famam meam summopere injuriæ, in Itinere paulo post Fatali Arctoo, in ipsa etiam Aula Svecica, non Magnatibus solum sed Reginæ etiam serenissimæ, & ob Virtutes Heroicas post fata quoque Inclytæ, audacter coram obtrusæ, ab ista autem ad Fratrem Augustissimum, Christianum V., Danorum Monarcham, quamvis dubitanter, delatæ, quoniam & tunc, Regis mei Clementissimi jussu, Apologia Germanica, ipsi d. 3. Jul. A. 1693. Hafniam transmissa, ac inde confestim Holmiam, ad retundendas Adversarii Calumnias, ablegata, & nuper etiam, coram orbe Erudito, *in Hypomnematis ad J. Schefferi Sveciam Literatam, Bibliotheca Septentrionis Eruditi* insertis, *p.* 419.-424. est responsum, ac Falsitas ejus ὀφθαλμοφανερῶς ostensa, nihil *h. l.* ulterius regeretur. Solis Respon-

ſponſum adhuc debeo Argumentis ejus pro Sententia de Cimbris Rudbeckiana, quæ *exigui eſſe ponderis*, *& vel ex propriis illius Hypotheſibus*, *ob contradictiones crebras*, *facile convellenda*, *in Hypomnematis* modo allegatis *p.* 421. monui, & jam perbrevi eorundem Examine, ſepoſitis prolixis, quæ ad Controverſiam hanc non ſpectant, Digreſſionibus (a Celeb. Tenzelio, mihi in Certamine hoc ὁμοψήφῳ, in Libri totius Recenſu, Dialogis Menſtruis A. 1695. M. Nov., inſerto, ad Lapidem Veritatis Lydium exactis) oſtendam. Præmoneo autem, non fore mihi ullam, vel cum Rudbeckio vel cum MAJORE, Controverſiam de *Cimmeriis*, qui, ab Homero, cœteriſque Mythologis Paganis, Tenebras Regioni illorum affingentibus perpetuas, paſſim memorati, Sedes cum Cimbris nunquam habuerunt communes, ac, ob ſolam Nominum affinitatem, a Rudbeckio, aliiſque Veteribus ac Modernis, cum iiſdem ſubinde confunduntur. Licet enim, Tauricæ eos Cherſoneſi, & Scythiæ Septentrionalis, ad Pontum Euxinum, Paludem Moeotidem & Boſphorum, qui utrumque Mare conjungit, Cimmerium, in Aſiæ atque Europæ confiniis, fuiſſe Incolas, cum Geographis accuratioribus, ſim perſvaſiſſimus, & a Rudbeckio, in Kimæam Svedicam, errore non minori, quam ab Ephoro (apud Strabonem *Lib.* 5.) Servio (*ad l.* 6. *Æneid. p. m.* 450. 451.) & Feſto Pompejo (ap. Lud. Carrionem *in Notis ad Val. Flaccum p.* 315. 316. & Joh. Henr. Pflaumerum *in Mercur. Ital. p.* 530. 531.) in Campaniæ

niæ Valles ac Speluncas ſubterraneas, a Georg. Carletono autem (*in Epiſt. peculiari ad Guilh. Cambdenum, A.* 1691. *inter Cambdenianas, num.* 80. *excuſa*, apud Joh. Clericum *T. XXII. Biblioth. Univ. Hiſtor. M. Jan. A.* 1692. *p.* 64. 65. 66.) in Britanniam ſuam, Serenitate raro gaudentem, translocari arbitrer, quo minus tamen Ingenio ſuo Rudbeckius hic indulgeat, & Tenebras illorum Regno vindicet patrio, dummodo cum Cimbris non confundantur, impediturum me haud eſſe, *P. I. Iſag. c.* 5. *p.* 47. Jam ſum profeſſus, & denuo hic profiteor. Sed nec prætereunda nobis eſt Quæſtio, fuſe a Majore ventilata, quo itinere, e Tractune, ut ipſe credit, Arctoo, an vero Auſtrali, primi, inter Cimbros veteres, Cherſoneſi noſtræ Habitatores, Gomeritæ *h. l.* ex Sententia vulgo recepta (quam, licet incertam, & *Parte* idcirco *I. Iſag. c.* 3. *p.* 14. 15. rejectam, longe tamen probabilius his Nomen iſtud vindicare, quam a Majore idem, *C.* 15. *p.* 20. Semi atque Chami Poſteris, invita & contradicente Genealogia Noachidarum Moſaica, inditum eſt, fatemur) cum ipſo, vocandi, in eam ſint delati. Ipſe, pro immigratione illorum ex Oris Septentrionalibus, operoſe & *in Prodromo Atlantica* (*c.* 14. 15. 16.) & in *Lib. de Originibus Populorum Cimbriæ* Vernaculo (*a cap.* 9. *ad* 26.), depugnat, &, Artis forſan ſuæ (quam *c.* 94. *p.* 153. 154. extollit) *Combinatoriæ*, quæ in Hiſtorcis controverſa ſunt & incerta probabiliter definientis, Specimen exhibiturus, ex ſolis Ingenii proprii

Con

Conjecturis, nullo Veterum suffragante, utrobique longinqui Partis Gomeritarum maximæ, ex Asia, per Scythiam Minorem, Sarmatiam, Lituaniam, Finnlandiam, Careliam, Bothniam & Lapponiam, in Kimæam Svedicam Itineris, inde postea, per coeteras Regni Svedici Provincias, & danici Insulas, in Jutiam ac Ducatum Slesvicensem continuati, Hodoeporicon prolixum tanta nobis obtrudit confidentia, ac si Ductoris Coloniæ istius Anima μετεμψυχώσει Pythagoræa in Corpus suum immigrasset. Sed tale illud est, cui merito ipsiusmet, de Lindebrogiana Cimbrorum ex Illyrico in Scythiam Minorem Immigratione Judicium (*c. 58., p. 96.; Es ist mehr möglich / als beweißlich*) / ac Αἴτημα, quo a Dancwerthio (c. 5, p. 5. 6. ut Iter suum Gomeritarum, e Livonia & Prussia, in Chersonesum nostram maritimum idoneis confirmaret Testimoniis (daß er mit allem Fleisse / und gehörigem Nachdrucke glaubwürdiger Nachricht / hätte erörtern sollen / zu welcher Zeit solche Wasser-passage der Gomeriten nach Jütland herüber geschehen sey) / postulavit, Historici esse, non quæ fieri potuerint, sed, quæ revera facta sunt, exponere, memor, oggeras. Ea certe trium, quibus fidem ei conciliare nititur, Argumentorum est infirmitas, ut cordatum movere queant neminem. Primum, quod à Vestigiis Nominis Cimbrici, in Locis aliquot Jutiæ non minus, quam in Kimæa, Svecia & Scania, reliquis, *c. 26.* depromit, Onomatologicum debile ac futile esse, Exemplis com-

compluribus Affinitatis Nominum istiusmodi Propriorum, Gentibus ac Locis, toto Cœlo diversis, communium (Venedorum sc. & Venetorum, Transsylvanorum & Transisalanorum, Kiliæ Cimbricæ, duarumque ejusdem Nominis, ad Ostia Danubii, in Mare Euxinum undas exonerantis, Urbium, uti & Regni in America Chilensis, &c.) Ipsemet c. 2. p. 2., iis, quæ, eodem Spectantia (*P.I. Isag. cap. 3. p. 15. & P.IV. p. 643.*) ego monui, dum contra Dancwerthium, propriarum immemor Hypothesium, disputat ὁμόψηφος, operose ostendit. Quod si vel maxime, ex Nominibus istis Propriis Regionis, Urbis, Montis ac Fluvii *Kimi*, Promontorii Europæ Extremi *Kibbernäs*, sive *Nordkim*, Portus Scanici *Zimmershafen*, Locorumque Sveciæ reliquæ, *Kimbertuna*, *Simrid*, *Kimboför*, *Cimersive*, a Rudbeckio (*T. I. c. 21.*) ipsoque hunc secuto (*c. 23. & 24.*) congestis, levicula Cimbrico affinibus Paronomasia, Cimbros Sveciam aliquando inhabitasse, largirer, posse colligi, probabilius tamen est, illos priscis Ævi ἀδήλȣ temporibus, e Tractu Peninsulæ nostræ, multis itidem Locorum Nominibus, in quibus Cimbrici supersunt vestigia, Propriis, fatente Adversario, gaudentis, Australi ac mitiore, in Sveciam, quam e Tractu hujus Frigido atque Arctoo in illam migrasse. Secundum pro Originibus Cimbrorum nostratium Arctois, Argumentum Adversario, eod. *c.* 26., subministrant Nomina Appellativa ac Verba in Cimbrorum Svecorumque Idiomatis, vel plane

eadem, vel sibi invicem affinia, quotum XIV. tantum exhibuit, sed plura centenis addi posse gloriatur. Verum iste quidem Numerus tantillus est, ut e Linguis etiam toto cœlo diversis facile queat congeri,& Harmoniam saltem fortuitam arguat. Largimur autem lubentes, ex Nostratium Svecorumque Linguis talium longe plures coacervari posseCenturias,imo arctaadeo illas jungi cognatione, ut, alteram alterius esse Matrem, dubitari nequeat. Deberi vero Prærogativam Maternam Cimbricæ, Svedicamque & Boreales reliquas, ejus esse Filias, a priscis haud dubie Cimbrorum Coloniis Tractui Arctoo illatas, Characterum Linguæ primævæ Rudbeckianorum (*T. I. Atl. c.* 2.) omnium ad nostram Applicatio confestim ostendet, & vel sola evincit Monosyllaborum ejus, solis ferme Vocalibus simplicibus animatorum, in Svedicis autem Vocibus vel novis Literis ac Terminationibus, vel Diphtongis ac Triphtongis, auctorum atque interpolatorum, Multitudo. Speciminis Loco quatuor Monosyllaborum, & quorundam etiam Dissyllaborum, ejusdam Significatus, Cimbricorum ac Svedicorum, παραλλήλως collocatorum, subjungam Enneadas Centuriis compluribus facile augendas, & Lectoribus, num illa ab his, an vero hæc ab illis, descendant, Judicium transscribam:

God Gudh (Deus).
Welt Wärlden (Mundus).
Minsk Mennisskia (Homo).

See

See Siö (Lacus).
Gold Guldh vel Gullet (Aurum)
Sülver Silfwer (Argentum).
Leven Lifwet (Vita).
Dod Dödh (Mors).
Volck Folcket (Populus)
Nam Nampn (Nomen).
Sprak Spraak (Lingua).
Grov Grufwa (Fovea).
Leer Laran (Doctrina).
Bild Belete (Imago).
Hilig Helga (Sanctus).
Skön Skiönt (Pulcher)
Rein Reena (Purus).
Keck Kiäck (Audax).
Elf Elfwa (Undecim).
Half Halfwa (Dimidius).
Fremd Fremmande Peregrinus).
Kemper Kiämpar (Pugil).
Ick Jagh (Ego).
Welck Hwilcka (Qui).
Roven Röfwa Prædari).
Graven Gräfwa (Fodere).
Wil Willia (Volo).
Geven Gifwa (Dare).
Hebben Hafwa (Habere).
Bliven Blifwa (Manere).
Büen Byggia Condere).
Skriven Skrifwa (Scribere).
Laven Låfwa (Pollicere).

Dencken tanckia (Cogitare).
Even áfwen (Æque).
Alleen Alleenast (Solum).

Non minus debile est Argumentum, quod a Tumulorum Urnarumqe Veterum Sepulchraliun Svedicarum & Cimbricarum, Supellectilisque variæ, in istis repertæ, Similitudine mutuatur, & (*a c. 27. ad* 51.) Observationibus curiosis prolixe illustrat, Tertium. Nec enim, in solis Chersenesi nostræ Tumulis atque Urnis, ista cum Arctois Similitudo observatur, sed in Sarmaticis etiam & Germanicis Regionum tum aliarum, tum Mari Balthico confinium, per quas Gomeritæ primi in Patriam nostram haud dubie immigrarunt. Silesiacos certe, Polonicos & Brandeburgicos Cimbricis esse geminos, Ipsemet, *c.* 19. *p.* 24. 25. fatetur, ulteriusque post J. Chr. Becmannum (*P. II. Memorandorum Francofurtanorum p.* 9.-16.) confirmant Jac. a Mellen, *in Historia Urna Sepulchralis Sarmatica*, Jenæ A. 1679 edita, & Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialog. Menstr. Germ. A.* 1696. *M. Jul. p.* 648.-655. *& M. Aug. p.* 720.-731. de Lusaticis etiam, Misnicis ac Thuringicis, consulendi. Nec proinde causam Adversarius habuit Nostratibus, tanquam a Svecis acceptos, exprobrandi Ritus ac Tumulos Funebres, quos illi, si non primi, per Colonias suas, in Septentrionem invexerunt, certe non cum solis Arctois, sed Populis etiam Australibus, Germanis, Sarmatis ac Venedis, communes habuerunt. Si porro Iter hoc Gomeritarum in no-

stram

ſtram e Septentrione Cherſoneſum, tribus, quæ confutavimus Argumentis a Majore fruſtra defenſum, paulo conſideremus accuratius, quo minus ei fidem habeamus, nos ſufflaminant, tum profundum de illo apud Veteres univerſos Silentium, tum tanta ejusdem Longinquitas, ut quadruplo illud terreſtri ex Oris Auſtralibus longius eſſe, ipſemet, *c.* 19. *p.* 25. fateri ſit coactus. Sed & obſtat eidem Navigationis Antiquorum, Littora tantum legere Solitorum, quam ipſe (cum Rudbeckio, vetuſtiſſimas in Sveciam, & ex Svecia Navigationes paſſim crepante, ægre conciliandus) usque ad Alex. M. ævum extendit, & *c.* 5. 6. 7. atque 8. contra Dancwerthium fuſe aſtruit, Tenuitas ac Difficultas, Maris Germanici, Sinus Codani, & Freti inter Fioniam ac Seelandiam Danici, Anguſtia olim majori, Jutiæ autem Borealis minori a Norwagico Littore diſtantia, & continentis ejusdem Orientalis cum Fionia, Langelandia & Alſia, Scaniæque cum Seelandia, Lalandia, Mona & Falſtria, per nulla, uti fingit, tunc Freta ſejunctis, Unione, quam, ceu Dictator Naturæ *αὐτοχειροτόνητος*, absque ullis veterum Monumentorum Suffragiis *c.* 52. credendam inculcat, ſed *nec pueris, niſi qui nondum ære lavantur*, perſvadebit, neutiquam tollenda. Quis porro credat Gomeritas, Cœlo clementiori aſſvetos, in Tractum Europæ Borealem immigrantes, Latus ejusdem extimum, perpetuo frigore, & Tenebris, quas Rudbeckius illi aſſerit, Cimmeriis, horridum, quod Flacco (*L.*

 1. *Od.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1. *Od.* 22.) Judice, *æstiva auræ, pigris campis ignotæ, non recreant, sed nebulæ, malusque Jupiter, urgent*, primum occupasse, & non Regiones potius ejusdem Austro viciniores, mitiorique Cœli & Soli gaudentes temperie, habitandas sibi solas elegisse, donec, aucta paulatim suorum multitudine, novas in Frigidiores, ac Polo Arctico Propiores, ablegare Colonias insuperabilis eos cogeret necessitas? Quis persuaderi sibi patiatur Cœtum illum Gomeritarum minorem, quem, a Palude Moeotide, per Borysthenis, & Flaviorumvicinorum, Littora progressum, versus Sinistram se convertisse, & per Podoliam, Russiam Lituaniam, Livoniam, Curlandiam, Prussiam, Pomeraniam & Ducatum Megapolitanum, in Wagriam & Holsatiam nostram, sine navibus, itinere terrestri, penetrasse, Major ipsemet, *c.* 19. & 21. (*p.* 24. - 27.) contendit, postquam Chersonesi hujus Partem Australem occupaverat, Borealem, ista, nec Soli fertilitate, nec Aeris temperie, inferiorem, incultam reliquisse, donec longo temporis intervallo, Gentilium suorum, in Kimæam, Lapponiam & Sveciam, digressorum, Posteri in eam transfretarent, seque ipsi Vicinos obtruderent? Quis non probabilius longe esse fateatur, Gomeritas istos Holsaticos Chersonesum nostram ingressos, totam eam confestim sibi vindicasse, & dein, accrescente suorum Numero, in Insulas Danicas, & reliquos Septentrionis Tractus, serius haud dubie Peninsula nostra inhabitatos, Colonias suas ablegasse?

His

His motus rationibus, Originibus Incolarum Cimbriæ primorum Arctois non posse me suffragari, sed Itineris, quo Gomeritas Christ. Cilicius ὁ ψευδώνυμος, sive Henr. Ranzovius, Prorex Patriæ ἱστορικώτατος, Elogio *Hodegi* illorum *egregii* ab ipso Majore (*c.* 18. *p.* 23.) ornatus (*L.* 1. *Hist. Belli Dithmarsici p. m.* 428.) a Bosphoro Cimmerio, per regiones propinquas, Russiam, Lituaniam, Livoniam & Borussiam, cœterasque Mari Balthico conterminas, & Austro nostra propiores, in Peninsulam hanc universam deduxit, Seriem maxime judicare probabilem, lubens fateor. Quod si, in ista Ævi ἀδήλȣ Caligine, e Monumentis Septentrionis antiquioribus, Historiam Mythologiæ miscentibus, lucem aliquam Disceptationi huic, Rudbeckii & Assecla-rum, exemplo, fœnerari nobis fas est, eandem Gomeritarum, e Tractu Australi, in Chersonesum nostram, & Daniam, immigrationem confirmant Annales Gotlandorum pervetusti, e quibus M. Nicol. Petræus, Præpositus sec. sup. Monensis, *in Cimbrorum & Gothorum Originibus*, *Lib.* 1. *p.* 2. 3., Gomerum II. Thogormæ Filium, & Gomeri I. Nepotem, A. O. C. 1850. e Bosphoro Cimmerio, per Russiam, Lituaniam, Livoniam Borussiam, & vicinas Regiones, in Chersonesum Septentrionalem, quæ ab ipso Cimbrica est dicta, cum Cimbris suis, narrat, esse profectum. Sed nec parum ei, apud Fabularum Borealium Amasios, conciliabit Autoritatis *Eddæ* Snorronis Sturlesonii Islandicæ (*in Prologo c.* 3.) de Othini

 Se-

nioris, & Exercitus ejus Asiatici, Itinere Arcoo eadem serie ex Oriente in Saxoniam initio Westphaliam & Franciam, hinc in *Reidgotolandiam* sive Jutiam, inde autem porro in Svithiod sive Sveciam, ac tandem in Norwegiam, instituto, Narratio. Nec obstant ei, quas Vir. eruditiss. in Literis mihi amicis objecit, Populorum Borealium e Scandinavia, *Gentium* secundum Jornandem, *Vagina*, decantatissimæ versus Austrum Migrationes, post 4. ferme annorum Millenarios ab O. C. jam elapsos demum cœptæ, sed perpetuo deinceps continuatæ, cum Septentrio tunc, quos olim, e Chersoneso nostra, & vicinis regionibus obtinuerat Habitatores, aucta intra Seculorum complurium decursum, illorum Multitudine, eadem qua acceperat, via, in reliqvum Orbem iterum effudisse videatur. Verum, ut in Viam e παρεκβάσει redeamus longiuscula, quæcunque hactenus, pro Incolarum Cimbriæ primorum e Tractu Australi Ortu & Migrationibus, probabiliter sunt disputata, nemini, tanquam certa, & extra dubitationis aleam posita, obtrudimus, sed eo tantum fine attulimus in medium, ut quam lubrico musteæ Rudbeckii & Majoris Opiniones, in tot Gentes injuriæ, fundamento innitantur, quamve proclive sit, vel e Propriis illorum Hypothesibus, ac Monumentis Septentrionis, quæ tanquam Oraculo jactant ἀναντίῤῥητα, fabulosis, earundem ostendere falsitatem, oculatis quibusvis, nebulisque πατριδομανίας & Præjudiciorum haud occæcatis, pateat. Pergimus

mus jam ad ipſam de Cimbris, in Expeditionem contra Romanos profectis, illorumque Sede patria, Controverſiam. A nobis hi, in *Iſagoge*, Peninſulæ Jutico-Holſaticæ, Cimbricæ ab iis adeptæ Agnomen, Teſtimoniis luculentis Ptolomæi (*Cherſoneſo* eos, *a Saxonibus in Boream, inter duo Maria, Britannicum & Germanicum, procurrenti,* aſſerentis) Taciti (*Germaniæ* illos *Sinum, Oceano proximos, tenuiſſe* perhibentis) Luciique Annæi Flori & Strabonis (ingenti eosdem Inundatione, ut natali excederent peninſula, novasque ſedes quærerent, eſſe compulſos, tradentium) ſunt vindicati. Quæ cum in illam, bimarem, Saxonibus proximam, crebrisque Inundationibus & olim, & hoc Seculo, infeſtatam, optime quadrent, merito Geographi & Hiſtorici accuratiores univerſi, Indigenæ pariter atque Exteri, hanc Cimbris Sedem aſſignarunt, noviſſimeque Sympatriota Majoris inclytus, Dan. Caſparus a Lohenſtein, in prolixu Expeditionis illorum, quam *Operi Vernaculo de Arminii & Thusneldæ Amoribus Heroicis* Mythiſtorico Illuſtri, A. 1689. edito (*T. I. Lib.* 6.*p.* 899.-926.) intexuit, Hiſtoria, Heroibus eorundem ac Strategis ἐξοχωτέροις, fictione Poetica, hanc ob cauſam, Nobilium noſtratium (Alefeldiorum, Buchwaldiorum, Brockdorfiorum, Qualiorum &c.) Nomina Gentilitia, tanquam propria, imponere non dubitavit. Primi hac Heroæ Sobolis Prærogativa Cherſoneſum noſtram defraudare nuper, operoſe quidem ſed incaſſum, allaborarunt Ol. Rudbeckius &

.aioris, & Exercitus ejus Asiatici, Itinere Ar-
.coo eadem serie ex Oriente in Saxoniam initio Westphaliam & Franciam, hinc in *Reidgotolandiam* sive Jutiam, inde autem porro in Svithiod sive Sveciam, ac tandem in Norwegiam, instituto, Narratio. Nec obstant ei, quas Vir. eruditiss. in Literis mihi amicis objecit, Populorum Borealium e Scandinavia, *Gentium* secundum Jornandem, *Vagina*, decantatissimæ versus Austrum Migrationes, post 4. ferme annorum Millenarios ab O. C. jam elapsos demum cœptæ, sed perpetuo deinceps continuatæ, cum Septentrio tunc, quos olim, e Chersoneso nostra, & vicinis regionibus obtinuerat Habitatores, aucta intra Seculorum complurium decursum, illorum Multitudine, eadem qua acceperat, via, in reliqvum Orbem iterum effudisse videatur. Verum, ut in Viam e παρεκβάσει redeamus longiuscula, quæcunque hactenus, pro Incolarum Cimbriæ primorum e Tractu Australi Ortu & Migrationibus, probabiliter sunt disputata, nemini, tanquam certa, & extra dubitationis aleam posita, obtrudimus, sed eo tantum fine attulimus in medium, ut quam lubrico musteæ Rudbeckii & Majoris Opiniones, in tot Gentes injuriæ, fundamento innitantur, quamve proclive sit, vel e Propriis illorum Hypothesibus, ac Monumentis Septentrionis, quæ tanquam Oraculo jactant ἀναντίῤῥητα, fabulosis, earundem ostendere falsitatem, oculatis quibusvis, nebulisque πατριδομανίας & Præjudiciorum haud occæcatis, pateat. Pergimus

mus jam ad ipſam de Cimbris, in Expeditionem contra Romanos profectis, illorumque Sede patria, Controverſiam. A nobis hi, in *Iſagoge*, Peninſulæ Jutico-Holſaticæ, Cimbricæ ab iis adeptæ Agnomen, Teſtimoniis luculentis Ptolomæi (*Cherſoneſo* eos, *a Saxonibus in Boream, inter duo Maria, Britannicum & Germanicum, procurrenti,* aſſerentis) Taciti (*Germaniæ* illos *Sinum, Oceano proximos, tenuiſſe* perhibentis) Luciique Annæi Flori & Strabonis (ingenti eosdem Inundatione, ut natali excederent peninſula, novasque ſedes quærerent, eſſe compulſos, tradentium) ſunt vindicati. Quæ cum in illam, bimarem, Saxonibus proximam, crebrisque Inundationibus & olim, & hoc Seculo, infeſtatam, optime quadrent, merito Geographi & Hiſtorici accuratiores univerſi, Indigenæ pariter atque Exteri, hanc Cimbris Sedem aſſignarunt, noviſſimeque Sympatriota Majoris inclytus, Dan. Caſparus a Lohenſtein, in prolixu Expeditionis illorum, quam *Operi Vernaculo de Arminii & Thusneldæ Amoribus Heroicis* Mythiſtorico Illuſtri, A. 1689. edito (*T. I. Lib.* 6.*p.* 899.-926.) intexuit, Hiſtoria, Heroibus eorundem ac Strategis ἐξοχωτέροις, fictione Poetica, hanc ob cauſam, Nobilium noſtratium (Alefeldiorum, Buchwaldiorum, Brockdorfiorum, Qualiorum &c.) Nomina Gentilitia, tanquam propria, imponere non dubitavit. Primi hac Heroæ Sobolis Prærogativa Cherſoneſum noſtram defraudare nuper, operoſe quidem ſed incaſſum, allaborarunt Ol. Rudbeckius, f. Rud-

Conjecturis, nullo Veterum suffragante, utrobique longinqui Partis Gomeritarum maximæ, ex Asia, per Scythiam Minorem, Sarmatiam, Lituaniam, Finnlandiam, Careliam, Bothniam & Lapponiam, in Kimæam Svedicam Itineris, inde postea, per coeteras Regni Svedici Provincias, & danici Insulas, in Jutiam ac Ducatum Slesvicensem continuati, Hodoeporicon prolixum tanta nobis obtrudit confidentia, ac si Ductoris Coloniæ istius Anima μετεμψυχώσει Pythagoræa in Corpus suum immigrasset. Sed tale illud est, cui merito ipsiusmet, de Lindebrogiana Cimbrorum ex Illyrico in Scythiam Minorem Immigratione Judicium (*c.* 58., *p.* 96.: Es ist mehr möglich / als beweißlich) / ac Αἴτημα, quo a Dancwerthio (c. 5, p. 5. 6. ut Iter suum Gomeritarum, e Livonia & Prussia, in Chersonesum nostram maritimum idoneis confirmaret Testimoniis (daß er mit allem Fleisse / und gehörigem Nachdrucke glaubwürdiger Nachricht / hätte erörtern sollen / zu welcher Zeit solche Wasser-passage der Gomeriten nach Jütland herüber geschehen sey) / postulavit, Historici esse, non quæ fieri potuerint, sed, quæ revera facta sunt, exponere, memor, oggeras. Ea certe trium, quibus fidem ei conciliare nititur, Argumentorum est infirmitas, ut cordatum movere queant neminem. Primum, quod à Vestigiis Nominis Cimbrici, in Locis aliquot Jutiæ non minus, quam in Kimæa, Svecia & Scania, reliquis, *c.* 26. depromit, Onomatologicum debile ac futile esse, Exemplis com-

compluribus Affinitatis Nominum istiusmodi Propriorum, Gentibus ac Locis, toto Cœlo diversis, communium (Venedorum sc. & Venetorum, Transsylvanorum & Transisalanorum, Kiliæ Cimbricæ, duarumque ejusdem Nominis, ad Ostia Danubii, in Mare Euxinum undas exonerantis, Urbium, uti & Regni in America Chilensis, &c.) Ipsemet c. 2. p. 2., iis, quæ, eodem Spectantia (*P.I. Isag. cap. 3. p. 15. & P.IV. p. 643.*) ego monui, dum contra Dancwerthium, propriarum immemor Hypothesium, disputat ὁμόψηφος, operose ostendit. Quod si vel maxime, ex Nominibus istis Propriis Regionis, Urbis, Montis ac Fluvii *Kimi*, Promontorii Europæ Extremi *Kibbernäs*, sive *Nordkim*, Portus Scanici *Zimmershafen*, Locorumque Sveciæ reliquæ, *Kimbertuna*, *Simrid*, *Kimboför*, *Cimersiœ*, a Rudbeckio (*T. I. c. 21.*) ipsoque hunc secuto (*c. 23. & 24.*) congestis, levicula Cimbrico affinibus Paronomasia, Cimbros Sveciam aliquando inhabitasse, largirer, posse colligi, probabilius tamen est, illos priscis Ævi ἀδήλου temporibus, e Tractu Peninsulæ nostræ, multis itidem Locorum Nominibus, in quibus Cimbrici supersunt vestigia, Propriis, fatente Adversario, gaudentis, Australi ac mitiore, in Sveciam, quam e Tractu hujus Frigido atque Arctoo in illam migrasse. Secundum pro Originibus Cimbrorum nostratium Arctois, Argumentum Adversario, eod. *c.* 26., subministrant Nomina Appellativa ac Verba in Cimbrorum Svecorumque Idiomatis, vel plane

eadem, vel sibi invicem affinia, quotum XIV tantum exhibuit, sed plura centenis addi posse gloriatur. Verum iste quidem Numerus tantillus est, ut e Linguis etiam toto cœlo diversis facile queat congeri, & Harmoniam saltem fortuitam arguat. Largimur autem lubentes, ex Nostratium Svecorumque Linguis talium longe plures coacervari posse Centurias, imo arcta adeo illas jungi cognatione, ut, alteram alterius esse Matrem, dubitari nequeat. Deberi vero Prærogativam Maternam Cimbricæ, Svedicamque & Boreales reliquas, ejus esse Filias, a priscis haud dubie Cimbrorum Coloniis Tractui Arctoo illatas, Characterum Linguæ primævæ Rudbeckianorum (*T. I. Atl. c.* 2.) omnium ad nostram Applicatio confestim ostendet, & vel sola evincit Monosyllaborum ejus, solis ferme Vocalibus simplicibus animatorum, in Svedicis autem Vocibus vel novis Literis ac Terminationibus, vel Diphtongis ac Triphtongis, auctorum atque interpolatorum, Multitudo. Speciminis Loco quatuor Monosyllaborum, & quorundam etiam Dissyllaborum, ejusdam Significatus, Cimbricorum ac Svedicorum, παραλλήλως collocatorum, subjungam Enneadas Centuriis compluribus facile augendas, & Lectoribus, num illa ab his, an vero hæc ab illis, descendant, Judicium transscribam:

God Gudh (Deus).
Welt Wärlden (Mundus).
Minsk Mennisskia (Homo).

See

See Siö (Lacus).
Gold Guldh vel Gullet (Aurum)
Sülver Silfwer (Argentum).
Leven Lifwet (Vita).
Dod Dödh (Mors).
Volck Folcket (Populus)
Nam Nampn (Nomen).
Sprak Spraak (Lingua).
Grov Grufwa (Fovea).
Leer Läran (Doctrina).
Bild Belete (Imago).
Hilig Helga (Sanctus).
Skön Skiönt (Pulcher)
Rein Reena (Purus).
Keck Kiäck (Audax).
Elf Elfwa (Undecim).
Half Halfwa (Dimidius).
Fremd Fremmande Peregrinus).
Kemper Kiämpar (Pugil).
Ick Jagh (Ego).
Welck Hwilcka (Qui).
Roven Röfwa Prædari).
Graven Gräfwa (Fodere).
Wil Willia (Volo).
Geven Gifwa (Dare).
Hebben Hafwa (Habere).
Bliven Blifwa (Manere).
Büen Byggia Condere).
Skriven Skrifwa (Scribere).
Laven Låfwa (Pollicere).

Dencken tanckia (Cogitare).
Even afwen (Æque).
Alleen Alleenast (Solum).
Non minus debile est Argumentum, quod a Tumulorum Urnarumqe Veterum Sepulchralium Svedicarum & Cimbricarum, Supellectilisque variæ, in istis repertæ, Similitudine mutuatur, & (*a c. 27. ad 51.*) Observationibus curiosis prolixe illustrat, Tertium. Nec enim, in solis Chersenesi nostræ Tumulis atque Urnis, ista cum Arctois Similitudo observatur, sed in Sarmaticis etiam & Germanicis Regionum tum aliarum, tum Mari Balthico confinium, per quas Gomeritæ primi in Patriam nostram haud dubie immigrarunt. Silesiacos certe, Polonicos & Brandeburgicos Cimbricis esse geminos, Ipsemet, *c.* 19. *p.* 24. 25. fatetur, ulteriusque post J. Chr. Becmannum (*P. II. Memorandorum Francofurtanorum p.* 9. - 16.) confirmant Jac. a Mellen, *in Historia Urnæ Sepulchralis Sarmaticæ*, Jenæ A. 1679 edita, & Wilh. Ern. Tenzelius *in Dialog. Menstr. Germ. A.* 1696. *M. Jul. p.* 648. - 655. *& M. Aug. p.* 720.-731. de Lusaticis etiam, Misnicis ac Thuringicis, consulendi. Nec proinde causam Adversarius habuit Nostratibus, tanquam a Svecis acceptos, exprobrandi Ritus ac Tumulos Funebres, quos illi, si non primi, per Colonias suas, in Septentrionem invexerunt, certe non cum solis Arctois, sed Populis etiam Australibus, Germanis, Sarmatis ac Venedis, communes habuerunt. Si porro Iter hoc Gomeritarum in no-

stram

ſtram e Septentrione Cherſoneſum, tribus, quæ confutavimus Argumentis a Majore fruſtra defenſum, paulo conſideremus accuratius, quo minus ei fidem habeamus, nos ſufflaminant, tum profundum de illo apud Veteres univerſos Silentium, tum tanta ejusdem Longinquitas, ut quadruplo illud terreſtri ex Oris Auſtralibus longius eſſe, ipſemet, *c.* 19. *p.* 25. fateri ſit coactus. Sed & obſtat eidem Navigationis Antiquorum, Littora tantum legere Solitorum, quam ipſe (cum Rudbeckio, vetuſtiſſimas in Sveciam, & ex Svecia Navigationes paſſim crepante, ægre conciliandus) usque ad Alex. M. ævum extendit, & *c.* 5. 6. 7. atque 8. contra Dancwerthium fuſe aſtruit, Tenuitas ac Difficultas, Maris Germanici, Sinus Codani, & Freti inter Fioniam ac Seelandiam Danici, Anguſtia olim majori, Jutiæ autem Borealis minori a Norwagico Littore diſtantia, & continentis ejusdem Orientalis cum Fionia, Langelandia & Alſia, Scaniæque cum Seelandia, Lalandia, Mona & Falſtria, per nulla, uti fingit, tunc Freta ſejunctis, Unione, quam, ceu Dictator Naturæ *αὐτοχειροτόνητος*, absque ullis veterum Monumentorum Suffragiis *c.* 52. credendam inculcat, ſed *nec pueris, niſi qui nondum ære lavantur*, perſvadebit, neutiquam tollenda. Quis porro credat Gomeritas, Cœlo clementiori aſſvetos, in Tractum Europæ Borealem immigrantes, Latus ejusdem extimum, perpetuo frigore, & Tenebris, quas Rudbeckius illi aſſerit, Cimmeriis, horridum, quod Flacco (*L.*

 1. *Od.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1. *Od.* 22.) Judice, *æstivæ auræ, pigris campis ignotæ, non recreant, sed nebulæ, malusque Jupiter, urgent*, primum occupasse, & non Regiones potius ejusdem Austro viciniores, mitiorique Cœli & Soli gaudentes temperie, habitandas sibi solas elegisse, donec, aucta paulatim suorum multitudine, novas in Frigidiores, ac Polo Arctico Propiores, ablegare Colonias insuperabilis eos cogeret necessitas? Quis persuaderi sibi patiatur Cœtum illum Gomeritarum minorem, quem, a Palude Moeotide, per Borysthenis, & Flaviorum vicinorum, Littora progressum, versus Sinistram se convertisse, & per Podoliam, Russiam Lituaniam, Livoniam, Curlandiam, Prussiam, Pomeraniam & Ducatum Megapolitanum, in Wagriam & Holsatiam nostram, sine navibus, itinere terrestri, penetrasse, Major ipsemet, *c.* 19. & 21. (*p.* 24. - 27.) contendit, postquam Chersonesi hujus Partem Australem occupaverat, Borealem, ista, nec Soli fertilitate, nec Aeris temperie, inferiorem, incultam reliquisse, donec longo temporis intervallo, Gentilium suorum, in Kimæam, Lapponiam & Sveciam, digressorum, Posteri in eam transfretarent, seque ipsi Vicinos obtruderent? Quis non probabilius longe esse fateatur, Gomeritas istos Holsaticos Chersonesum nostram ingressos, totam eam confestim sibi vindicasse, & dein, accrescente suorum Numero, in Insulas Danicas, & reliquos Septentrionis Tractus, serius haud dubie Peninsula nostra inhabitatos, Colonias suas ablegasse?

His

His motus rationibus, Originibus Incolarum Cimbriæ primorum Arctois non posse me suffragari, sed Itineris, quo Gomeritas Christ. Cilicius ὁ ψευδώνυμος, sive Henr. Ranzovius, Prorex Patriæ ἱστορικώτατος, Elogio *Hodegi* illorum *egregii* ab ipso Majore (*c.* 18. *p.* 23.) ornatus (*L.* 1. *Hist. Belli Dithmarsici p. m.* 428.) a Bosphoro Cimmerio, per regiones propinquas, Russiam, Lituaniam, Livoniam & Borussiam, cœterasque Mari Balthico conterminas, & Austro nostra propiores, in Peninsulam hanc universam deduxit, Seriem maxime judicare probabilem, lubens fateor. Quod si, in ista Ævi ἀδήλε Caligine, e Monumentis Septentrionis antiquioribus, Historiam Mythologiæ miscentibus, lucem aliquam Disceptationi huic, Rudbeckii & Asseclarum, exemplo, fœnerari nobis fas est, eandem Gomeritarum, e Tractu Australi, in Chersonesum nostram, & Daniam, immigrationem confirmant Annales Gotlandorum pervetusti, e quibus M. Nicol. Petræus, Præpositus sec. sup. Monensis, *in Cimbrorum & Gothorum Originibus, Lib.* 1. *p.* 2. 3., Gomerum II. Thogormæ Filium, & Gomeri I. Nepotem, A. O. C. 1850. e Bosphoro Cimmerio, per Russiam, Lituaniam, Livoniam Borussiam, & vicinas Regiones, in Chersonesum Septentrionalem, quæ ab ipso Cimbrica est dicta, cum Cimbris suis, narrat, esse profectum. Sed nec parum ei, apud Fabularum Borealium Amasios, conciliabit Autoritatis *Eddæ* Snorronis Sturlesonii Islandicæ (*in Prologo c.* 3.) de Othini

Senioris, & Exercitus ejus Asiatici, Itinere Arctoo eadem serie ex Oriente in Saxoniam initio Westphaliam & Franciam, hinc in *Reidgotolandiam* sive Jutiam, inde autem porro in Svithiod sive Sveciam, ac tandem in Norwegiam, instituto, Narratio. Nec obstant ei, quas Vir. eruditiss. in Literis mihi amicis objecit, Populorum Borealium e Scandinavia, *Gentium* secundum Jornandem, *Vagina*, decantatissimæ versus Austrum Migrationes, post 4. ferme annorum Millenarios ab O. C. jam elapsos demum cœptæ, sed perpetuo deinceps continuatæ, cum Septentrio tunc, quos olim, e Chersoneso nostra, & vicinis regionibus obtinuerat Habitatores, aucta intra Seculorum complurium decursum, illorum Multitudine, eadem qua acceperat, via, in reliqvum Orbem iterum effudisse videatur. Verum, ut in Viam e παρεκβάσει redeamus longiuscula, quæcunque hactenus, pro Incolarum Cimbriæ primorum e Tractu Australi Ortu & Migrationibus, probabiliter sunt disputata, nemini, tanquam certa, & extra dubitationis aleam posita, obtrudimus, sed eo tantum fine attulimus in medium, ut quam lubrico musteæ Rudbeckii & Majoris Opiniones, in tot Gentes injuriæ, fundamento innitantur, quamve proclive sit, vel e Propriis illorum Hypothesibus, ac Monumentis Septentrionis, quæ tanquam Oraculo jactant ἀναντίῤῥητα, fabulosis, earundem ostendere falsitatem, oculatis quibusvis, nebulisque πατριδομανίας & Præjudiciorum haud occæcatis, pateat. Pergimus

mus jam ad ipſam de Cimbris, in Expeditionem contra Romanos profectis, illorumque Sede patria, Controverſiam. A nobis hi, in *Iſagoge*, Peninſulæ Jutico-Holſaticæ, Cimbricæ ab iis adeptæ Agnomen, Teſtimoniis luculentis Ptolomæi (*Cherſoneſo* eos, *a Saxonibus in Boream, inter duo Maria, Britannicum & Germanicum, procurrenti*, aſſerentis) Taciti (*Germaniæ* illos *Sinum, Oceano proximos, tenuiſſe* perhibentis) Luciique Annæi Flori & Strabonis (ingenti eosdem Inundatione, ut natali excederent peninſula, novasque ſedes quærerent, eſſe compulſos, tradentium) ſunt vindicati. Quæ cum in illam, bimarem, Saxonibus proximam, crebrisque Inundationibus & olim, & hoc Seculo, infeſtatam, optime quadrent, merito Geographi & Hiſtorici accuratiores univerſi, Indigenæ pariter atque Exteri, hanc Cimbris Sedem aſſignarunt, noviſſimeque Sympatriota Majoris inclytus, Dan. Caſparus a Lohenſtein, in prolixu Expeditionis illorum, quam *Operi Vernaculo de Arminii & Thusneldæ Amoribus Heroicis* Mythiſtorico Illuſtri, A. 1689. edito (*T. I. Lib.* 6.*p.* 899.-926.) intexuit, Hiſtoria, Heroibus eorundem ac Strategis ἐξοχωτέροις, fictione Poetica, hanc ob cauſam, Nobilium noſtratium (Alefeldiorum, Buchwaldiorum, Brockdorfiorum, Qualiorum &c.) Nomina Gentilitia, tanquam propria, imponere non dubitavit. Primi hac Heroæ Sobolis Prærogativa Cherſoneſum noſtram defraudare nuper, operoſe quidem ſed incaſſum, allaborarunt Ol. Rudbeckius &

B 5 Joh.

Joh. Dan. Major Kimæam Svedicam, ne Cherſoneſi quidem nomen (ſolis hactenus quinque in Orbe veteri Peninſulis, Cimbricæ, Thracicæ, Tauricæ, Aureæ & Peloponneſiacæ a Geographis tributum) ob Continentis ſuæ vaſtitatem & Amplitudinem, niſi Italiæ etiam, Hiſpaniæque, aſſerere iſtud velis, admittentem, nullisque Inundationibus (uti ipſe Rudbeckius, *T. I. Atl. c.* 7. *p.* 294. haud obſcure fatetur) ob noxiam, in locum ejus ſubſtituere conatu irrito aggreſſi. Pro qua, cum nec veterum, quibus ignota fuiſſe videtur, nec Recentiorum, ulla queant allegare ſuffragia, in detorquendis ad eam, tum Narrationibus Homeri, Orphei ψευδωνόμȣ ac Strabonis, de Cimmeriorum Sede in Scythia Minore tenebricoſa, ab hac Controv. alienis, & maximam partem fabuloſis tum Plinii (cujus, quas *L.* 4. *c.* 13., memorat, Inſulas in Continentem Sveco-Norwegicam transmutare Rudbeckius haud eſt veritus) Solini, Melæ ac Taciti, Locis, pro Cherſoneſo noſtra militantibus, ſed propter obſcuritatem, partim e Phraſeologia intricatiore partim vero e Nominum locis ac Gentibus quarum Memoria ferme omnis evanuit, Propriorum Recenſu, ortam, ψευδερμήνειαν admittentibus, licentia plusquam Critica quadrata rotundis miſcentes, occupantur. Cl. Ptolomæi contra pro Cherſoneſo noſtra Suffragium, ψευδερμήνειαν omnem, ob perſpicuitatem, reſpuens, cavillis variis elevant, & huic Geographorum Veterum Principi, gente Ægyp-

gyptio, nec Europam Arctoam unquam ingresso, quod Peninsulæ nostræ, Popularibus suis, ac Romanis, ex aliorum saltem, horumque maximam partem auritorum testium, Relationibus incertis, vix leviter cognitæ, istis credulus, spatium justo majus tribuerit, eo Errorem hunc, immaniter ab ipsis exaggeratum, sed, Patriæ ac Ætatis illius intuitu, venia dignissimum, ubique insultant. Immemores sc. sunt, non circa salam Chersonesi nostræ Magnitudinem, sed alias etiam regiones longius dissitas complures, ab illo, & Veteribus cœteris, hoc pacto frequenter esse erratum, nec tamen his, de Nomine ac Habitatoribus suis, idcirco moveri Controversiam, seque ipsos, si Terræ Australes, nondum detectæ, aut Tractus Americæ Borealis Scythiæque Asiaticæ, sola hactenus pene fama cogniti, describendi forent, immunitatem a Lapsibus istiusmodi sibi neutiquam posse polliceri. Majorem certe tanto minus Errorem hunc Mathematico Nobilissimo exprobare decuit, quod ipse reatum ejusdem, non imprudens, sed sciens & volens, inaudita ista ac absurdissima, quam *c.* 52. temporibus priscis affingit, Maris utriusque, Germanici ac Balthici, coarctatione, Continentis autem Juticæ versus Norwegiam extensione, & cum Insulis Danicis conjunctione, incurrerit, & hoc pacto Spatium Peninsulæ nostræ, isto, quod Ptolomæus ei assignavit, haud multo arctius, ἀτόπως vindicaverit. Ad Ἄιτημα, quo uterque, ac Major imprimis *c.* 25., a Ptolomæi exi-

exigit Affeclis, ut, quomodo Cherſoneſus noſtra, 30. tantum Milliar, Germ. gaudens longitudine, & a Mari, utrumque latus alluente, in peranguſtum, quoad latitudinem, coarctata ſpatium, 300., quæ Plutarchus Cimbrorum tribuit Exercitui, Virorum millibus, horum Liberis & Uxoribus, Popularibusque aliis, domi relictis, capiendis ac alendis ſuffecerit, explicent, non una nobis ſuppetit Reſponſio. Ne quid enim dicamus de Ambitu ejus, ex Majoris Hypotheſi abſurda, olim longe, quam nunc, ſpatioſiore, Numeroque Exercitus Cimbrici, a Plutarcho, e Relationibus incertis, more Hiſtoricis etiam modernis familiari, immodice aucto, in tantam is haud dubie multitudinem excrevit non e ſolis Cimbris, primis Expeditonis Autoribus, ſed Populis etiam Daniæ ac Germaniæ vicinis, Caſtra illorum, Teutonum, Amburonum ac Tigurinorum (qui ſoli, e Sociis noſtratium, Romanis innotuerunt) exemplo, ſecutis, & Nominis etiam Societatem haud dedignatis. Quæ Reſponſio abunde & Svecis ſatisfaciet, Exercitum Gentis ſuæ, in Bello Tricennali Germanico, Victorem, Germanis partem maximam conſtitiſſe Militibus, ſub Svecico deliteſcentibus nomine, nondum oblitis, & Majori, Kimæis Borealibus Socios, in Expeditione hac Cimbrica, affingere Vandalos, Longobardos, Saxonas, Norwegos, Gothos, Svecos, Danos, Jutos, Dithmarſos, Holſatos & Stormarios, Romanis quoad nomina ignotos, *c.* 54. *&* 68., haud verito. Quæ

por-

porro ad Strabonis & Flori, de Inundatione Cimbrorum causata Expeditionem, Testimonia in Sveciam ac Kimæam haud quadrantia, regeruntur, ridicula sunt, & responso indigna. Quis enim sanæ mentis a Rudbeckio (*T. I. Atl. c.* 7., §. 8., *p.* 293-296., *c.* 40. *p.* 871., *& in Præf. T. II., p. penult.*) persuaderi sibi patietur, intelligi per eam non veram Eluvionem, sed Populi, multitudine nimia laborantis, in Regiones alias Migrationem? Quis non λογοδιαῤῥοίαν agnoscit futilem, & vineta cædentem propria, in Majoris Responso, Narrationem istam *c.* 54. *p.* 90. *vulgarem* vocantis, *sed erroneam*, &, *c.* 57., *p.* 95. 96., falsitatis absurdæ, quod subitaneus Inundationum impetùs de Vita potius ac Bonis conservandis cogitare jubeat, quam diuturnis de Expeditione bellica Deliberationibus spatium concedat, insimulantis, ac nihilominus, eod. *c.* 57., Teutonos, Cimbrorum Socios (quos Kedingiæ, Hadeliæ, Wursatiæ, Butjadiæ, ac Ostfrisiæ, cum Nic. Schatenio, vindicat), frequentissimis Agrorum suorum ab Æstu Marino quotidiano Inundationibus, & ad Expeditionis hujus Societatem, & ad Gothiam deinceps Svedicam adeundam, adactos esse, sine Veterum suffragio, affirmantis. Circa quos Teutonos, a Rudbeckio (*T. I., c.* 16., §. 8., *p.* 492. 493.) in Gothiam translocatos Svedicam, obiter monemus, iisdem, quibus Major, heic ab illo dissentiens, nec Germanos Gothorum Coloniam esse concedens, Rudbeckii Sententiam *c.* 56. *&* 57. (*p.* 93-96.)

96.) impugnat, Rationibus ac Conjecturis, satis, ob Hypotheses proprias, cum Rudbeckianis conspirantes, imbellibus, opinionem etiam de Cimbris Svedia egressis, cum Rudbeckio ipsi communem, convelli, & iisdem vicissim, quibus Arctois Cimbrorum Originibus patrocinatur, Argumentis, nisi justum his robur deesset, etiam Teutonos Gothiæ ἀναντιῤῥήτως vindicari. Solum jam superest Adversariis Argumentum Onomatologicum, a Vestigiis Nominis Cimbrici, in Promontoriorum aliquot, Urbium & Pagorum Svediæ, Nominibus reliquis, supra jam enumeratis, Populorum item, quos in Chersoneso Ptolomæus collocat Cimbrica, cum Gentibus Svediæ ac Norwegiæ diversis, Saxonum sc. cum Saxonibus inter Wermelandiam & Angermanniam Montanis, Sigulonum cum Sigtuniensibus, Fundusiorum cum Finnis & Findausiis Norwegiæ, Sabalingorum cum Tractus *Sävvälinge* Incolis, Chalorum cum nescio quibus Kimææ Accolis, Charudum cum Scarudalensibus Norwagiæ, Cobandorum sive (uti legi Rudbeckius mavult) Codanorum cum Gothis, simili quoad Nomina Convenientia, depromtum. Cujus Debilitas cum, ex Majoris etiam ipsius, sui in Disputatione contra Dancwerthium immemoris, Confessione, supra jam sit ostensa, ac Nomina insuper, Cimbriæ, & Populorum ejus singulorum, Nominibus affinia, a Rudbeckio, non, uti fieri decebat, e sola (cui Chersonesi Cimbricæ Titulum affingit) Kimæâ, sed

ſed Scania etiam, Weſtro-Gothia, Bothnia, Finnia, aliisque Regnorum Svedici ac Norwagici Provinciis, intervallo ſatis grandi ab illa ſejunctis, coacervata, ſilentio id præterire haud immerito poſſemus. Certe, ſi hoc pacto Kimææ, Provinciæ Regni Svedici extremæ, ne peninſulæ quidem Nomen Geographis mereri viſæ, Cimbricæ Cherſoneſi Titulus, Nominibus Locorum, iſti aliqua Soni affinitate cognatis, ſed e Septentrione pene univerſo conquiſitis, recte aſſeritur, nec Angliæ, Cambros ſuos & Cumberlandiam oſtentanti, nec aliis, quas Cimbri nunquam vel habitarunt, vel peragrarunt, Orbis Partibus, a Septentrione longiſſime ſemotis, Argumenta, quibus eundem pari jure affectent, deerunt. Sed longe utrisque juſtius Cherſoneſus illum ſibi noſtra vindicat, quæ & Cimbrica a Cimbris ſuis, per tot jam ab illorum Expeditione Secula, contradicente nemine, eſt appellata, &, præter Territorium in Meditullio Jutiæ *Himmerumenſe*, alia etiam, in eadem, Nominis Cimbrorum luculenta exhibet Veſtigia, Pagos ſc. *Himmerſum*, *Timmerby*, *Kibber & Kibbeknut*, Cœnobiumque & Sinum *Libberanum*, de quibus Major ipſemet, illuſtre Loca illa priſcæ Cimbrorum in Oris hiſce Habitationis ſuppeditare Argumentum agnoſcens, *c.* 26., *p.* 35. 36. fuſius differuit. Addenda vero illis omnino eſt, quam is, Kilonio licet ſuo vicinam, præteriit, *Fimbria*, Ducatus Slesvicenſis, ſive Jutiæ Auſtralis, in Mari Balthico, Inſula, quam Henr. Ranzovius

L.

(*L. Hist. Belli Dithm. p. m.* 427. 428.) *Cimbriam Parvam* appellat, & a Cimbris, Habitatoribus suis, nomen obtinuisse, Phil. Melanthon ac Casp. Peucerus (*in Chronico*), Andreasque Althammerus (*in Comm. ad Taciti Germaniam*), teste Bas. Fabro (*in Thesauro Erudit. Scholast. p. m.* 289.), recte jam olim monuerunt. Sed nec Populorum, quos Cimbricam olim Chersonesum incoluisse Ptolomæus perhibet, Peninsulæ nostræ desunt Vestigia. *Sabalingis* (in quorum locum *Albingios*, sive Albis Accolas, Critici nonnulli, a Fabro *l. c.* allegati, substituere maluerunt) Tractum *Sàlingensem*, *Chalis Aalburgensem*, *Charudibus Aarhusiensem*, in Jutia Boreali, Jonas Venusinus, a Rudbeckio laudatus, jam assignavit. *Cobandos*, si cum Rudbeckio *Codanos* in Vocis mendosæ locum subroges, ipsa *Gothia* sive *Jutia* Cimbrica, Codano Sinui adjacens, *Fundusios* autem Insula *Fionica*, huic vicina (continentis Juticæ Orientalis, juxta Majoris Hypotheses *c.* 52. olim Portio) haud obscure sibi asserunt. De Saxonibus ita (*T. I. c.* 21. *p.* 529.) Rudbeckius: *Quos vero Ptolomæus in Promontorii Cimbrici dorso Saxonas collocavit, hos facilius in æthere, aut in medio mari, quam in Jutia, reperiemus. Quis enim in istis locis tam nunc hospes erit, ut nesciat, Jutiam Holsatiamque Regiones esse maximam partem palustres, in locis autem cæteris campestres, sine Montibus, sine jugis? His adjunge, quod Saxonum nomen in Jutia nusquam invenerint, aut pro domestico habere ausi fuerint, Pontanus aut Venusinus.* Hæc legens vix

a risu

a risu mihi tempero, quod Nodus iste Gordius, leviter palpatus, sponte mox dissiliat. Αὐχένα, quem Ptolomæus Saxonibus tribuit, Chersonesi Cimbricæ, non Dorsum, sed Cervicem, vel locum angustum, notare, Tyrones norunt, & præter Lexicographos, Rudbeckium Synathleta suus, Major, docebit, *c.* 76. *p.* 123. *& seqq.* Erp. Lindebrogium, ob Dorsi Significationem ei affictam, prolixe exagitans. Non igitur opus est, ut Saxonum sedes vestigaturi, ob Montium (quorum nulla apud Ptolomæum mentio) in Patria paucitatem, in Sveoniæ Dorsum inter Vermelandiam & Angermanniam montanum enitamur, aut a *Saxis* (den Sarken / Voce Cimbrico-Germanica), sive Ensibus ac Cultris ingentibus, in Officinis ejus Metallicis olim cudi solitis, locisque vicinis nomina impertitis, Saxones dictos esse, cum Rudbeckio, Majore, & Compilatore *Chronici Saxonum* Vernaculi, Moguntiæ A. 1492. excusi, utrique, quod Etymon istud, non autem sedem gentis, ὁμοψήφω, sed a nobis *P. IV. Isag.*, *c.* 1., §. 1., *p.* 362. 363., jam refutato, credamus. Si enim Ptolomæum sequamur Hodegum, Saxonas in Chersonesi Cimbricæ Cervice, qua Germaniæ cohæret, inveniemus angusta, Holsatia sc., Sede illorum, uti inter omnes constat, antiquissima, Nomen etiam suum (Holsten / qs. Olt Sassen) ab iisdem (sicut *P. I. Isag. c.* 3. *p.* 18., *& P. IV.*, *c.* 1. *p.* 361. 362. jam monitum) adepta, Posterosque illorum, Habitatores suos, Pontano, Venusino & Rud-

 beckio

beckio, si e Jutia, Boreali Peninsulæ nostræ Parte, in Australem deflexissent oculos, spectandos exhibitura. Hactenus Argumentis & Exceptionibus, quibus Medici duo Ingeniosissimi, Rudbeckius & Major, licentia, quam, in Medicina ac Philosophia Naturali, utriusque Doctoribus Seculi novaturientis, Veterumque aspernantis autoritatem, Genius Merito forte indulget, in Historia, cujus dispar est ratio, Antiquaria, Priscorum Vestigia presse ubivis legente, abusi, Cimbros, e Chersoneso nostra, in Kimæam Svedicam translocare incassum allaborarunt, ita responsum esse putamus, ut Polyhistorem Eximium, Pet. Bælium, ubi nostra hæc legerit, suum de Rudbeckianis (in Atlanticæ Recensu, *Novellis Reip. Lit. Gallicis*, *M. Febr. A.* 1685., inserto) Judicium (*Ce qu' il dit pour prouver, que la Chersonese Cimbrique est la Scandinavie, & non pas le Pais de Jutland, est tout a fait fort*) retractaturum, vel saltem limitaturum esse, haud diffidamus. Agnoscent etiam hinc Cimbri mei, spem, quam de J. Dan. Majoris, Medici Peninsulæ nostræ Adoptivi, *Memoriis Chersonesi Saxo-Cimbricæ* affectis, mecum (*P. I. Isag.*, *c.* 1., §. 8., *p.* 8. 9.) conceperant, præclaram, utrosque fefellisse, cum Vir hic, solers quidem & eruditus, sed ingenio suo plus justo indulgens, novæ de Cimbris ac Saxonibus Hypotheseos, cum Rudbeckio sibi communis, vitio, Antiqq. nostras obscuraturus in iis potius fuisset, quam illustraturus, ac paucula, quæ ex Ævo ἀδήλῳ & μυθικῷ supersunt, de Re-

bus

ius Majorum nostrorum præclare gestis λείψα-
α Gentibus Exoticis transcripturus (Cujus ef-
rænis novaturiendi pruriginis, intolerabilis in
Hypothesibus musteis defendendis, Lectoribus-
que, Oraculorum instar, obtrudendis, pertina-
iæ, Invidiæ in eorundem secum Studiorum
Cultores (de quâ Bened. Menzini Lib. edidit,
Exemplum ejus illustre ipsemet præbiturus) Li-
erariæ, & Maledicentiæ in Ptolomæum, Cher-
oneso nostræ faventem; Historicosque ejus-
em Indigenas, imprimis Dancwerthium, Sco-
ticæ, Consideratio, quid de Consilio ejus, quo
c. 94. *p.* 153. 154.) Cimbris, aliisque Gentibus,
t Exteris potius, quam Indigenis, πατριδοφι-
ία laborantibus, rerum suarum scribendam
ommittant Historiam, persvadere conatur, sit
udicandum, cuivis, me tacente, suggeret.
Longe certe illo, in Hypothesibus suis inculcan-
is, modestior, longe in dissentientes æquior,
st ipse Rudbeckius, in *Atlantica*, cum Tomis
uobus prioribus, tum Tertio, qui, Upsaliæ A.
uperiore 1698. editus, hasce pro Patria Vindi-
as scribenti Hamburgo est transmissus. Hypo-
hesium eum suarum tenacem esse singulæ illius
ocent paginæ, & in Sententia de Cimbris etiam
erseverare testantur, tum Loca alia, tum Cap.
§. 22. (p. 68.) L. Tullium Cimbrum (a nobis,
. *I. Isag. c.* 5., *p.* 52. 53., Patriæ vindicatum) *At-
lam Tullium Cimbrum* salutans, & e Nominibus
is, Nummique (*ap. Patinum in Observ. ad Sve-
n. p.* 52.), Imaginem ejus cum Barba prolixa,
C 2 Po-

Popularibus suis familiari, Dracone Alato, & Runico (uti, Patino forte, & reliquis Antiquariis omnibus, more suo, oculatior, contendit) Scipione, sistentis, Sculptura, Svecis, sed in cassum, asserens. Ostendit etiam *Capitis XI* §. 2. (*p.* 350. 351.), Lebetem, a Cimbrorum Romanis infestorum, Posteris Augusto Imperatori, Strabone (*L.* 7. *Geogr.*) teste, dono (uti & nos *l. c. p.* 52. jam indicavimus) missum, in Argumentum Svedicæ illorum Originis, eo quod Jutia æs nullum proferat, Svecia autem montibus gaudeat ære refertissimis, detorquens. Quod tamen quam imbecillum sit, nemo non perspicit, cum nec Strabo Donum istud fuisse testetur, e Patriæ Proventibus, ἐπιχώριον (quale, Halecibus, Asellis arefactis, & Pellibus constans pretiosis, Christianum I., Daniæ Regem, A. 1474., in Itinere Sacro Romano, Sixto IV. Pontifici, & Cardinalibus, obtulisse Har. Huitfeldius, *T. V. Chron: Dan. p. m.* 943., aliique, perhibent), nec quenquam Eruditiorum, Lebetum dono vix aliud, apud Gentes quoque Fodinis destitutas Metallicis, olim fuisse usitatius, lateat. Sic apud Virgilium, *L.* 3. *Æn.* (ut alia Græcorum ac Latinorum Testimonia sileam), Helenus, Rex Epirotarum, Æneæ discessuri *carinis stipat Ingens Argentum, Dodonæosque Lebetes*, L. 5. autem Æneas ipse Certaminis in Sicilia Navalis Ludicri *Tertia Dona facit geminos ex Ære Lebetas*. Sed hæc ἐν παρόδῳ. Laudem, uti dixi, eximiam Vir πολυμαθέστατος meretur, quod, licet opinionibus suis

ſuis conſtanter inhæreat, in diſſentientes tamen Majore longe ſit æquior, imo, ſi errorum fuerint convictæ, ſe easdem retracturum eſſe, ingenue profiteatur. Docet id vel ſola §. 15. *Capitis X. ejusd. Tomi III. p.* 304. 305.) in qua objectam ſibi, *P. I. Iſag. mea, c.* 5., §. 4., *p.* 46. 47., & forte etiam ab aliis, Gentium Exterarum Gloriæ rapinam, Joco, ad Nomen *Olai* (quod Lupum denotat) Proprium alludens haud invenuſto, tanquam juſtam defendit, & in Populos, decore priſco a ſe ſpoliatos, accuſationem eandem (verene, an ſecus, Lectores a Partium ſtudio alieni, judicent) retorquet. Verba ejus, toti huic Diſputationi noſtræ (contra Matthæum etiam Prætorium, Cimbros, uti *in Addendis P. I., p.* 285. 286., monitum Conjectura futili in Sarmatiam translocantem, mutatis mutandis, militaturæ) finem impoſitura, ſubjicio: *Jam opportune ſuccurrit mihi Judicium Viri Eruditisſimi de Atlanticis meis laboribus, quod laude equidem ſua non fraudandi ſint, neſcio quid tamen rapinæ contineant, nimiumque gloriæ atque famæ gentibus aliis, patriam luci dum tradunt, derogent. Quid ſi Olai, nominis mei, vim tenuisſet? & eo hallucinari potuiſſet. Sed, ſi hæc rapina eſt appellanda potius, quam juſta vindicatio patrii decoris, quo reliquus Orbis, proprii indigus, nos per quatuor millia Annorum ſpoliavit; aut nonnullum de patria bene merendi ſtudium; appelletur ita ſane, dummodo veritatem aſſertum eamus. Cuique & poteſtatem feci meis ſumptibus huc commeandi, ſi quidquam eorum, quæ fundamenti loco Atlanticæ ſubjecta ſunt,*

a vero abludere deprehendat, firmisque Argument convellere possit: Neque mea Sententia adeo tenax er quin veritati cedam. Interim hortor, Atlantica evolvens id unice ut agat, nec summa captasse conte tus omnia legat, perlegat, iterumque relegat, don Argumentorum seriem, nexum atque robur, prob perceperit.

Ad P. I., Cap. V., §. 6. 7., p. 49.-52. Scriptori bus Historiæ Cimbrorum, & Expeditionis illo rum decantatissimæ, Antiquis deperditis ad dantur, præter A. Licin. Archiam, & Q. Luct. Catulum, *in Addendis Partis I.*, p. 286. 287., jam laudatos, Q. Claudius Quadrigarius & Q. Vale rius Antias, Scriptores *Annalium Romanorum* coævi, ipseque M. T. Cicero, Res Marii, Muni cipis sui, Gestas peculiari persecutus Poemate, de quibus Vossius, *L.* 1. *de Hist. Lat. c.* 10., p. 44. 45. *& c. II.* p. 52. 53., ac Henr. Meibomius Jun., *in Programmate de X. Historiæ Germanicæ Periodis*, A. 1697. edito, p. 9., consulendi. Neotericis, Cypræo, Lindebrogio, Henr. Ranzovio (de cujus Libello *Addenda Partis IV.* p. 639. plura suggerent, cujusque etiam *Historia Belli Dithmarsici*, *Libro I.*, prolixam exhibet de Cimbris Veteribus Narrationem), Joh. If. Pontano (cujus *de Bello Cimbrico* Dissertationem, *Historiæ Danicæ* præfixam, Meibomius *l. c.* valde extollit, & *seorsim legi dignam* esse judicat), coeterisque *h. l.* memoratis, jungantur: 1. M. Nicol. Petræus, Præpositus Monæ, Insulæ Danicæ, Sec. sup. Sudezaasensis, cujus Lipsiæ A. 1695. (*in 8vo.*) prodierunt

dierunt *Libri II. de Cimbrorum ac Gothorum Originibus, Migrationibus, Bellis ac Coloniis*, Cimbros toti vindicantes Daniæ, Historiamque illorum, ab ipso repetitam Gomero, ex Annalibus, quos ubique sequitur, Gotlandicis Vetustis, Fabulis interpolantes plurimis; 2. Andr. Sever. Vellejus, de cujus Ἀνεκδότοις, huc spectantibus, Paulo ante, *ad p.* 16. 17., est dictum; 3. Joh. Janus Alanus, Prof. Hafn., de cujus Disp. hujus Argumenti Historica, A. 1628. edita, V. Addenda *Partis I. p.* 286.; 4. D. Joh. Dan. Major, Prof. Med. Kilon., cujus *Lib. de Originibus Populorum Cimbriæ* Vernaculum (das Bevölckerte Cimbrien), Plönæ A. 1692. in fol. excusum, & de Cimbrorum etiam Expeditione fuse satis disserentem, sub Examen paulo ante accuratius vocavimus, Tractatum autem de eadem peculiarem, uti & Mappam illius Geographicam, ac Tropæorum C. Marii Cimbricorum, Romæ adhuc reliquorum, Iconismos, 3. Tabulis æneis insculptos, ac Commentario illustratos, post Autoris (hæc omnia, in *Lib.* jam laudato, *c.* 54. *p.* 90., *&* *c.* 65. *p.* 107., polliciti) obitum, frustra expectamus. De Ossibus Giganteis, quæ in Delphinatu A. 1613., cum Nummis aliquot dubiæ fidei Marianis, effossa, Teutobocho, Teutonum Regi, ac Cimbrorum Socio, perperam sunt afficta, & a Nicol. Habigoto, Chirurgo Parisiensi, peculiari descripta Libello, Judicium legi meretur verissimum Nicol. Claud. Fabricii Peirescii, apud Gassendum *L.* 3. *de Vita illius p.* 88. 89. 90.

 Ad

Ad Cap.V., §.9-13., *p.*53-61. Anglos (quos ob situm Britanniæ in Maris Angulo, ita dicto esse, Witichindus Corbejensis, Sec. X. Scriptor *Lib. I. Annal.*, *T. I. R. Germ. Meibom. p.* 630., ridicule sibi persvadet) Westphaliæ, ante Krantzium, vindicare frustra allaboravit Gobelinus Persona, Decanus Sec. XV. ineunte Bilefeldensis, Vithas, in hac nullibi inventos, eosdem esse cum Frisiis inepte conjectans, *in Cosmodromio, Æt. VI.*, *c.*23. (*p.*215.216. *T. I. R. Germ. Meibom.*), in Smalandiam autem Svedicam, Argumento imbelli Onomatologico, a Locorum aliquot Smalandiæ desumpto nominibus, irrito itidem conatu, translocat Ol. Rudbeckius *T. I. Atlant.*, *c.*24., §. 3., *n.* 36., *p.* 622., uterque haud difficulter, ex iis, quæ a nobis *h. l.* sunt monita, refutandus. Verisimilior est D. Ott. Sperlingii Jun. Conjectura, amicis nobis A. 1692. exposita Literis, Anglos Gentem fuisse Vandalicam, &, antequam in Britanniam abirent, Maris Balthici, in Ducatu Slesvicensi & Wagria, ad Fines usque Megapolitanos, Accolas, quorum, post Expeditionem istam, in Tractum Angliæ Cimbricæ Hodiernæ exiguum, Flenopoli meæ vicinum, compulsorum, sedes reliquas vacuas Sarmatæ ac Slavi deinceps occupaverint.

Ad Cap. VI., §. 2. & 3., *p.* 64-68. M. Adami Bremensis (quem *Marcum Adami* ridicule Matth. Prætorius, *L.* 1. *Orbis Gothici*, *in Proleg.* §. 2., *p.* 2., appellat) *Historiæ Ecclesiasticæ* Editionem novam ac amplissimam, Notis perpetuis,

Histo-

Historicis, Philologicis, Criticis, illustratam, a D. Ott. Sperlingio Jun. Consil. Danico, propediem expectamus.

Ad Cap. VI. §. 9. *p.* 79. 80. 81. Anonymi Dioeceseos Bremensis Presbyteri (gente, ni fallor, vel incolatu, Holsati) *Continuationem Chronici Slavorum Helmoldini*, e Cod. MS. Lambecii, per Dan. Nesselium, Biblioth. Cæsareæ Præfectum (ejusdem in *Syntagmate Historiæ Germanicæ*, Editionem A. 1692. pollicitum) sibi communicato, *in Accessionibus Historicis*, Lipsiæ A. 1698. *in 4to* excusis, nuper, sed tum in fine (quem Anno 1430. ei imponit) tum alibi passim, mutilam, edidit Vir illustris, Gotfr. Guilh. Leibnitius, nostram etiam hanc de illa Relationem honesta, in Prolegomenis, dignatus mentione. Codicem ejus pleniorem asservat Vir Doctiss. Arnas Magnæus, Islandus, Professor Acad. Hafn. designatus, & sicut ab Amico edoceor, nec luci publicæ nec incomparabili Leibnitio, invidebit.

Ad Cap. VI. §. 10. *p.* 81. 82. 83. Alberti Stadensis *Chronicon* novissime recusum est, inter Appendices, *Historiæ Frid. III. Imp.* ab Ænea Sylvio scriptæ, in Editione hujus Bœcleriana Posthuma, Argentinæ A. 1685. in fol. publicata, adjectas. V. *Acta Erud. Lips. T. II. Supplem. Sect. II. p.* 81.

Ad Cap. VI. §. 19. *p.* 94. Confusionis Alb. Krantzii cum Alberto Magno Degoreum Whear, Virum doctissimum, immerito *h. l.* a me, lectioni ejus animo aliis distracto cogitationibus vacante, esse insimulatum, & a Pet. etiam Bælio

proinde, fidem meam secuto, *T. II. Diction. Hist & Crit.*, *P. I.*, *p.* 253., reum agi, in *Homonymoscopia*, *P. II.*, *c.*, 7., §. 146., *p.* 738. 739., fusius jam significavi, & hic denuo profiteor.

Ad Cap. VII., §. 1., *p.* 117. 118. Expungi *h. l.* cupio meam, de prima *Chronici Holsatici* Petræani Editione Saxonica, Conjecturam. Saxonice enim istud scriptum quidem esse, sed neutiquam prodiisse, Verba Præfationis Dom. Dreveri, Interpretis Misnici, quæ mihi imposuerunt, ambigua accuratius ea, monitu Civis Amicissimi, Andr. Xellinghusii, relegentem & considerantem edocuerunt.

Ad Cap. VII., §. 12., *p.* 132. Monumentis Historiæ nostræ, e Seculo XVI., ἀνεκδότοις jungatur Andr. Sever. Velleji, Decani Ripensis, quam ipsemet in *MStorum suorum Promo Condo* memorat, *Historia Holsatiæ, ab eo imprimis tempore, quo Comites illam possederunt, succincta.*

Ad Cap. VIII., §. 7. *p.* 144. Ad Olearii *Itinerarium Russico-Persicum*, L. Germanica, cum Joh. Alb. Mandelslovii, Georg. Andersoni & Volquardi Jvaridis, Scriptorum itidem Cimbrorum, *Hodoeporicis Orientalibus* Vernaculis, ac Schich Saadi *Rosario Persico*, ab Oleario Germanice translato, novissime Hamburgi A. 1696. in fol. est recusum.

Ad Cap. IX., §. 2., *p.* 152. Reposita est Christiani II. *ad Epistolas Friderici I. Responsioni*, *h. l.* memoratæ, *Friderici I.*, *R. Daniæ*, *ad Christiernum Patruelem Responsio*, in 4to, non A. 1518. (uti Vir

Vir Cl., Herm. ab Hardt, *T. III. Monum. Autogr. Rud. Aug., D. Brunsv.,p.* 18., perperam conjecit), sed 1524. demum, vel 1525., edita. Debetur illa haud dubie Pet. Svavenio, Eqv. Pomerano, & Frid. I. Consiliario, quem Scriptorum Publicorum, hujus jussu Christiano II. ExRegi oppositorum, fuisse Autorem Har. Huitfeldius *T. VI. Chron. Dan. p.* 1010., & Er. Vindingius *in Acad. Hafn. p.* 74., testantur.

Ad Cap. XII., §. 4.,*p.* 181. 182. Petri Oxe, Dani, *Historiæ Rerum Slesvicensium Christiani III., R. Daniæ*, *ἀνεκδότε*, mentio, in Claud. Lyschandri *Catal. Scriptorum Danicorum MSto,lit. P.* occurrit.

Ad Cap. XII., §. *ult. p.* 193., lin. 8. In locum XVIIIvi Aprilis diei substituendus h.l. est XVtus ejusd. mensis, Verus Natalis Regius.

Ad Cap. XIII., §. 5.,*p.* 202. De Christ. Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, d. 27. Dec. A. 1694. extincto, Conf. Encomiastas ejus posthumos, Casp. Herm. Sandhagium & Joh. Conr. Kieferum, Aulæ Ecclesiastas, in Sermonibus ex Hebr. IV. 15.16.& Rom. VIII. 18. Exequialibus Vernaculis, Slesvigæ, & Sam. Reyherum, JCtum Kilon., in *Tabulis* duabus Majorum & Agnatorum ejus Conjugisque *Genealogicis*, Henr. Muhlium, in *Daphnide*, seu *Bucolico* in obitum illius lugubri, ac Joh. Burch. Majum *in Panegyrico Parentali*, Kilonii, A. 1695. in fol. editis.

Ad Cap. XIV. §. 5., *p.* 214-218. Quæ huic pro Natalibus Clementis II., Pont. Rom., Cimbricis Digressioni, Meinstorfiis nostratibus probabiliter

eum asserenti, Vir Celeb., Wilh. Ern. Tenzelius, Ortui ejus e Familia Marchiæ, & Tractus Magdeburgico-Halberstadiensis, Meiendorfia, post Seidelium, Becmanum & Schilterum, patrocinatus, *in Dialogis Anni* 1692. *Menstruis Germanicis*, *M. Jan.* opposuit, in *Præfat. Partis III. & IV. Isag.* hujus, sub Examen, eodem A. 1692. vocata sunt accuratius, Exceptionibus autem ejusdem iteratis (*M. Mart. A.* 1694., *p.* 209-234.) A. 1697. a nobis, *in Homonymoscopia* (*Sect. II., c. 5., §. 15., p.* 431-441.), itidem responsum. Quæ ad Antapologiam hanc, in Recensu *Homonymoscopiæ* nuperrimo (*M. Oct. A.* 1698., *p.* 921-932.), paucis, nihil certi, in Controv. hac utrinque definiri posse, antequam Pars alterutra Monumentis sua astruere queat Ævi Antiquioris idoneis, frustra hactenus vestigatis, ingenue fassus, *p.*929. 930. reposuit, & nobis perplacent, Argumenta nostra pro Clementis Ortu Cimbrico ἔνδοξα tantum, non ἀποδεικτικὰ, aut extra dubitationis aleam posita, esse, & antehac plus semel professis, & jam denuo inculcantibus. Obiter autem *h. l.* moneo, in eodem *Homonymoscopiæ* meæ Recensu, duplex a me notatum esse Viri Doctissimi ἁμάρτημα, sed utrumque leviculum. Quam enim de Henr. Whartoni, Alph. Tostato, Episc. Abulensi, *Censuram Colloquii Ratisbonensis*, A. 1608. editam, perperam tribuentis, Errore, a me *p.* 29. 30. detecto, hujusque, cum Thoma Hydio (*in Catal. Biblioth. Bodlejanæ*) ipsi communis, occasione, ex Ad. Tanneri de

eodem

eodem Colloquio Anni 1601. Ratisbonensi *Relatione*, Monachii An. 1602. vel *ἀνωνύμως*, vel sub Literis tantum nominis Initialibus A.T. edita, utrique suppeditata, *p.* 924. 925. proponit, Conjectura, duplici laborat Errore. Nam & Nomen Autoris sui Relatio Tanneriana, A. 1602. Latine ac Germanice edita, in fronte profitetur, & diversa ab hac est, quæ A. 1608. demum *in 4to* prodiit *Alphonsi Tostati, Hispani, Episcopi Abulensis, Censura Catholica Colloquii Ratisbonensis ψευδώνυμος*, sub hoc Titulo (ipse enim non vidi) in *Catalogo Nundinarum Anni* 1608. *Vernalium Francofurtensi p.* 5. aliisque Bibliothecarum Indicibus, memorata, ac uti suspicor, e Locis Scriptorum Tostati, in Controversias, Ratisbonæ A. 1601. ventilatas, quadrantibus, a Jesuita quodam (Libris enim Pontificiorum Catalogus eam Nundinalis accenset) consarcinata. Sed & fallitur, dum *p.* 928. me, Polycarpum Lyserum Juniorem Professoribus Acad. Wittebergensis (*in Homonymosc. p.* 97.) accensentem Theologis, in errore credit versari. Licet enim a Gotfr. Svevo, Andr. Sennerto, aliisque Professorum Wittebergensium Nomenclatoribus, omittatur, Autor tamen *Programmatis Funebris*, Lipsiæ A. 1633. in Exequiis ejus propositi, Joh. Höpnerus in *Serm. Funebri Vernaculo*, & Henr. Höpfnerus *in Or. Parentali*, ei habita (ap. Witenium *Dec. III. Memor. Theol. Renov. p.* 373.) Theologiæ illum Professorem Wittebergæ initio, ab A. 1610. Extraordinarium, ac dein Lipsiæ, ab A. 1613. Ordinarium, fuisse, uno ore testantur. *Ad*

Ad Cap. XIV. §. 12. *p.* 237. Inclytæ Alefeldiorum Familiæ, & Insignium ejus, novas haud ita pridem nobis Origines, ex meris Ingenii sui Nocturientis Conjecturis, non absurdis minus quam audacibus, obtrusit, & ab ipsa Cimbrorum adversus Romanos Expeditione repetivit, Joh. Dan. Major in Digressionibus Libri *de Populorum Cimbriæ Originibus* Vernaculi (des Bevölckerten Cimbriens) ἀπροδιονύσοις, *c.* 74. *p.* 118. & *c.* 78.-85. *p.* 129.-141. obviis. Familiam enim quod attinet, ab Haimo hanc, Gigante ac Heroe Tyrolensi Christiano, A. 878. mortuo, & Comitibus in Svevia Schwabeckensibus, ob aliquam Insignium Haimi cum Alefeldianis similitudinem, derivat, Nomenque Alefeldicum a Sede sua in Saxonia Inferiore Alefeldensi, circa Ann. 1066. demum adscivisse, opinatur. Alam autem Insignium Alefeldianorum Aquilinam, ob Signum Aquilæ Romanis, in Expeditione Cimbrica, ab Heroe Gentis hujus (quam Antiquissimis Europæ, lubrico hoc fundamento nixus, annumerat, & ante N. C. Jam floruisse arbitratur) Vetusto ereptum, Locum in his invenisse contendit. Verum Commentorum talium, ob futilitatem Responso indignorum, auxilio, talique Defensore, vera Familiæ hujus Inclytæ Antiquitas haud indiget. Obelo Conjecturas & Fabulas istas Justo jam notavit Dn. Tenzelius (*in Dial. Menstr. M. Nov. A.* 1695. *p.* 983. 984.) unanimem Scriptorum Artis Heraldicæ, Insignium, Familiis Nobilibus propriorum, Originem in Seculum

culum demum Æræ Chr. XI. rejicientium, Consensum merito iis opponens. Notavit & Antiquarius Tractus hujus Arctoi Judicio pariter atque Doctrina insigni Conspicuus, cujus Verba e Literis ad me A. 1693. M. Apr. exaratis, subjungo: *Si cætera Scripti istius ejusdem κόμματος sunt, cum Ala in Insignibus Alefeldiis, incumbent cito Spongiæ. Neque enim Historias hoc est scribere, sed Fabulas, & quidem putidas, gerrasque meras. Nescio, quomodo Viri Docti ad tam anilia hoc seculo delabi possint.*

Ad Cap. XV. §. 14. *p.* 271. Nomocanonem Juticum illustrant etiam I. Joach. Blütingii, *h. l.* laudati, *Tractatus MS.* vom Erbgange nach dem Jütischen Rechte / sammt 5. eine Einführung in das Jütische Lowbuch enthaltenden Observationibus. 2. Ejusd. *Mevius*, quem reliquisse fertur, *Cimbricus*, Opus ingens ἀνέκδοτον. 3. Joh. Meieri, Secretarii Flensb. *Methodus Juris Danici*, ex Nomocanone imprimis Jutico concinnata, & *Materia Successionum ex Jure Danico*, quæ MSS. in Bibliotheca Reseniana Hafniensi (*teste ejus Catalogo p.* 178.) supersunt. 4. Cornificii Rosekrantzii, Equ. Dani, A. 1653. defuncti, *Positiones Selectiores ex Jure Danico, ad Normam divini, Naturæ & Gentium expensæ, ubi a Justinianæo discrepant*, quæ Argentinæ A. 1649. prodierunt, & ab Er. Mauritio, *in Introd. ad Prax. For.* §. 23. commendantur.

Ad Cap. XV. §. 17. *p.* 274. 275. De Codice Christianeo, ejusque nupera Versione Latina, a D. Hen.

D. Henr. Weghorstio, Consil. Regio, Hafniæ A. 1698. in 4to edita, Conf. *Hypomnemata* nostra *ad Alb. Bartholini Lib. de Scr. Dan. p. 213. 214. & Spicilegium eorundem p. 14. 15.*

Ad Cap. XV. §. 20. 21. *p.* 279. 281. De Opusculo, quod Joh. Fuchsius A. 1687. recudi curavit, Vernaculo Holsteinisch Ding und Recht / antea sub Tit. dat Holsten Landrecht edito, ita Er. Mauritius *l. c.* §. 23. *Est in Holsatia Modus quidam, certis verbis conceptus, provocandi & procedendi in Judicio inter Rusticos, in quo plurima antiquissimi Germanici Processus vestigia observavimus, quæ frustra alibi requiras. Is modus, per manus traditus, ante paucos annos, typis a temporis injuria vindicatus est, titulo* **dat Holsten Landrecht.** Joh. Fuchsii, Consulis Kiloniensis, *Introductio in Processum Holsaticum, Formulis, eo spectantibus, illustrata*, Kilonii A. 1696. in 4to prodiit. Sub finem ejus, uti & inter *Dissertationes* Mauritii, a Joh. Nicol. Hertio Francof. A. 1692. peculiari editas Volumine (*num.* 7. *p.* 337-388.), seorsim recusa est Erici Mauritii *Introductio in Praxin Forensem*, præcipue Cimbricam, Præfationis instar antea A. 1669. *Consiliorum Kiloniensium Specimini* (Parte *Consiliorum* Mauritii *Posthumorum*, Francof. A. 1693. publicatorum, *Prima* itidem denuo impresso) præfixa. Exstat etiam D. Nicol. Christoph. Lynckeri, JCti Acad. Jenensis eximii, *Collatio Processus Judiciarii Provincialis Holsatici, cum Processu Juris Communis & Saxonici, Disput.* peculiari exhibita, & Jenæ A. 1689. in 4to excusa.

Ad

Ad P. II., *c.* 1., §. 4., *p.* 4. De Edda utraque Conf. *Addenda Partis hujus p.* 215.216., & *Hypomnemata* noſtra *ad Alb. Bartholini Lib. de Scr. Dan. p.* 404-408., eorundemque *Spicilegium p.* 45. 46. 47.

Ad P. II., *c.* 1., §. 5. *p.* 8. *De Slavorum Idolis Tres* etiam exſtant *Diſputationes Hiſtoricæ* Mich. Frenzelii, Budiſſa Luſati, in Acad. Witeberg. A. 1691. ac 1692., Præſide M. Joh. Pet. Ludovico, Hala Svevo, Profeſſore jam Saxo-Halenſi, propoſitæ. De VII. Saxonum Antiquorum Deaſtris actum eſt a Chriſtoph. Arnoldo in Appendice ad Alex. Roſſæi *Speculum Religionum*, Germanicæ translatum, teſte Tenzelio *in Dial. Menſtr.*, *M. Mart. A.* 1694., *p.* 235.

Ad Cap. III., §. 8. 9. 10., *p.* 49-62. Anſgarii (de quo *Addenda Partis hujus Secundæ p.* 218-222., & *Quartæ p.* 643. 644., conferenda) Biographis addendus eſt Canonicus Ædis Anſgarianæ Bremenſis, circa A. 1450., Ἀνώνυμος, cujus *Metra, de Vita illius*, *Reciproca*, *ſatis nobilia & pulchra*, Picturis Templi Anſgariani, eandem ſiſtentibus, adjecta, commendat Henr. Woltherus (ipſemet etiam de Anſgario conſulendus) *in Chronico Archiepp. Brem.* (*T. II. Rerum Germ. Meibomii*) *p.* 25. & 81.

Ad Cap. III. §. 11. *p.* 62. Qui Rembertum, Archiep. Hamb. Danis accenſent, ob ὁμωνυμίαν eum cum Rimberto, Sveciæ Epiſcopo, gente Dano, ipſique coævo, confundunt, uti, *cum in Addendis Partis hujus* (*p.* 222. 223.) *tum in Homonymo-*

scopia (*P.* II. *c.* 6. §. 35. *&* 85. *p.* 558. 559. 615. 616.) a nobis est monitum.

Ad Cap. III. §. 14. *p.* 70.-77. Popponem nostratem (de cujus Miraculis *in Addendis etiam Partis* IV. *p.* 644. 645. est dictum) cum Poppone, Marchione Austriæ, ad Archiepiscopatum Trevirensem A. 1016. evecto, & d. 16. Jun. A. 1047. defuncto, eundem esse, utriusque Homonymia itidem deceptus, inepte credit Autor, cujus *Gesta Trevirorum*, in *accessionibus* illustris Leibnitii *Historicis*, A. 1698. prodierunt, Vetustus Ἀνώνυμος, Trevirensi nostri in Regno Danico Acta & Miracula adscribens, & Ansgarium eundem a Danis etiam vocari absurde fingens *c.* 47. *p.* 70. Conf. de ista Confusione *Homonymoscopiam*, *P.* II. *c.* 6. §. 80. *p.* 607.

Ad Cap. III. §. 15. *p.* 77. 78. 79. Vicelini Biographis adjungatur Burchardus de Plexen, quam Conr. Evermet, Presbyter Sec. XVI. Ratzeburg, *in Chronico Episc. Aldenburg* (nuper in Paulini *Syntagm. Rer. Germ.* edito) *p.* 167. suum vocat *Compresbyterum*, *& Vitam Vicelini eleganter composuisse* testatur. Henr. Oræus, *Lib. contra Berengarium* Vicelino falso tribuens, & *p.* 79. a nobis notatus, confundere eum, ob παρονομασίαν, videtur cum Asselino, Monacho Seculi XI. in Neustria Benedictino, & Berengarii Antagonista, uti fusius jam, in *Homonymoscopia* nostra, *P. II. c.* 6. §. 99. *p.* 631. 632. est monitum.

Ad Cap. V. §. 2. *p.* 96. *lin.* 13. 14. In gratiam Viri Consultissimi, J. Christ. Itteri, qui (*in Tr. de*

Hono-

Digitized by Google

Honoribus Academicis, c. 7. §. 13. p. 229. *Edit. poster.*) meam hanc de Jac. Rosales, Judæi, Med. D. & in Civitatibus Hamburgensi ac Amstelodamensi, tandemque in Portu etiam Hetruriæ Liburno, ad A. usque Fatalem 1668. Practici, Comitiva Palatina Cæsarea allegans Relationem, *inauditum* se *id antea in omni memoria credidisse* fatetur moneo, tribui hanc ipsi non solum in *Sciagraphia* ejus *Regni Astrorum Reformati*, Hamburgi A. 1644. editæ, Titulo, sed in Menassis etiam Ben Israel (a Ferd. III. Imp. cum Nobilitatis Insignibus, collatam illam Rosalesio esse testantis) *Epistola* ad Paulum Felgenhauerum, hujus *Bono Nuncio Israelis*, Amstelod. A. 1655. excuso, subjuncta.

Ad Cap. V. §. 6., p. 110., & Addenda ad h. l. p. 223. 224. Conjecturam meam priorem de Geneva Sim Goulartii Jun. Patria, re accuratius perpensa, cum Viro Celeberrimo Pet. Bælio (*T. I. Diction. Hist. & Crit.*, p. 1268. 1358.), posteriori, qua, Wittenium (Filium cum Parente ὁμωνύμῳ, patria Sylvanectino, & heic confundente) incaute secutus, Sylvanectum in istius locum perperam substitui, præfero. De Anno autem Emortuali Goulartii Junioris, quem 1628. Æræ Chr. fuisse tradidi, frustra Vir Cl. (Goulartium Seniorem isto obiisse observans) mihi & Wittenio movet Controversiam, cum fatalem hunc illi fuisse etiam Car. Niellius, Doctor inter Remonstrantes haud ignobilis, in *Epist.* ad Joh. Utenbogardum Lupistenio d. 3. Jun. A. eodem scri-

pta, testetur. V. *Epistolas Remonstrantium*, *in Append.*, *n.* 638., *p.* 968.

Cap. V. §. 10., p. 121., lin. 18. Lege: *Altonæ non autem Hervordiæ.*

Ad Cap. VII., §., *p.* 210. Historiam Cimbriæ Literariam etiam illustrant Ephemerides Literariæ sequentes, ab aliquot Lustris in illa edi coeptæ: I. N. Körberi, Mülhusa Thuringi, Med. D., *Ephemerides Literariæ Hamburgenses*, Gallice & Latine, A. 1686. ἀνωνύμως hebdomadatim coeptæ publicari, sed per 6. tantum septimanas continuatæ, de quibus V. Morhofii *Polyhistorem*, *P. I.*, *L.* 1., *c.* 16., *p.* 182., & Chr. Junckeri *Schediasma de Eruditorum Ephemeridibus*, *p.* 166. 167. 168.; II. Dn. de Artis, Galli, Ecclesiastæ e Patria Exulis, *Journal de Hambourg*, *contenant divers Memoires curieux & utiles*, *sur toute sorte de Sujetz*, cujus *Tomi* extant IV., hebdomadatim, ab A. 1694. ad 1697., in 8vo editi; III. *Nova Literaria Septentrionis & Maris Balthici Lubecensia*, quæ, Instituto laudabili, Viri Urbis istius Eruditi (Ach. Dan. Leopoldus, J. U. D., Joh. Jac. Stolterfohtius, Med. D., Jac. a Mellen, Ecclesiastes Merianus, & Casp. Lindebergius, Past. Johannæus) colligere, & Mensibus singulis juris facere publici, A. superiore 1698. coeperunt.

Ad P. III., *C. I.*, §. 1., *p.* 227. Joh. Svaningii Sen. Historiographi Sec. sup. Danici, *Tr. de Feudo Slesvicensi* MStus, ab And. Sev. Vellejo, ejus Genero, *P. II. Promi Condi* Ἀνεκδότων suorum, allegatur.

Ad

Digitized by Google

Ad P. III., *c.* 1., §. 5., *p.* 231. 232. Scriptoribus de Episcopatus Ripensis Historia, ex eodem Velleji Schediasmate, addantur: 1. Anonymi *Chronicon Ripense* MS.; 2. Anonymi alterius *Chronica Eccles. Ripensis*, *seu Episcoporum Historia* MS., quam, una cum præcedenti, Vellejus possedit; 3. Velleji ipsius *Ripa*, *seu Chronicon Rerum*, *quæ in Diœcesi Ripensi*, *sub* 34. *Episcopis*, *contigerunt*, *memorabilium* *ἀνέκδοτον*.

Ad Cap. II., §. 3., *p.* 240. Anonymi *Annales Frisiorum Cimbriæ*, *ab A. C.* 1257. *ad* 1496. *perductos*, penes se MStos fuisse, Andr. Vellejus, *l. c.*, *P. II.*, testatur.

Ad Cap. II., §. 5., *p.* 247. Anonymi *Annales Eiderstadienses*, *ab A. C.* 1000. *ad* 1554. *confuse perducti*, a Vellejo itidem, uti *l. c.* indicat, *ἀνέκδοτοι* asservabantur.

Ad Cap. II., §. 19. *p.* 256. Christ. Kortholti *Femaria Desolata*, Curante Sebast. Filio, Kilonii A. 1695. in 12o. est recusa.

Ad Cap. III., §. 1. *p.* 257. De Civitate Ripensi plura nos docebunt M. Pet. Terpagrii, Theol. in patria hac sua Lectoris, *Ripæ Cimbricæ*, & *Inscriptiones Ripenses*, quas juris propediem faciet publici.

Ad Cap. III., §. 5., *p.* 266. Mentionem h. l. meretur Nummus Civitatis Flensburgensis Argenteus paulo vetustior, Trisolidum pretio æquans & Magnitudine, in Horto Urbano M. Jul. Anni 1696. effossus, mihique a Possessore monstratus, quem ego, e Literarum, illi insculptarum,

forma, Sec. XV., Christiano I., R. Daniæ, impe rante, hujus, non autem Magistratus Oppida ni, cusum esse, auspiciis, colligo. In uno eju Latere Insigne spectatur duorum Leonum, Du catui Slesvicensi proprium, cum Inscriptione MONETA HOLSASCIE, in altero autem Cru: Oldenburgica, cum Epigraphe: CIVITAS FLENSBURG. *Cap. III., p. 345., lin. 4.* in locum XVIIIvi Aprilis Diei substituatur XVtus Men sis ejusdem, Verus Natalis Regius.

Ad Cap. IV., §. 1., p. 348. Novam Urbis Sles vicensis, & Arcis Gottorpiensis vicinæ, Descri ptionem Topgraphico-Historicam, ad finem us que Sec. XVII., jam expirantis, perductam, cu jus Partem ipsemet jam vidi priorem, Sermone propediem Germanico Ulr. Petræus, Slesvicen sis, J. U. Cand., Cimbriæ exhibebit.

Ad P. IV., c. 1., §. 5., p. 372. Acad. Kiloniensis Historiæ non parum lucis affundunt Dan. Georg Morhofii *Orationes* (præsertim Prima, in eju habita Inauguratione, & Octava *de Fructibus, e ea in Holsatiam, Urbemque Kilonium, redundantibus* ac *Programmata*, junctim nuper Hamb. A. 1698 in 8vo edita.

Ad Cap. III., §. 3., p. 422. Solos Episcopos Al denburgenses celebrat, & in Geroldi tempori bus finitur, *Chronicon* illorum, quod duobus tan tum constat Quaternionibus, exiguum, a Con rado Evermot, Lüneburgico, Presbytero Sec XVIti Razeburgensi, A. 1561. superstite, e: Helmoldi potissimum & Alb. Krantzii Scriptis

con

congestum, ac a Christ. Franc. Paulino, Medico Isenacensi, in *Syntagmate Rerum* Germanicarum nupero, Francof. A. 1698. in 4to excuso, cum Notulis Historicis, editum.

Ad Cap. IV. §. 1. *p.* 431. Gerh. Bullenium zur Burg Burga Femariensem fuisse perperam conjeci. Fuit enim, nisi omnino fallor, Lubecæ Monachus Coenobis D. Mar. Magdalenæ Burgensis. Addendus est Chronicorum Lubecensium ἀνεκδότων Scriptoribus, qui *h. l.* memorantur, Antiquioribus Alb. a Bardowik, Patritius Lubecensis, Reip. Patriæ Senator ac Cancellarius, A. 1316. teste Bernh. Middendorpio, defunctus, cujus *Annales Lubecenses*, Senatus Jussu A. 1298. scriptos, & *Libro Privilegiorum Civitatis* annexos, a D. Joh. Marquardo, in *Chron.* suo *Lub.* MS., frequenter allegari, Vir Celeberrimus, Jac. a Mellen, Ecclesiastes Patriæ Marianus, me edocuit.

Ad Cap. IV., §. 2., *p.* 432. Quæ diversa ego, ob ἀυτοψίας defectum, esse credidit, *Chronica* Lectoris Franciscani & Minoritæ Lubecensis, *num.* 2. *&* 3. memorata, unum idemque esse Scriptum Doctiss. Mellenius, ἀυτόπτης, mihi significavit.

Ad Cap. IV. §. 4. *p.* 436. 437. Conradi ab Höveln Libellus, ab alio passim interpolatus atque continuatus, novaque Narrationum aliquot vetustarum, Appendice auctus, omisso primi Autoris Nomine, sub Titulo der Beglückten und Geschmückten Stadt Lübeck / A. 1697. Lubecæ in 8vo est recusus.

Ad Cap. IV., §. 5. *p.* 439. Præter hæc Chronica

Lubecensia ἀνέκδοτα Recentiora, supersunt etiam alia ejusd. generis Statii, Ædis Cathedr. Vicarii Pontificii (Rehbeenio lectum & allegatũ) Hansii Bruhnii, Legati inter Concives, circa A. 1652., Militaris (Bürger-Lieutenants) / Wickedenianum, & plura alia, a Possessoribus Agnomen adepta, sed pleraque, Cl. Mellenio teste, e Reim. Kockio ac Rehbeenio congesta. Superest etiam, & palmam haud dubie jam memoratis extorquet, Joh. Marquardi, J. U. D. & Reip. patriæ Lubecensis, ad A. usque Fatalem 1668., Consulis, Opus ingens de Historia ejus Vernaculum, circa A. 1658. insigni collectum diligentia, tribusque Tomis *in fol.* comprehensum. *Rempublicam Lubecensem*, eadem qua Respublicæ variæ, Typis in Batavia Elzevirianis excusæ, descriptam a se Methodo, D. Otto Sperlingius Jun., Consil. Danicus, pollicetur.

Ad Cap. IV., §. 8., *p.* 444. Bernh. Middendorpii *Series Senatus Lubecensis* Tabularis, A. 1669. in fol., uti *h. l.* indicatum, edita, innumeris, circa Nomina Annosque, & Autoris, & Typographi, culpa, scatet Erroribus. Longe autem accuratiores sunt Viri Doctissimi, Jac. a Mellen, de Patria IV. Diatribus, *p.* 438. laudatis, a Casp. Sagittario autem (*in Scriptorum Catalogo*), quod Jenæ, se Præside, essent publice defensæ, sibi perperam vindicatis, præclare jam meriti, *Catalogi*, quos perlegendos mihi Lubeca benevole transmisit, *Consulum Senatorum*, *Syndicorum*, *Secretariorum*, *Superintendentium*, *Ecclesiastarum & Ludi-*

Digitized by Google

Ludimagistrorum Publicorum Lubecensium, Chronologici ἀνέκδοτοι, ac digni, qui cum *Inscriptionibus Lubecensibus*, ab eodem promissis, lucem brevi videant publicam. *Lubecam Annorum* 1698. & 1699. *Literatam*, sive Indicem Hominum Literatorum, in patria superstitum, ἀνωνύμως editum, ejusdem Diligentiæ debemus.

Ad Caput. VI., *p.* 493. & *seqq.* De Historia Juris Lubecensis, ejusque Exegetis potioribus, ac Dav. imprimis Mevio, conferri meretur Eric. Mauritii *Introductio in Praxin*, §. 22., *p.* 378-382. (in Volum. Dissertt.) Dissertationibus in Titulos ejus nonnullos Juridicis, §. 6., *p.* 502. 503., enumeratis, addantur (*e Novis Lit. Lubec.*, *M. Aug.* & *Sept. A.* 1698., *p.* 144. 155.): 1. Joh. Joach. Rangonis, Pomerani, J. U. D., *Diss. ad Ant. Winclerum*, *Consulem*, *Epistolica de Bylaginibus Lubecensium*, *sive Concordantia Juris Lubec. cum Svecano*, Lub. 1697. in 4to; 2. Henr. Christ. Wolfii, Lubecensis, *Disp. de Rationabilitate Canonis J. Lubec.*: Hand mutt Hand waaren / Præside D. Joh. Amselio, Regiom. A. 1698. proposita.

Ad Cap. VI., §. 8., *p.* 506. De Legibus ac Statutis Hansici Fœderis Antiquioribus ἀνεκδότοις Conf. Ericum Mauritium *l. c.*

Ad Cap. VI., §. 12., *p.* 517., & *Cap. XII.*, §. 3. *p.* 628. Monitis Polyhistoris Celeberrimi, Pet. Bælii, Nicol. Raimarum Ursum, Mathematicum Sec. Sup. Dithmarsum, a Nicolao Reimers (quem Danis Alb. Bartholinus accenset, & *de Civitatibus Ditmarsiæ Hanseaticis* scripsisse absurde perhi-

bet) diversum esse, falso persvasi, ad hæc Loca Criticis (*T. II. Dictionarii Hist. & Criticis Gall.*, *P. II.*, *p.* 1233. 1234.) solide atque *ἀναντιῤῥήτως* a nobis, in *Hypomnematis ad Alb. Bartholini Lib. de Scr. Dan. p.* 350., illorumque *Spicilegio p.* 31-34., jam est responsum, simulque Origo Erroris Bartholini, e Vici Dithmarsici Hemstede / Raimaro Natalis, Nomine Proprio, ob ejus cum Appellativo Hensestede Affinitatem, Scriptum istud Chimæricum ridicule effingentis, *ὀφθαλμοφανερῶς* detecta.

Ad Cap. VII., §. 1. *p.* 520. Eadem *Constitutio Comitatus Pinnebergici Ecclesiastica* Altonæ A. 1690. in 4to recusa est, una cum Ottonis, Comitis Holsato-Schaumburgici, *Judicii Aulici Ordinatione* Vernacula, d. 8. Nov. A. 1639. promulgata, & Rintelii jam ante A. 1640. impressa, Norma Disceptationum in Comitatu Pinnebergico Forensium.

Ad Cap. VIII., §. 1., *p.* 525. Fabulæ Vetustæ, de Jove Hammone Hamburgi culto, ac Urbe ab eo denominata, Scripto peculiari, teste Joh. Frid. Mayero, eidem credulo (im Evangelischen Hamburg *p.* 167. 168. 169.), se patrocinaturum esse Joach. Vagetius, Hamburgensis (*in Præcidaneis de Orbe habitabili p.* 259.), promisit, a Lambecio (*L.* 2. *Rer. Hamb. p.* 323.) *Stultitia exibilatione digna* insimulatus. Durius, si viveret, Idem Polyhistor Illustris haud dubie judicium esset laturus de Concivibus quibusdam suis, Narrationem hanc ineptam, primasque insuper Civitatis, a

Gome-

Gomero, Teutonum Rege, A. M. 2217. conditæ, Origines, non minus ridiculas, e Tabula Orichalcea, per Hortulanum, uti fertur, decrepitum, in Vicinia templi Petrini, effossa, &, cum Centenario major A. 1677., M. Nov., in Ptocheo decederet, hujus Sacerdoti, M. Pet. Hesselio, donata, Imaginem Hammonis, XII. Deorum Consentium cincti Satellitio, & Urbis, e *Chronico* haud dubie *Saxonum* Antiquo desumptam, cum Inscriptione Germanica, Græcis insculpta Characteribus (quam V. in Matthæi Sluteri, JC. Hamb., Tr. von den Erben in Hamburg *P. II.*, *Tit. II.*, *p.* 108-116.), exhibente, astruere aggressis. Manifestam certe Tabula hæc (uti Slutero jam, ni fallor, suboluit) prodit Imposturam Historico-Literariam, istius, qua, ævo superiore, apud Italos, Joh. Annius Viterbiensis, Alph. Cicarellus, Curtiusque Inghiramus, apud Lusitanos autem Henr. Cajadus (de quibus, post alios, Joh. Alb. Fabricii *Bibliotheca Latina Appendix*, *p.* 161-170, potest consuli), famam affectarunt, infeliciter æmulam. Per me, quotquot, inventis frugibus, glandes etiamnum adamant, sensu suo abundent, & deliciis istis fruantur.

Ad Cap. VIII. §. 2. *p.* 528. Typographiam Civitatis Hamburgensis haud parum illustrant, quæ Anno Superiore, D. Matth. Sluterus, integra *Parte* Operis jam laudati *Tertia* (*p.* 593-658.) de Parochiis illius, Foris, Portis ac Plateis, congessit.

Ad Cap. VIII. §. 9. 10. *p.* 543. 544. Inter Chroni-

ca Civitatis Hamburg. edita, recentissimum est, & ad A. usque 1696. perductum, quod eodem A. Hamburgi in 4to (sub Tit. kurtze Histor. Beschreibung der Stadt Hamburg) prodiit, Vernaculum Wolfg. Henr. Adelungii, Scholæ in Patria Trivialis Catharinæ Ludimagistri, Topographiam etiam ejusdem, cum Consulum, Senatorum, Secretariorum, Ecclesiastarum, XII. virorum, & Militiæ Urbanæ Præfectorum, Catalogis, Tratsigeri Junioris, aliorumq; diligentia congestis, sed hoc in Libro, quoad Nomina & Tempora, valde mendosis, exhibens. Quod, sicut ab Homine scriptum est illiterato, ita nimia in congerendis Narrationibus ἀλλοτρίαις, leviculis ac sæpe ineptis, diligentia brevitate autem intempestiva, aut Silentio de majoris Momenti negotiis, aliisq; indiciis, Autoris sui ubique prodit ἀκρισίαν. Ineditis jungantur, præter D. Ott. Sperlingii Jun. *Descriptionem Reip. Hamburg.* Breviorem, methodo Rerumpublicarum, quas in Batavia Elzevirii publicarunt, Syntagmatis familiari concinnatam: 1. Joach. Vagetii, Hamburgensis, *p.* 546. laudati, Historia Urbis Patriæ posthuma, a Concive clarissimo, Joach. Morsio (uti ex Applausibus Amicorum Metricis, in Albo ejus MS. obviis, didici) Editioni destinata. 2. Anonymi *Breviarium Historiæ Hamburgensis Latinum*, ab A. C. 808. ad 1645. perductum, quod Gotfr. Liebezeitius, Bibliopola, asservat. 3. Henr. Heldii J. U. L. Joh. Mich. Döleri, Suburbii Hamburgensis Michaelitani Ecclesiastæ & Wenceslai Jannibalis, Ludimag. Hamb. Catharinæi,

Chro-

Chronica (quæ Matth. Sluterus, in Opere aliquoties laudato, p. 108. 120. 123. 600. 619. allegat) Hamburgensia ἀνέκδοτα Vernacula recentissima, nostrisque congesta temporibus.

Ad Cap. VIII., §. 13. *p.* 548. Hominum, qui Hamburgi jam vivunt, Literatorum sola Nomina Indice recenset Alphabetico *Hamburgum Anni* 1698. *Literatum*, a M. Pet. Ambrosio Lehmanno, Döbela Misnico, *in* 8*vo* editum, & Anno hoc 1699. auctius proditurum.

Ad Cap. VIII. §. 16. *p.* 551. *& seqq.* De Controversiis Civitatis Hamburgensis Illustribus consuli etiam poterit, si forte aliquando prodierit, D. Casp. Thurmanni, JCti Rostoch. Hamburgisches Friedens und Krieges-Archiv, darinn alle Controversien, so die Stadt Hamburg mit frembden Potentaten gehabt / remissive angewiesen werden / quod MStum Senatui Hamburgensi, Anno superiore, uti ab Amico edoceor, obtulit.

Ad Cap. X. §. 1. *p.* 568. 569. Steph. Kempii Historiam Reformationis Ecclesiæ Hamburg. ex Idiomate Saxonico in Misnicum translatam, cum tribus suis ejusdem Argumenti Concionibus (ex Apoc. XVIII. 4.) Hamburgi A. 1694. in 12o. (sub Tit. des Evangelischen Hamburges) edidit D. Joh. Frid. Mayerus, Past. Jacobæus, Tractatum in *Præf.* promittens Argumenti affinis alium von der Beständigkeit und Eyfer des Ministerii zu Hamburg / vor die reine Lutherische Lehre / von Zeit der Reformation, biß auff diese Stunde. E Pontificiis, Historiam Reformationis ejusdem Saxonicam

nicam *ἀνέκδοτον* reliquit Joh. Mollerus, Hamburgensis, J. U. D. & Ædis D. Mar. Mdgd. in Patria Guardianus, a Matth. Slutero (im Tr. von den Erben in Hamburg *P. III. Tit. 2. p.* 599. 600.) allegatam.

Ad Cap. XI., p. 621.-626. Quæ de Juris Hamburgensis Municipalis Historia & Exegetis, aliisque Constitutionibus ac Recessibus Civitatis Publicis, Capiti huic possent adjici, pleraque jam collegit, & nobis proinde hic otia fecit, Vinc. Placcius noster, in *Idea JCti Hamburgensis perfecti* sive *Musarum IX. Juridicarum*, Secundæ *Libri de JCto Perfectio* Editioni A. 1693. adjectarum, *Quinta.* In qua, uti Juris Municipalis totius Exegetis, in *Isagoge* jam memoratis, Joh. Wetkenius & Joach. Claenius Consules, Vincentiusque Mollerus IV. & Joh. Garmerus, Syndici, a nobis omissi, sunt adjecti, ita utrisque superaddi possunt Nicol. a Vechte & Ericus Wordenhofius Sen. J. U. Lic. & Senatores, a Slutero (*l. c. p.* 689. 694. 761.) passim allegati, ac Alb. Schreiningius, J. U. D. & ad A. usque Emortualem 1688. Syndicus, Jura Hæreditatum Urbanarum, & Cerevisiaria, prolixo illustravit Tractatu Vernaculo, in VII. Partes diviso, ac A. 1698. in 4to edito (von denen Erben in Hamburg / und deren Achterfolgunge) ipsemet Matthæus Sluterus, alium etiam Argumenti affinis (von den Verlassungen nach Hamburger Rechten) *in Præfat.* pollicitus. Dissertationibus in nonnullos J. Municip. patrii Titulos hæ JCtorum Hamburgensium addantur Inaugurales: 1. Hier.

1. Hier. Böckelii, J. U. L. *de Jure Mulierum Hamburgensium* circa ContractumConnubialem. Franeq. 1689.

2. Wilh. Schröderi, J. U. D. *de Privilegio Hamburgensium de non appellando.* Ultraj. 1690.

3. Herm. Langenbeckii Jun. J. U. D. *de Castigatione Moderata, ad P. IV. Tit.* 48. Altorfii 1692.

4. Dieter. Anckelmanni, J. U. L. *de Pactis Dotalibus, ad P. II. Tit. XI. Art. XI.* Halæ Sax. 1695.

5. Joh. Christoph. Schnellii, J. U. L. *Delibata ad Processum Hamburgensem.* Ultraj. 1694.

Ad Cap. XII. §. 2. *p.* 627. 628. *Historiam Gentis Dithmarsicæ* ἀνεκδότοις suis annumerat M. Andr. Sever. Vellejus, Decanus Ripensis, in *Promo Condo illorum MS.*

Ad Cap. XII. §. 3. *p.* 628. Conf. ad *h. l.* de Nic. Raimaro, quæ paulo ante, *ad Cap. VI.* §. 12. *p.* 517. locisque aliis, istic allegatis, sunt dicta.

Ad Cap. XII. §. 4. *p.* 630. 631. De Christ. Cilicio ψευδωνύμῳ, ejusque *Historia Belli Dithmarsici* Conf. *Hypomnemata* nostra *ad Alb. Barthol. de Scr. Dan. p.* 183. eorundemque *Spicilegium p.* 9. M. Nicol. Fedderi, Præpositi in Mona, Insula Danica, circa A. 1573., Stegensis de eodem *Bello* Dithmarsico Poema a Claud. Lyschandro (in Catal. Scriptorum Danicorum ἀνεκδότῳ) memoratur.

Longe plura adhuc, tum de Argumentis aliis, tum de Certaminibus Ecclesiasticis, quæ Joh. Henr.

Henr. Horbio, τȣ̃ Μακαρίτη, Casp. Herm. Sandhagio (& a Ciliastis, & ab Anti Chiliastis, vexato) Christoph. Franckio, Theol. Kilon. eximio(protervos Juvenis temerarii, M. Frid Grammii, publica Principis sui, & Theologorum Hafniensium ac Lubecensium, Censura notati, insultus generoso hactenus ulto Contemptu ac Silentio) aliisque in Cimbria, & præsertim Hamburgi, a Zelotis rigidioribus, sunt mota, & partim Summa Animorum agitata intemperie, monenda supersunt. Sed, nec Camarinam istam Litium Sacrarum (Κακὸν ἔυ κείμενον) movere lubet, nec cœtera adjicere Temporis patitur Angustia. Vale igitur, L. B. & Studiis nostris fave. Scribebam Flensburgi d. 19. Febr. Anno M DC XCIX.

Illu-

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO COMITI AC

DOMINO,

DN. DETHLEVO,

S. ROM. IMP. COMITI

a RANZOV.

ET LOÜWENHOLM, DOMINO IN BREITENBURG, &c.

EQUITI ORDINIS ELEPHANTINI AURATO;

AUGUSTISS. ATQUE INVICTISS. DANIÆ ET NORVV. REGIS CONSILIARIO INTIMO ET PROVINCIALI;

DUCATUS UTRIUSQUE, SLESVICENSIS ET HOLSATICI, PROREGI, PRÆFECTOQUE ET GUBERNATORI RENDESBURGENSI;

SUPREMO ITEM EJUSDEM SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS CUBICULARIO ET CHILIARCHÆ;

COMITI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO:

VIRO
ITEM
PERILLUSTRI, GENEROSO
ATQUE
EXCELLENTISSIMO
DN. JOACHIMO
ab ALEFELD,
DYNASTÆ HEREDITARIO
IN
BOCKHAGEN
ET
OLPENIZ;
REVERENDISS. ATQUE SERENISSIMI
PRINCIPIS,
CHRIST. ALBERTI,
DUCIS HOLSATO-SLESVICEN-
SIS, CONSILIARIO INTIMO, PRO-
VINCIALI, CAMERÆ AC STATUS
PUBLICI,
SUPREMO AULÆ MINISTRO
ET
PRÆFECTO TUNDERENSI;

DOMINO SUO GRATI-
OSISSIMO:

UPREMIS PATRIÆ, SECUNDUM
SERENISSIMOS ILLIUS PARENTES, GU-
BERNATORIBUS ATQUE PRÆSIDIBUS,
NCREDIBILI MERITORUM IN IL-
AM, ET AVITORUM, ET PROPRIORUM,
AGNITUDINE PRÆCIPUAM INCOLARUM EJUS-
DEM UNIVERSORUM OCSERVANTIAM ATQUE
ADMIRATIONEM DUDUM PROME-
RITIS:
QUOS UTI
DII CHERSONESI NOSTRÆ PATRII
TQUE INDIGETES, CEU MINISTROS IN-
IMÆ ADMISSIONIS FIDELISSIMOS, NESTORAS-
QUE ET HEPHÆSTIONAS REDIVIVOS AC
ΘΕΟΣΔΟΤΟΥΣ, AMPLECTUNTUR;
ORDO EQUESTRIS,
ET,
QUÆ IN ISTO ALIAS SUPEREMINENT,
FAMILIÆ IPSORUM ILLUSTRES,
RIMICERIOS AGNOSCUNT ET ANTESI-
GNANOS;
SUBDITI OMNES,
VELUT NUMINA TUTELARIA,
ET SIDERA BENIGNISSIMA,
VENERANTUR;
HOMINES DENIQUE ERUDITI,
ANQUAM MUSAGETAS ET MECOENA-
TES BENEFICENTISSIMOS, CERTATIM EXTOL-
LUNT ET DEPRÆDICANT:
ITA
NOVANTIQUA PENINSULÆ NATALIS
HISTORIA,
EJUSQUE CULTORES INDUSTRII,

PATRONOS SIBI, ET HONESTORUM I
HOC STRADIO CONATUUM FAUTORES POL
LICENTUR INCOMPARABILES:
HANC
DE EJUSDEM SERIE, ADMINICULIS AT-
QUE SCRIPTORIBUS,
COMMENTATIONEM SUBITANEAM
QUANTUMVIS EXILEM,
ET
QUÆ TANTA SIBI NOMINA PRÆSCRIB
INDIGNAM;
ARGUMENTI, OMNIUM FAVORE DIGN
SIMI, NON AUTEM TRACTATIONIS, HUJUS DI-
GNITATI NEC SATIS RESPONDENTIS,
NEC MULTUM ORNAMENTI ALLATUR
INTUITU ATQUE FIDUCIA
ANIMATUS,
MENTE HUMILLIMA,
CUM VOTO PROSPERITATIS OMNIGEN
ET
SUMMO ISTO FASTIGIO,
AD QUOD
SUMMÆ IPSOS VIRTUTES,
SUMMAQUE MERITA
EVEXERUNT,
DIGNÆ,
SACRAM ESSE JUBET,
SIMULQUE SEMETIPSUM,
CUM STUDIIS SUIS ATQUE FORTUNIS
SUBMISSE COMMENDAT
NOMINIS IPSORUM

ILLUSTRISSIMI ATQUE EXCELLENTISSI
VENERATOR DEVOTISSIMUS

JOHANNES MOLLER

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

INtegrum jam, *Lector Benevole*, effluxit Quadriennium, ex quo *Cimbriæ Literatæ Prodromum* illius (heu quondam!) Musagetæ, MARQV. GUDIO, inscripsi, faciemque & Σκιαγραφίαν Laboris istius Affecti, Viro huic Illustri, cœterisque, quibus Chersonesus nostra caput effert, Eruditis, strictim exposui. Eo scilicet Fine, ut partim meum in Patriam Affectum, ac de eadem bene merendi Conatus, publice testarer, partim vero Amica ab aliis Subsidia, tantæ molis Opus agresso necessaria, conquirerem. Ea autem fuit Ἐκτρώματος hujus subitanei felicitas, ut majori, quam ipse polliceri mihi poteram, favore a Viris, & in Cimbria, & apud Exteros, Celeberrimis fue-it exceptum. Quorum facile Princeps, Mor-ofius, eam de Labore nostro Orbi Literato Polyhistore, suo concitavit Expectatio-nem, cui an is sit responsurus, ipsum me addubitare, ultro lubensque fateor. Nec spes subsidiorum omnino decollavit. Frustranea quidem fuit mea de Gudio Expecta-

tio, qui locum inter Evergetas meos Literarios Principem mereri & facile potuisset, & pro Ingenti, quo me ac studia mea dignabatur, Amore, haud dubie voluisset. Sed, ante sesquiennium, eheu

Cunctis ille Bonis flebilis occidit,
Paucis flebilior, quam mihi,

Qui tristem tot Thesaurorum, quos a Polyhistore Incomparabili sperabam, Phoebeorum jacturam, pauculis, quæ ex Sermonibus illius Familiaribus licuit colligere, Ramentis cogor solari, istorumque Recordatione Mentem, in Luctu hoc Patriæ & Rei Literariæ Publico, meoque ipsius privato, oblectare. Damnum tamen hoc facile, uti spero, resarcient Symbolæ, quas, per Literas Amicas, partim jam transmiserunt, partim autem expectari a se jusserunt, Viri Doctrinæ multiplicis fama, in Ducatibus hisce, vicinisque Regionibus, Inclyti, ac πολλῶν ἄλλων ἀντάξιοι, Trog. Arnkielius, Ol. Borrichius, Frid. Ulr. Calixtus, Dethl. Cluverus, Christ. Kortholtus, Joh. Mohrius, Dan. Georg. Morhofius, Vinc. Placcius, Joh. Tedenburgius, aliique in Opere ipso olim commendandi. Quos inter, ob Indefessam in Συμφιλολογίᾳ hujus Argumenti Literaria Diligentiam, inque Observatis suis communicandis προθυμίαν, gra-

Fa

ta imprimis mente a me h. l. ſunt deprædicandi Triumviri Eruditiſſimi, meique amantiſſimi, Otto Sperlingius, JCtus πολυμαθέστατος, & Auguſtiſſimi Daniæ Regis Conſiliarius (ipſum etiam, a ſe olim congeſtum, Scriptorum Hamburgenſium Indicem Compendiarium perlegendum mihi transmittere haud dedignatus,) Chriſtoph Kraheus, ὁ μακαρίτης, Antiſtes Hatherslebienſis, & Ulricus Winckelius, J. U. Licent Patritius Hamburgenſis Sed nec inter Cherſoneſi noſtræ Proceres deſore, qui, Mecœnatem Hetruſcum, ſive Cimbricum potius noſtrum, iſto ſuperiorem, HENR. RANZOVIUM, imitati, Conatus meos ope & Patrocinio ſuo ſublevent, ſpes neutiquam obſcura affulget, luculenta intuenti Indicia, quibus ſuum erga illos Favorem Heroes aliquot Togati, ſummæ in Patria Autoritatis, teſtari non dubitarunt. Quo minus autem tot Patronorum atque Amicorum, quos Ergodioctas cœpti Laboris hactenus habui, de maturanda ipſius *Cimbriæ Literatæ* Editione Deſideriis etiamnum poſſim aſſurgere, cauſæ complures impediunt. Non allegabo ſummam, quæ alios forte, nec immerito, ab inſtituto conſimili abſterreret, ſeculi noſtri (uti Nominetenus Doctorum copia, vereque Eruditorum Inopia Laborantis., ita nullum Studiis

 hiſce

hisce Philologico-Historicis precium statuentis, ac sola illa, quæ πρὸς τὰ ἄλφιτα facere creduntur, sectantis) in Literas hasce Elegantiores Iniquitatem. Quæ tanta sane est, ut, si quis hujusmodi Scriptis Patriæ Gloriam amplificare in animum induxerit, nihil inde sibi emolumenti, ob labores assiduos, & haud leve Facultatum atque Valetudinis Impendium, possit polliceri, sed tædia subinde obrepentia Generoso isto cogatur abstergere solatio, quod olim Martialis sibimet ipsi, in hoc ad Domitianum Hexasticho, (1.) inculcavit:

Quintus nostrorum Liber est, Auguste, jocorum,
Et queritur læsus Carmine nemo meo.
Gaudet honorato sed multus nomine Lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamen hæc prosunt, quamvis venerantia multos?
Nil prosint sane: me tamen ista juvant.

Tacebo itidem summam Bibliopolarum, in Operibus istiusmodi, præsertim Grandiusculis, quæ publici non sunt saporis, publicæ luci exponendis, Segnitiem ac Morositatem. Quam intuenti justissima videtur Theologi Batavorum Celeberrimi, Joh. Coccejі, Querela, quæ in Epistola Ipsius, ad Gerh. Joh. Vos-

(1.) *Lib. 1. Epigramm. num. 15.*

Vossium A. 1641. scripta, (2) nuper mihi occurrit: *Fateri tamen audeo tibi, Vir Eximie, non mediocriter aliquando studium nostrum hebetari, temporum, an hominum, Iniquitate. Quo enim multum laborasse, torsisse se noctes & dies, collegisse, scripsisse, descripsisse, si perfecta cum Blattis tineisque certare debent.* Licet enim Causæ hæ, satis profecto speciosæ, Homines etiam Cordatos movere posse videanrur, ego tamen easdem haud moror, qui dudum singula studiorum genera metiti assuevi, non ex inani stolidæ Plebis, & Sosiorum Lucripetarum, Applausu, aut temerariis Vulgi Eruditorum Præjudiciis, sed intrinseca potius, qua unumquodque se commendat, bonitate ac præstantia, memor Aureoli istius Moniti Persiani: (3.)

- - - - Non si quid turbida Roma
Elevet, accedas, Examenque improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsiveris extra.

Alia sunt, quæ remoram invito objiciunt, Otii scil ob continuos, & in Orbem redeuntes, Muneris publici Labores, defectus, Rei Librariæ, & Conversationis in hoc Literarum Genere Eruditæ, in Patria Civitate Inopia, &

(2.) *Appendicem Epistolarum G. J. Vossii, a Colomesio nuper editaunm, n. 321. p. 216.* (3.) *Sat. 1.*

& moles tandem Ingens, in quam Analecta hujus Argumenti, integro a me Decennio congesta, jam excreverunt. Unico certe, quamvis crassiori, Volumine, non queunt comprehendi, nec Lustri unius spatio, qua par est ἀκριβείᾳ, in Ordinem congruum, Horis succisivis, redigi. Scriptorum enim, quos collegi, nostratium. Numerus duas jam excedit Chiliadas. Quibus si addantur Anonymi, Pseudonymi, Falso pro Cimbris habiti, Exteri Rerum nostraram Historici, Virique Eruditione Summa, nullis autem Scriptis, & olim, & nuper, Illustres, quorum Recensum Appendices exhibebunt, duobus hisce Millenariis Tertius facile accedet. Biographiæ autem Integræ, quas vel, ab aliis conscriptas, sollicite, nullis parcens sumptibus, collegi, vel ex meis Ipsius observationibus coagmentavi, vix intra Sextam se coarctari patiuntur Centuriam. Phoedri ego verba, (4.) quoties Chaos istud Analectorum Rude ac Indigestum intueor, mea facere non dubito:

- - *Materia tanta abundat Copia,*
Labori Faber ut desit, non Fabro Labor.

Decrevi proinde, ad Finem usque Seculi hujus XVII, & Seriem Operis (cujus Quintam cir-

(4.) *in Epilogo Lib. 4ti Fabularum Æsopicarum.*

circiter Partem absolvi) Historiam continuare, & Editionem ejusdem differre. Intra quod Decennii spatium, me & plerasque, quibus etiamnum destituor, Defunctorum Biographias, tuo, quod imploro, *Benevole Lector*, Auxilio, e Carceribus Librariis protracturum, & a Superstitibus Vitæ suæ, ac Meletematum, præsertim Ineditorum, Historiam impetraturum confido. Qua Indicio Mauritios, Meibomios, Nisanios, Schomeros, Scriveros, Greenios, Gravios, Franciscos, Dassovios, Kunckelios, Fischeros, aliosque Nostrates, qui e Chersoneso Natali in Exteras delati Regiones, ibidem hactenus inclaruerunt, eo promptius mihi spero gratificaturos, quod coram eos compellare Locorum Intercapedine prohibear, Scripta autem quibus Orbem sibi Literatum obstringunt, rarius in Extimum hunc ejusdem Angulum perferantur. Ne tamen Sympatriotarum ac Amicorum Desideriis præfracte videar obluctari, Isagogen hanc, Cimbriæ Literatæ Ἀποσπασμάτιον, juris facio publici, eo consilio, ut calcar Nostratibus addam, ad Historiam Rerum Patriarum, hactenus pene neglectam, diligentius excolendam, & Adyta ejusdem Interiora accuratius pervestiganda. Æmulamini, o Cimbri mei, vicinos vobis Da-

Danos atque Suecos, qui Regiis Auspiciis, in stitutis hunc in finem peculiaribus Antiqu tatum Collegiis, Archæologiam suam e Te nebris in lucem revocare, haud infeliciter, ho Seculo sunt aggressi. Æmulamini Cogna tam Germanorum Gentem, cujus Histor Lucem itidem sibi pollicetur haud exiguar a Collegio, quod Amici nostri Doctissim Christiani Franc. Paulini, Archiatri Saxo-Is nacensis, hortatu nuper coaluit, Imperia Historico. Nolite in postetum Regionur Exterarum esse Admiratores, Domi vero Ho spites, &, Rerum a Majoribus gestarum In curiosi, Solas Romanorum, Gallorum aut Br tannorum, qui toties Herbam istis porrexe runt, Historias

Nocturna versare manu, versare diurna.

Inficias sane ire non possumus (quamvis, in Proavorum Cineres videamur injurii, ser optemus, ut,

- - - - - - - obruta multa

Nocte, tegi hæc nostræ possit vecordia *Genti*

Annales Chersonesi nostræ Domesticos, si F bulas γραώδεις, & Commenta, quibus Nug tores Frisiii eosdem inquinarunt, putidissim proscribamus, ne unicæ quidem (pudet teri!) Annorum Chiliadis memoriam nol

conservasse, & paucula, quæ supersunt, Anterioris Historiæ λείψανα a Gentibus Exoticis, Danis, Anglis, Germanis, imo (quod non sine rubore addo) ab Ipsis Hostibus, Romanis scil esse emendicanda. Expergiscimini tandem aliquando, o Mei, abjicite Torporem atque Segnitiem Pristinam, Monasteriorum Recessus invadite, Principum & Civitatum Archiva ac Bibliothecas excutite, MSta, si quæ cum situ ac Blattis etiamnum luctantur, Vetustiora e latebris suis protrahite, Lapides Majorum Epitaphios, & ipsa Sepulchra, pervestigate, nullum denique Monumenti Genus intactum relinquite, cujus ope pleniorem, quam accepistis, Historiæ Patriæ Notitiam Posteris queatis transmittere. Ita demum ingens Ἀνιστορησίας, & Supinæ Rerum vestratum Ignorantiæ Dedecus averruncabitis, dignosque vos esse reipsa ostendetis Elogio Burchardino: *Cimbriam olim dedisse, qui immortalia facerent, nunc autem dare, qui scribant Immortalia.* Ego, qui Historiam Patriæ Literariam, & Ecclesiasticæ Partem potissimam, ab aliquot jam Lustris mihi sumpsi illustrandam, in Civili, ejusque Appendicibus, Choropraphica, Antiquaria & Genealogica,

fun-

- - - - *fungar vice Cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

Subministrabo scilicet in Isagoge hac aliis, Ædificium Historiæ Patriæ exstructuris, Materiam atque Instrumenta, illi feliciter absolvendo necessaria, & monumenta commonstrabo, tum Prisca, tum Recentiora, ex quibus notitia Rerum nostrarum vel depromi potest, vel augeri ac illustrari. Vestigiis hic insisto, ne quis Νεωτερισμῦ me insimilet, Hominum Doctissimorum, qui sua in haud dissimili Argumento Industria alias sibi gentes dudum obstrinxerunt. Recensuerunt enim Scriptores Rerum:

ITALICARUM Joh. Rhodius (in *Catalogo Historicorum Italiæ*, cujus Editionem, ex Autoris Autegrapho, Notasque in eundem, Placcius noster promisit;) & Raph. Trichetus du Fresne Burdigalensis (in *Bibliotheca Historicorum Italiæ*, itidem Inedita,) Dan. Guilh. Molleri Index Scriptorum de Rebus Italicis, Sesquipedali *de præparatione abiturientium in Jtaliam Programmati* A. 1679. adjectus, ex Catalogis Vulgaribus sine Judicio ac Selectu est congestus, & crebris fœdatus Erroribus.

ROMANARUM Pet. Crinitus (in Opere

re Inedito, de quo Anc. Teiserius (5.) consulendus, Joh Glandorpius (in *Onomastico Romano*, a Rein. Reineccio edito, (6.) Sigonius (*in Judicio de Historicis, qui Res Romanas, ab U.C. ad Caroli M. tempora, scripserunt*, (7.) Gerh. Joh. Vossius (in *Libris III. de Historicis Latinis*,) (8.) Balth. Bonifacius (in *Excerptis de Historiæ Rom, Scriptoribus, ab U.C ad Caroli M. ætatem*,) (9.) Sylvius Conradus Picenus (in *Judicio de Historiæ Latinæ Scriptoribus*) (10.) & Marc. Hanckius, PP. Uratislav. (in *Libris II. de R Rom. Scriptoribus*.) (11.)

HISPANICARUM Joh. Vasæus Brugensis, PP. Salmanticensis, *Cap. IV. V. & VI. Chronici Rerum Hispanicarum.*

ARRAGONICARUM Joh. Franc. Andr. Uztarrozzius Cæsaraugustanus, Regni istius Chronographus, *in Vitis*, quas Ineditas reliquit, *Chronographorum Regni Arragoniæ* (12.)

GALLICARUM Andr. du Chesne sive Quercetanus, Turonensis, Geographus Regius, (en *la Bibliotheque des Auteurs, qui ont*

 écrit

(5.) *in Catalogo Catalogorum & Bibliothecarum p.* 261. 6., Francof. 1589. in fol. (7.) Venet. An. 1617. & Helmst. 674. in 4to. (8.) Leidæ 1627. & 1651. in 4to. (9.) Venet. 627. & Helmst. 1674. in 4to. (10.) Romæ A. 1639. in 12o. 11.) Primus excusus est Lipsiæ An. 1666. Secundus Ibid. . 1675. in 4to. (12.) Nic. Antonii *Præfat. Biblioth. Hisp. T. I. p.* 527.

écrit l' Histoire & Topographie du France, divis[é] en deux parties, selon l' ordre des Temps, & d[es] Matieres; (13.) it. in *Serie Autorum omnium qui de Francorum Historia, & Rebus Francic[is] tum Ecclesiasticis, tum Secularibus, ab Exord[io] Regni, ad nostra usque tempora scripserunt*, (14.) Claud. Sorellus Parisinus, Historiog[raphus] Regius (in peculiari Appendice *Biblioth. Ga[l]licæ*, A. 1664, & 1667, editæ,) ac Ludov. J[a]cob a S. Carolo Cabilonensis, Carmelita (i[n] *Bibliotheca Historiographorum Franciæ* In[e]dita.)

BURGUNDICARUM Philibertus de Mare, Senator Divionensis, in *Conspectu H[i]storicorum Burgundiæ*. (15.)

SABAUDICARUM Samuel Guich[e]non, Burgi Sebusianorum Advocatus, [in] *Historia Sabaudica*, Lugduni Gallorum A. 1660. excusa. 16.

HELVETICARUM Joh. Henr. Hotti[n]gerus in *Methodo legendi Historiam Helviticam* seu Vta *Pentados* suæ, Tiguri A. 1654. edit[a] Dissertatione.

GERMANICARUM Georg. Fabrici[us] Chemnicensis (in *Distichis de Historicis, Ch[ro]nogr*

(13.) Paris. A. 1618. & 1627. in 8vo. (14.) Paris. A. 1[6..] & 1635. in fol. (15. Divione 1689. in 4to. (16.) V. P. Labbei *Bibl. Bibliothecarum p. m.* 317.

ographis & Poetis Germaniæ,) (17.) Justus Georg. Schottelius, Consil. Guelphicus (*in Operis de Lingua Germanica* Vernaculi, A. 1663. Brunsvigæ excusi, *Libro Vto.*) (18.) Casp. Sagittarius, PP. Jen. (in *Dissertatiuncula de præcipuis Hist. Germ. Scriptoribus Inaugurali.*) (19.) Mich. Hertzius, Hist. PP. Erfurtinus (in *Bibliotheca Germanica, seu Notitia Scriptorum Rerum Germanicarum*, Quadripartita,) (20.) Mart. Hanckius (in Opere Affecto) & Christianus Henelius Pirnensis, JCtus non ita pridem Hamburgensis (in *Libris IV.* Ineditis *de Rerum Germ. Scriptoribus Novantiquis.*)

SAXONICARUM Henr. Meibomius Jun. in Doctissima *ad Historiam Saxoniæ Inferioris Introductione*. (21.)

DANICARUM Joh. Suaningius Jun. Præpositus Samsoensis, in Sexta προλεγομένων *Chronologiæ Danicæ* Sectione.

PRUSSICARUM Christoph. Hartknochius, PP. Thoruniensis, in *Dissertationum de Rebus Prussicis, Chronico Petri de Duisburg Prussio An. 1679. annexarum, Prima*, inque *Prussiæ Novantiquæ*, Operis Vernaculi, Typis

b 2 Fran-

(17.) Argent. An. 1546. & Gorlicii A. 1573. ac 1574. in fol. (18.) Tract. IV. p. 1148-1215. (19.) Ienæ A. 1674. in 4to. (20.) Erfurti 1679. in fol. (21.) Helmst. An. 1687. 4to.

Francofurtensibus A. 1684. (22.) excusi, *Præ fatione.*

POLONICARUM, BOHEMICARUM & TURCICARUM Mart. Hanckius, in Libris hujus Argumenti affectis.

BYZANTINO GRÆCARUM Phil Labbeus, Jesuita Gallus (*in Protreptico de Byzantinæ Historiæ Scriptoribus, e Regia Luparæ Typographia emittendis*, duplicem illorum Catalogum exhibente, Chronologicum sc. & Alphabeticum,) (23.) & Mart. Hanckius (in *Lib de L. Scriptoribus Græcis Rerum Byzantinarum.*) (24.)

INDICARUM tandem & AMERICANARUM Antonius de Leon Pinello, Peruanus, Philippi IV. Regis Hispan. Chronographus Indicus, & supremi Indiarum Senatus Referendarius, *en la Epitoma de la Bibliotheca Oriental y Occidental, Nautica y Geographica*, (25.) & Majori, unde hæc excerpta est, Opere Affecto, in quo de unoquoque Historiæ Indicæ Scriptore judicium ferre Autor constituerat. (26.)

Horum ego Scriptorum (de quibus plura i

(22.) in fol. (23.) Paris. 1648 in fol. (24.) *Lipſ.* A. 1677. in 4to. (25.) Madriti A. 1629. in 4to. (26.) De utroque Scripto V. Nic. Antonii *T. 1. Biblioth. Hisp. p.* 110. Laur Cocci *Epistolam, quæ exstat in Append. Epp. G. J. Vossi, n.* 273. *p.* 179. 180.

in *Apparatu ad Notitiam Reip. Ecclesiastico Literaria Geographicam*, olim a me afferentur) secutus Vestigia, *Isagogen* hanc concinnavi, & in IV. Partes distinxi. Harum I ma Historiæ Utriusque Ducatus Chorographicæ, Naturalis, Antiquariæ, Civilis & Genealogicæ Universalis; II da Historiæ eorundem Ducatuum Ecclesiasticæ & Literariæ Universalis; III ia Historiæ Ducatus Slesvicensis, ejusque Provinciarum & Civitatum, Particularis; IV ta denique Historiæ Ducatus Holsatici, ejusque Regionum & Urbium (Lubecensis imprimis & Hamburgensis,) Particularis, Scriptores recensent. Singulæ autem ad Cognatas de Juribus Provincialibus & Municipalibus, Controversis Illustribus & Ecclesiasticis, aliisque Argumentis, ad Rerum Cimbricarum Notitiam accuratiorem spectantibus, Digressiones interdum evagantur. Nolim vero quisquam, in Isagoge hac Compendiaria, prolixam de singulis Autoribus ac Libris Narrationem a me expectet, quæ Operi, unde illa derivata est, majori reservatur. Nec tamen temperare mihi potui, quin de Nonnullis, Vetustioribus imprimis, plura in medium afferrem, ceu Specimen quoddam mearum de Scriptoribus Cimbricis Observationum. In MStorum etiam

Recensu fui diligentior, cum, ut alios ad ista ab interitu vindicanda exstimularem, tum ut Possessoribus de iis, quæ vel ignota mihi sunt, vel nondum visa, plenius me edocendi ansam suppeditarem. Hominum Imperitorum, quamvis Δοκησισόφων, Censuras de hoc labore Contemptu ulcisci mihi est decretum, nec quicquam, præter Dicterium istud Apellæum: *Ne Sutor ultra crepidam*, iisdem regerere. Vere autem Eruditos, & ad interiora Historiæ Triplicis, ac Polymathiæ Elegantioris, Adyta intromissos, ad Judicia de eodem ferenda invito, nihil mihi gratius Errorum meorum Indicio fore promittens. Hos enim, uti in Argumento tot Difficultatibus Circumsepto, & Fœtu Literario, qui, eodem pene tempore conceptus atque natus, Typographo, paria cum Autore Spatia conficiente, Ergodiocta, ut absolveretur, opus habuit, plane Extemporaneo, evitare forsan haud potui, ita monitus confestim emendabo. *Possum* enim & *ego* cum Ausonio (27.)

- - - - Censuram Lectoris ferre periti,
Et possum modica laude placere mihi.

Obtestor tamen eosdem, ut ad Censuram Animos afferant, a Præjudiciorum & Affectuum

Ne-

(27.) *in Præfat. Ludi VII. Sapientum.*

Nebulis immunes, nec, si qua in re, Symbolo Pythagoræo, mihi etiam familiari, obsecutus, τῇ λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν ipsis videbor, fallacissima Errorum Inveteratorum, ac Autoritatis alienæ, μορμολυκεῖα a Veri Inquisitione absterrere se patiantur, aut, ipsi etiam Veritati obluctantes, in alium Verba mea sensum detorqueant, ac Sophismata in Argumentorum locum substituant. Hujusm di Armis, ante Quadriennium, me est aggressus *Dissertationis* Altorfinæ *de Sex. Rufo* A. 1687. excusæ, *Confector* (ignoscite Critici Titulo, quem ipse desiderat, non ubivis obvio,) *Dan. Guilh. Mollerus*, Hungarus, Metaph. & Hist. in Acad. Norica PP. *Bibliotheca Vet. & Novæ*, a Collega suo, *Georg. Matth. Königio*, publicatæ, adversus Judicium Prodromi mei de eadem παῤῥησιαστικὸν, Hyperaspistes. Crabrones me ἐλευθεροστομία ista irritaturum dudum prævidi, & in Prodromo ipso monui. Ex Pannonia tamen, Provinciarum Europæ versus Orientem pene ultima, eosdem in Septentrionem nostrum provolaturos, divinare haud potui, quamvis insectorum eam teterrimorum admodum esse feracem, ex peculiari Antagonistæ mei, in Σκωληκομάντην olim transmutati, Schediasmate jampridem sim edoctus. Innotuit enim ille mihi dudum

 ex

ex hoc, aliisque Libellis, Lectione multa, sed indigesta, & absque delectu instituta, turgentibus, ac Autorem suum Ingenii quidem, Judicii, & Styli elegantioris palmam aliis relinquere, inter Metaphysicæ tamen, Scientiarum, si Diis placet, Reginæ Satellites, & (quos ipse Grammaticis invitis, ex Lingua forte Caramuelis Metaphysica, obtrudit) *Lateriferos* eminere, Centonumque & Rhapsodiarum Sarcinatorem esse longe optimum, liquido ostendentibus. Ἀκελσίας ejus in Historia Civili Specimen ex pluribus unicum, sed Illustre, allegabo, Futile scilicet & Barbarum illud Diploma, quod, sub Alexandri Magni nomine, ceu γνήσιον Ævi anterioris κειμήλιον, in gratiam Hungarorum suorum publicavit; (28.) cum ὑποβολιμαῖον illud esse, & Oculis Hominis Cordati indignum, vel cœci videant, ac *Latinitatis*, quam ipse vocat, (29.) *Culinariæ* Sordes Sequiori Ævo Fœtum hunc vindicent. Quantillum autem in Historia Literaria ab illo sit expectandum, Catalogus Scriptorum de Rebus Italicis, quem paulo ante laudavimus, ostendit, ac simul innuit, Autorem suum Operi Königiano, in quo similes labra ipsius invenerunt Lactucas, haud immerito

(28.) *in Meditat, de Insectis Hungaricis p. 81. 72.* (29.) *in Programm. de Præparat. abiturientium in Italiam p. 42.*

merito eſſe patrocinatum. Ex iisdem Chartis innotuit mihi etiam Inſanabile, quod Cenſorem hunc *ἀυτοχειροτόνητον* tenet, Cacoethes alios Viros Doctos temere laceſſendi, & recte ab iis dicta carpendi atque detorquendi. Quod tamen *Orationem* Collegæ Theologi, Joh. Fabricii Jun, Auſpicalem *de Peregrinatione Studioſorum Theologiæ Italica*, ante Annos XII. adorto infeliciter ceſſiſſe, documento eſt Palinodia, a Viro Doctiſſimo ipſi extorta & Typis publicis excuſa. His aliisque cauſis permotus, Adverſarium hunc meum, perpetuo extra, Orbitam ſaltantem, &, poſt inanem *λογοδιαῤῥοίαν*, reum eſſe Clientem ſuum plerorumque, quæ in eo notavi, *ἁμαρτημάτων* confeſſum, Reſponſo hactenus nolui dignari, & glandibus ſuis, quoniam fruges odit, ſecure paſſus ſum perfrui. Nec enim ulteriori Defenſione opus eſſe Judicio meo arbitrabar, quod veriſſimum eſſe lubens agnoſcet, quisquis, paulo Eruditior, vel obiter ſaltem, Opus Kõnigianum inſpexerit. Innumeros certe in eo Autores eſſe omiſſos, de Antiquis pauciſſima ſatisque confuſe, in medium allata, e Recentiorum, etiam Polygraphorum, Scriptis quamplurimis plerumque vix unius aut alterius factam mentionem, ac raro Synopticam aliquam de Autoris Patria, Æta-

eundem Temporis Catholicismum innuere, nemo non videt, imo ipsa ostendit Inscriptio Operis Königiani, *Scriptorum per Universum Terrarum Orbem Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, Persaram, Ægyptiorum, Græcorum & Latinorum, Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philosophorum, Historicorum, Geographorum, Philologorum, Oratorum, Poetarum, Patriam, Ætatem, Nomina, Libros, & sæpius etiam Eruditorum de iis Elogia & Judicia, ab O. C. ad A. C.* 1678. Lectori, pollicita. Extra oleas autem fertur, & Statum Controversiæ callide dissimulat Adversarius, dum, menda excusans Typographica, satisfactum a se putat Censuræ m æ, in Lapsus Königii graviores, non a Typographi, sed Autoris ipsius, negligentia derivandos, invectæ, quorum Indicem prolixum, sed imperfectum tamen, lubens, ubi desideraverit, ei communicabo. Sed & Ipse, Σκιαμαχίας hujus, τῦ Ἐλέγχυ ἀγνοίᾳ laborantis, pertæsus, alio dilabitur, &, Justo acriorem ac mordaciorem fuisse meam in Rönigii Errata Virgulam Censoriam, immerito conqueritur. Σκάφην ego Σκάφην vocavi, eaque παῤῥησίᾳ, quam Leges Reip. Literariæ permittunt, Homines Eruditi & Cordati approbant, Cacoethes Seculi Scribacis insanabile postulat, ipseque Königius *in*

præ-

præfat, adverſus alios uſurpat, quid in ejus viciſſim ſcripto deſiderari queat, candide expoſui. Eosdem, quos Ille, Viros Prudentes & Cordatos compello; annon neceſſarium judicent, hac tempeſtate, qua Hiſtoria Literaria tot Bibliothecis Nominalibus atque Realibus, Pandectis, Theatris Eruditorum, Hodegiis, aliisque Libris, ἀκριβείᾳ & Iudicio exiguo conſcriptis, pene obruitur, Tyrones illius a Lacunis ad fontes Limpidos abduci, &, *quid diſtent æra lupinis*, publice edoceri. Agnoverunt παῤῥησίας hujus Neceſſitatem Doctiſſimi Relationum de Libris Recentioribus Menſtruarum, Latino, Gallico atque Vernaculo Idiomate hactenus editarum, Autores, quorum παῤῥησιαστικὰς de Voluminibus hujusmodi Cenſuras, nemo, niſi aut imperitus, aut partium ſtudio laborans, improbaverit. Agnoverunt eandem, quotquot ex Chori Literarii primiceriis, de Opere Könìgiano, aut eadem mecum, aut his etiam aſperiora judicarunt, Petrus ſcil. Lambecius, non alio, quam Rhapſodi, titulo Autorem dignatus, (30.) Dan. Georg. Morhofius, (31.) & (qui meum de eodem Judicium ſuo verbotenus adjecit) Ἀκριβέστατος Wilh. Ern. Tenzelius, (32.) alii item

(30.) *V. locum Celeberr. Tenzelii mox allegandum* (31.) P. I. *Polyhiſt. Literarii, cap.* 18 *p.* 202. (32) *in Colloquiis Menſtruis Vernaculis, M. Martio A.* 1689. *p.* 316. 317.

item complures, quorum Verba allegare superſedeo, cum Rerum Teſtimonia ipſi adverſario, nolenti volenti, Veritatis Conf ſſionem extorſerint. Non audet enim is *Bibliothecam* hanc, cui patrocinatur, *Veterem ac Novam* pro accurata, aut tali, quæ Seculi applauſum mereatur, venditare, ſed fatetur *nomen* in iſta *interdum cum nomine eſſe confuſum, Errata nonnulla commiſſa, & Autores aliquot omiſſos.* In qua ipſius Confeſſione acquieſco, & unum illud moneo, eum, Μηώτει Rhetorica, Cauſarum etiam Forenſium Patronis familiari, uſum, in Vocum, veram operis, de quo controvertitur, faciem accuratius exprimentium (*ſæpe, plurima, Innumeros*) locum, alias, vitia ejusdem extenuantes (*Interdum, Nonnulla, Aliquot,*) in gratiam Clientis ſui, ſubſtituiſſe. Sed de his plus ſatis. Εὐώνυμον, quæ Pindari (33.) eſt Gnoma, ἐς δίκαν κ̀ τελα ἔπεα διαρκέσει. Vale, L. B. & Sphalmata, quæ in Iſagogen hanc irrepſerunt, ſatis & crebra, & gravia, Autori, cui in Loco, a Civitate Hamburgenſi 20. Milliaribus diſſito, viventi, folia excuſa emendare non licuit, noli imputare. Præcipuorum index aliquis Libro adjungetur; Reliqua ipſe haud gravate corriges.

ISA-

(33.) *Hymno VII. Nemiorum.*



ISAGOGES AD HISTORIAM CHERSONESI CIMBRICÆ

PARS I.

De Hiſtoria illius Chorographica, Naturali, Antiquaria, Civili, & Genealogica Univerſali.

CAPUT I.

De Hiſtoria Chorographica, ejusq; Scriptoribus.

§. I.

CImbricæ Cherſoneſi Nomen quamvis à Geographis haud ignoremus tribui toti iſti Peninſulæ, quæ ab Albi ad Promontorium Jutiæ Scagenſe porrigitur, Partem tamen illius

illius h. l. tantum Dimidiam, ſive Auſtralem, eodem deſignamus, quam à Germania Albis atque Trava, Fluvii non ignobiles, à Dania autem Amnes Coldingenſis atque Schodtburgicus ſejungunt. Jutiam enim Borealem, Vithis, illius Incolis, uti ſpero, non invitis, ab hac Tractatione excluſimus, cum Chorographorum atque Hiſtoricorum noſtratium exemplo, tum diverſitatis, quæ in Gubernatione iſtius, ac reliquæ Cimbriæ, Sacra pariter atque Civili, tot jam ſeculis eſt obſervata, intuitu.

II. Diſpeſcitur autem Pars Cimbriæ Auſtralis in Ducatus duos, Sleſvicenſem atque Holſaticum. Quos licet ab Idiotis ac Alienigenis, Inveteratæ, ſed Erroneæ, loquendi conſuetudini morem gerentibus, confundi haud miremur, merito tamen iis indignamur, qui, cum inter Literatos, & Rerum patriarum gnaros, velint cenſeri, in eundem Errorem turpiter impingunt, ac, Incolas Ducatus Sleſv. recte Holſatos vocari, aſſerere non erubeſcunt. Diſcant hi, diverſiſſimam ab omni ævo utriusque Ducatus fuiſſe conditionem, diverſam Regiminis formam, diverſa Jura, diverſos denique priſcis temporibus Principes. Diſcant Holſaticum Germaniæ eſſe partem, & Feudum Imperii Romani, Sleſvicenſem autem, ab illius Jurisdictione immunem, Regno Danico propiori nexu devinciri. Legant hoc fine, præter Epiſtolam *Godſchalci Alefeldii*, Epiſc. Sleſv., ad Cameræ Imper.

Ju-

Digitized by Google

Judices A. 1526. exaratam, & à J. A. Cypræo (1) editam, *Mart. Chemnitii Jun.*, Filii Parentis θεολογικωτάτε haud degeneris, Aulæque Gottorpiensis Cancellarii, A. 1627. defuncti, Scriptum posthumum, A. 1629 (2) excusum; Bericht von der Gelegenheit und Unterscheid der beyden Hertzogthümer / Schleßwig und Holstein / worinn erwiesen wird / daß Schleßwig eine Pertinentz und Lehn der Kron Dennemarck sey / das Röm. Reich aber kein Recht darauff zu prætendiren / sondern von demselben durch Gräntzen / und sonst in allem / unterschieden sey.

III. Inter Chorographica de Ducatu utroque Scripta Vetustissimum est, sed pauca tantum huc spectantia ὡς ἐν παρόδῳ commemorat, M. ADAMI, Bremensis Seculo XI. Canonici, *de situ Daniæ, & reliquarum, quæ trans Daniam sunt, Regionum* Opusculum, *Hist. Eccles.* (3.) Libro IV. Appendicis instar subjunctum, &, cum eadem, ab And. Vellejo Ao. 1579, ab Erp. Lindebrogio A. 1595. & 1609, ac tandem à J. Joach. Madero A. 1670 publicatum. Seorsim illud ediderunt Joh. Messenius, Supremi Dicasterii Svedici Assessor, Holmiæ A. 1615. (4) (*sub Tit. Chorographiæ Scandinavicæ*), & Steph. Joh. Stephanius in *Sylloge Scriptorum de Regnis Dan. & Norw.*, Leidæ A. 1629. excusa. Novam Editionem, quam, Notis suis illustratam, Vir Doctiss., J. Schefferus,

 pro-

(1) *in Annal. Episcc. Slesu. l. 3. c. 5. p. 429. & seqq.* (2) *in 4to.*
(3) *De hac V. Cap. VI.* (4.) *in 8vo.*

promiſit (5), incaſſum jam, poſt Exceſſum illius, exſpectamus.

IV. Qui Adamum Sec. ſuperiore ſunt ſecuti, illo fuere prolixiores, & Hiſtoriæ Chorographicæ Civilem miſcuerunt. Ao. 1592. Hamburgi (6) prodiere *Tres de Holſatia, ejusque Statu atque Ordinibus, Claſſes*, quarum Prima de Provinciis, IIda de Familiis, Regia, Ducali & Equeſtribus, IIIia de Urbibus Utriusque Ducatus, Epigrammata JONÆ ELVERFELDII, ac prolixiorem HENR. RANZOVII, ProRegis Cimbrici, Narrationem Proſaicam complectitur. Fallitur Joh. Deckherus, qui (7) totam hanc Syllogen Ranzovio tribuit, Nomen Elverfeldii (quem Equ. Holſatum vocari falſo tradit) fictitium eſſe, ac ſub illo Virum, quem diximus, Illuſtrem latere, audacter pronunciat. Licet enim ipſe de Elverfeldio nihil in audiverit, nobis tamen ex aliis ejus Carminibus, facilibus, Venuſtis ac numeroſis, conſtat illum ſub finem Seculi XVI. floruiſſe, & Judicii in Præfectura Tunderenſi Carhardenſis Scribam A. 1598 fuiſſe publicum. Errat etiam Mart. Zeilerus, qui, in ſua *de Hiſtoricis* Rhapſodia (8), ex unico hoc Libello, ſibi non viſo, duos fabricatur, *Deſignationem ſcilicet Nobilitatis Holſaticæ*, & *Lib. de Urbibus Holſatiæ*. Claſſibus hiſce, & Ranzoviani Benignitati, maximam laboris ſui partem debet

(5) *v. Sveciam ipſius Literatam p. 300.* (6) *in 4to.* (7) *in Conjecturis de Scriptis Adeſpotis p. m. 126.* (8) *Parte II. p. 51.*

bet ANDR. ANGELUS, Strausberga Marchicus, Oppidi Patrii Past. ac Præpositus, lue pestilenti A. 1598. exstinctus. Hujus *Chronicon Holsaticum*, quod Witebergæ A. 1597. (9) prodiit, Vernaculum, diligentia haud vulgari, sed Ordine potius Chorographico, quam Chronologico, congestum, in duas dividitur Partes, quarum Prior Familias Cimbriæ Equestres serie Alphab. (libb. 2.) recenset, posterior autem de singularum Civitatum (quibus Bredstadiam, Gardingam & Wedeliam male annumerat) Nomine, Situ, Conditoribus, Calamitatibus Publicis, & Insignibus, Sectionibus quinque, commentatur.

V. Elverfeldium & Angelum hoc Seculo, & Accuratione, & Diligentia, superavit Chorographorum Nostratium Princeps, CASP. DANCKWERTHIUS, Oldensvvortensis, Med. D. & Oppidi Husensis per Lustra sex, ad A. usque Emortualem 1672. Consul. Ejus enim *Chorographia Ducatuum Slesv. & Hols.* Vernacula, A. 1652. (10) publicata, tribus Partibus (quarum Ima Notitiam Cimbriæ & Germaniæ Veteris Generalem, IIda autem & IIIia Specialem singulorum Ducatuum exhibent) faciem Patriæ Universæ, & singulas illius Provincias, Præfecturas, Nomarchias, Civitates, Arces, Vicos, Pagos, Prædia, tanta describit ἀκριβείᾳ, & in unius cujusque Historiam sollicite adeo inquirit,

(9) *in fol.* (10) *in fol. Reg.*

Digitized by Google

rit, ut pauciſſima in illa deſiderari poſſe videantur. Henr. certe Meibomius Jun. (11) & D. G. Morhofius (12) omnibus aliis Topographiis eam præferunt, nec facile inventum iri cenſent accuratam adeo Provinciæ ullius Delineationem, ut cum hac Danckwerthio - Meieriana poſſit conferri. Ipſi ex Svedia Hoſtes noſtri Induſtriam Autoris ſunt admirati, eaque A. 1658. ad loca Cimbriæ penitiſſima depopulanda abuſi, illum, etiamnum ſuperſtitem, Patriæ ſuæ (uti Cl. Weiſius (13) loqui amat) Proditorem eſſe invitum coegerunt. Unum hunc Nævum in Corpore pulcherrimo obſerves, quod, in Origg. Nominum Propriorum inveſtigandis ingenio ſuo plus juſto indulgens, Etymologias ſæpe afferat non admodum probabiles, interdum etiam plane alienas. Apologiam à Ducibus Lineæ Holſato-Sunderburgicæ, de ſua cum dignitate aliquid derogaſſe perſuaſis, A. 1654. illi oppoſitam, Operi ipſi, Indice accurato, & Genealogiæ Regiæ ac Ducalis Continuatione aucto, adjunget Iterata, quam Amſtelodamenſes Typi parturiunt (14), Editio.

VI. Epitomen Laboris Danckwerthiani non inconcinnam, in *Nova Regnorum Dan. & Norw., Ducatumq; Sleſv. & Holſ., Deſcriptione*, Iconibus

(11) *in Introd. ad Hiſt. Sax. Infer. p. 56.* (12) *in Lect. Polyhiſtoricis MStis. c. 16.* (13) *in Schediaſm. de Lectione Novell. c. 1. p. 5.* (14) *V. Catal. Nundin. Vernal. A. 1686.*

nibus Civitatum ornata, ac Idiomate Lat. Amſtelodami A. 1655., Belgico (in quod A. van den Berg eam transfudit) Ibidem A. 1656., Germanico autem Ulmæ A. 1658 (15) excuſa, MART. ZEILERUS, Gymn. Ulm. Inſpector, exhibuit, cui etiam *Topographiam Holſatiæ* Vernaculam, cum Saxonico-Thuringico-Miſnica Francofurti A. 1650. (16) editam, Wittenio teſte (17), debemus. Prætulerim certe illam *Deſcriptioni earundem Provinciarum Bipartitæ, Hiſtorico-Chorographicæ*, quam RUTGERUS HERMANNIDES, J.U.D. & Hiſt. PP. Hardervic. ex Pontano, Dancvverthio & ipſo Zeilero, ἀκριβείᾳ & Judicio (ut Styli ſordes taceam) exiguo, conſtipatam, Amſtelodami A. 1669. curavit excudi (18).

VII. Spectant huc etiam, qui, ſolius Regni Danici Deſcriptionem polliciti, Cimbricarum eidem Provinciarum atque Urbium Notitiam inſeruerunt, JOH. ſcil. IS. PONTANUS Helſingorenſis, Prof. Hardervic., qui ſuam *Rer. Dan. Hiſtoriam* Chorographia Regni Patrii auxit, & JONAS COLDINGENSIS, Gamſtadienſis in Jutia Parochus. Edidit is Slesvigæ A. 1584. (19) *Coronarium, Brevem Daniæ Deſcriptionem, Regniq; ſitum & ſtatum continens*, & decennio poſt (A. 1594.) Curas ei ſubjunxit de hoc Argumento ſecundas, ſive *Novam Deſcript. Daniæ, Inſularum & Partium Arcticæ Plagæ præcipuarum Theatrum* Typis

 Fran-

(15) *in 12mo.* (16) *in fol.* (17) *Dec. VIII. Mem. Philoſ. Renov. p. 406.* (18) *in 12mo.* (19) *in 4to.*

Francofurtensibus *repræsentantem* (20). Offendi in ea, quæ arriderent, offendi quæ displicerent, ac in his Ridiculam Nominis patriæ Civitatis Etymologiam. Flensburgum enim, quasi *Fluminis Burgum*, inepto Vocum Latinæ ac Germanicæ συμβιβασμῷ, dictum esse confidenter affirmat. Mentionem etiam h. l. meretur, præter *Syllogen Tractatuum de Dania ac Norwagia, Ducatibusque Cimbricis*, Historico-Chorographicorum, à STEPH. JOH. STEPHANIO, Hafniensi, Christ. IVti, R. Dan., Historiographo, & Eloqu. PP. Sorano, Lugd. Bat A. 1629. (21) publicatam, integraque Adami & Jonæ Kolding. Opuscula, cum Libelli Elverfeldiani Excerptis, & Saxonis Grammatici de Regionum Borealium situ ac Natura ac Ἀποσπασμάτια, complectentem, *Matricula* Chersonesi nostræ *Provincialis* Vernacula, Tributorum & Redituum ex locis singulis publicorum Index. Congesta est Rendesburgi, Jussu Patrum Patriæ, ante Annos circiter XL, ab Optimatibus aliquot Aulicis ac Provincialibus (22), & seorsim excusa A. 1652., tandemq; *Ordinationi Judicii Provincialis* A. 1665. in Edit. Tertia Glückstadiensi, adjecta.

VIII. Novam jam Chorographia nostra lucem expectat à Medici Acad. Kiloniensis πολυμαθεστάτου, JOH. DAN. MAJORIS, Affecto, & magnam jam partem confecto, *Memoriarum Cher-*

(20) *in 8vo.* (21) *in 1610.* (22) Recenset eos Danckwerthius *P. II. Chorogr. c. 3. p. 70.*

Cherſoneſi Saxo-Cimbricæ Opere, *quo* (uti Ipſe Joh. Cruſio, Doctori Medico, nobis Amiciſſimo, A. 1686. per Epiſtolam ſignificavit) *in Scenam protrahetur, quicquid Antiqui undecunque poteſt corradi de Wagriæ, Stormariæ, Dithmarſiæ, Holſatiæ, Sleſvici & Jutiæ (ad Promontorium usque Scagenſe) Urbibus, Arcibus, Cœnobiis, Prædiis, Templis, Curiis, Sepulchris, Palatiis, Ruderibus, & aliis Ædificiis Publicis ac Privatis, Ornatu Sacerdotali Antiquo, Reliquiis, Campanis, Bibliothecis, harumq; Priſcis Codicibus, Sigillis, Statuis, Tabulis, Monetis, Armis, Veſtibus, Rebus intra terram, Arbores, Muros, Sepulchra & aquam repertis, aut cœlo prodigioſe lapſis, Theſauris inventis, & alia Supellectile omni, iſtarumque Rerum Inſcriptionibus, Delineationibus & Cippis, ab omni Antiqq. perſcrutabilium Abyſſo, ad A. C. 1500.* Tripartiti hujus Operis *P. I. Topographica Cimbriam Univerſam, à Confiniis Ducatus Megapolitani, ad Promontorium usque Scagenſe, & ſingulorum in illa locorum Antiquitates, deſcribet: P. II. Polymathica Res Corporeas, in his Ditionibus obſervatas, ab iisdem revellet, & Titulis Diſciplinarum (Architectonicæ, Graphicæ, Pictoriæ, Militaris &c.) ſubſternet: P. III. Phyſica deſcripta ſiſtet Selectiora horum Tractuum Corpora Naturalia.*

IX. Inter Tabulas Ducatuum horum Geographicas Antiquiſſima eſt MARCI JORDANI Crempenſis, Acad. Hafn. Mathematici, *Mappa Sleſvici & Holſatiæ*, Hamburgi A. 1559. (23) edita,

 Ant-

(23) *V. Iſr. Spachii Nomenclat. Philoſ. p. 419. & Pauli Bolduani Biblioth. Philoſ. p. 297.*

torp. Vernacula, in Thom. Bartholini *Actis Med.. Hafnienſibus*, *Epiſtolarum Medicinalium & Hiſt.. riarum Anatomicarum Centuriis*, ac *Diſſertationib.. de Medicina Danorum Domeſtica*, Joh. item Da.. Majoris Cœpto de Muſæis Rerum Naturaliu.. & Artificialium Labore (cujus Continuati.. nem cum Celeb. Schelhammero (13) deſider.. mus), Scriptisque Cœteris utiliſſimis. Integru.. ejusdem Syſtema pollicetur IDeM inventum i.. in *Memoriarum Cherſoneſi Saxo-Cimbricæ Parte I..* (14) Specimen iſtius Luculentum ſunt Obſe.. vatt. de Littoris Kilonienſis Foſſilibus, Veget.. bilibus & Aquatilibus Elegantisſimæ, An. 166.. *Memoriali Anatomico-Miſcellaneo* (15) inſertæ.

CAPUT III.

De Hiſtoria Antiquaria, ejusqu.. Scriptoribus.

§. I.

A Naturali Patriæ Hiſtoria ad Antiquarian.. perrecturi, non immorabimur incertis il.. lorum Narrationibus, qui, Gentis noſtræ Ori.. gines ab Ævo Noachico & Æra Diluvii neces.. ſario deducendas eſſe perſuaſi, Gomerum, Ja.. pheti Filium, ejusque Poſteros, Thuiſconem.. Marſum, Gambrivium, Heroas Chimæricos

(13) *in Additt. ad Herm. Conringii Introd. Med.* 294. (14) *Cap. I. §. 8.* (15) *Obſerv. III. IV. & V.*

in Cerebro Hominum Otiosorum, obstetricante Psevdo Beroso, prognatos, primos ejusdem Conditores atq; Principes fuisse audacter comminiscuntur. Nituntur illi sola Nominis Gomeri & Cimbrorum similitudine, quæ & perquam est exigua, &, velut Dialectici in *Loco Notationis* recte docent, Argumenta suppeditat admodum imbecillia, imo in Historicis, si desint probatorum Autt. Testimonia, aliæve Rationes probabiles, plane non est attendenda. Miram in Inveterato hoc Errore defendendo observes Confidentiam Danckvverthii, utrumque & Gomeri & Cimbrorum Nomen in omnes partes, Anagrammatographorum instar, versantis, &, post coacervatam undecunque Nominum Propriorum, soni aliqua Affinitate istis cognatorum, congeriem, sua nobis de Majorum nostrorum Originibus Noachicis & Migrationibus Antiquissimis Oracula obtrudentis. Quin & Tabulam Idem concinnavit Geographicam, in qua, veritus, credo, ne inter Noachidas Redivivos Lis aliquando de Herciscunda Orbis Universi Hæreditate suboriatur, cuilibet Noachi Filio atque Nepoti suam illius Partem, Prætoris instar, assignavit, suos item fines atq; Limites præscripsit. Sed Virum hunc Doctum, quando ad Origines Vocum ad Populorum investigandas se accingit, non semper acu rem tangere, sed à scopo sæpius aberrare, jam ante monuimus. Invasit hoc Cacoëthes in Ævo

Digitized by Google

isto ἀδήλῳ primos Nationum Europæarum Conditores irrito Conatu investigandi Viros complures Eruditissimos, in quorum Monumentis uti Ingentem Variæ Lectionis Apparatum (quo Bocharti imprimis *Geographia Sacra* se commendat) miramur, ita Argumentorum Robur atque Nervos plerumque desideramus. Nostrum facimus Judicium in pari de Vandalorum Originibus Controversia Schurtzfleischianum (1): *De Asceno* (Gomero) *& Japheto sat certitudinis, veritatis abunde est; At de Posteris, Svevo, Vandalo* (Thuiscone, Marso &c.) *dubitationis multum, plurimum Erroris. Allegantur in hanc rem Monumenta, sed minus proba, eoque indigna, quibus assentiaris. Parum vero habet laudis, gentium laudes fabulosis Originibus celebrare.*

II. Nobis, quibus religio est conjecturis nostris ea tempora invadere, in quibus Autorum & Monumentorum Antiquorum Præsidia incassum vestigantur, sufficiet Notitia Populorum, quos Chersonesum nostram, partim ante, partim post Æræ Christianæ initium, incoluisse, ex istis sumus edocti. Sunt autem illi Cimbri, Angli, Vandali, Venedi, & (qui, cæteris vel exstirpatis, vel aliorsum digressis etiamnum in ea supersunt) Saxones, Vithæ atque Frisii. De populis hisce omnibus Phil. Cluverii *Germaniam Antiquam*, & *Chorographiam Danckwerthianam*, velim consuli, iisq; adjungi PAUL C

(1) *in Diss. de Rebus Slavicis* §. 6.

CYPRÆI, Slesvicensis JCti atque Historici Rerum Patriarum ἐξοχωτάτου, Aulæq; Gottorpiensis Consiliarii, A 1609. defuncti, Ἀποσπασμάτιον *Posthumum de Saxonum, Cimbrorum, Vitharum & Anglorum Origine, Nomine, Lingua, Priscis Sedibus & Moribus, Antiquissimisque Rebus Gestis & Migrationibus*, à Filio Hieronymo Hafniæ A 1622 (2) editum. Nos, quoniam de Cimbris, Anglis atque Frisiis commodior dicendi locus alibi (3) se offeret, Vitharum autem Archæologia Danicæ Pars est Historiæ, de Saxonibus tantum, Vandalis atque Venedis pauca monebimus.

III. Saxones Saxo Grammaticus Chersonesum nostram jam ante N. C tenuisse, dum bellorum ab iis contra Danos gestorum texit Historiam, non uno in loco testatur. Quocum an conciliari queat Cypræus, qui per Germanos, quos ab Augusto per Drusum Neronem, Privignum suum, ultra Albim summotos tradit Svetonius (4), Saxonas intelligit (5), alii dispiciant. Seculo Æræ Christ. IIdo in eadem, illos etiamnum fuisse commoratos, docet Cl. Ptolomæus (6), τὸν Αὐχένα τῆς Κιμβρικῆς Χερσονήσου sedem iis attribuens. Ex qua Phrasi H. MEIBOMIUS (7) recte colligit, eos Wagriam tantum, Holsatiam atque Stormarsiam, non autem Ducatum Slesv., inhabitasse Seculo deinde IV. eos

B

(2) *in 4to.* (3) *P. I. c. 5. P. III. c. 2.* (4) *in Octavio c. 21.* (5) *in Annal. Episc. Slesvic. l. 1. c. 9. p. 60.* (6) *l. 2. Geogr. c. 11.* (7) *in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p. 4.*

Digitized by Google

eos non in vicinas ſolum Regiones, nomen ſuum ab iis adeptas, ſed & in Belgicas, aliasque Remotiores Provincias Maritimas, ſe diffudiſſe, ac Piratica, quam & ante exercuerant, Gallis, Britannis, ipſisque Romanis, fuiſſe formidabiles, Idem Vir Doctiſſ., Paternæque & Avitæ in Hiſtoricis Eruditionis ex Aſſe Hæres, plurimis Veterum Teſtimoniis oſtendit. Qui cum & in reliquis, ad Gentis hujus Origines ſpectantibus, otia nobis fecerit, Aureolam Ipſius *ad Hiſt. Saxoniæ Infer. Introductionem*, Helmſtadii A. 1687. (8) excuſam, Lectori, una cum *Saxonia* Krantziana (9), commendamus. Unum tamen hoc addimus, non omnes Saxonas hinc trans Albim eſſe digreſſos, ſed plurimos in priſca ſede remanſiſſe, quæ proinde merito etiamnum *Holſatia*, i. e. Vetus Saxonia (Olt Saſſen / ſive Holſten) appellatur.

IV. Vandali, (quos Joh. Iſ. Pontanus male ex Venſilia, Jutiæ Boreælis Provincia, derivat) Regiones Germaniæ, & Tractus Contermini, Mari Balthico vicinas, & in his Wagriam noſtram, antiquitus incoluerunt, Danis, aliisque Gentibus, non raro moleſti. Inde Seculo IV, poſt acceptam à Gothis cladem, Conſtantini M. permiſſu, in Pannoniam digreſſi, Sec. V. ineunte Stiliconis, Gentilis ſui, Imperium Occidentale in Filium Eucherium transferre cupientis, hortatu Galliam invaſerunt, & eodem

(8) *in 4to.* (9) *De hac V. Cap. VI.*

eodem decurrente, Hiſpaniam, Africam, Siciliam, Italiam, ipſamque Romam occuparunt. In Africam hinc reverſi, regnum ſuum illic ſtabiliverunt, & ad A. usque 534., quo Gilimer, Rex eorum ultimus, à Beliſario eſt captus, Africa autem ipſis poſtliminio erepta, obtinuerunt. Accuratiorem Hiſtoriæ eorum Notitiam ſubminiſtrabunt Scriptores coævi, cum Græci, ZOSIMUS ſc., Comes & Fiſci Advocatus, in *Libb. VI. Hiſtoriarum*, PROCOPIUS Cæſareenſis, Beliſarii Comes atque Notarius, in *Libb. II. de Bello Vandalico*, hujusque Continuator, AGATHIAS Mutinenſis, Scholaſticus ſive Advocatus Smyrnenſis, *in Libb. V. de Imperio & Rebus geſtis Juſtiniani*; tum Latini, VICTOR nempe, Uticenſis in Africa Epiſcopus, in *Libb. III. de Perſecutione Vandalica*, & JORNANDES Gothus, Epiſc. Ravennas, *in Lib. de Rebus Geticis*. Addi his velim, quamvis aliquot Seculis Juniores, ISIODORUM Archiep. Hiſpalenſem, *Chronici Svevorum, Gothorum atque Vandalorum* Autorem, & PAULUM WARNEFRIDI, Diac. Aquilegienſem, ac Monachum tandem Caſſinenſem, cujus exſtant *Libri VI. de Rebus Geſtis Vinulorum ac Longobardorum.*

V. Μακρολογία de his Vandal. Rerum Scriptoribus inutili ſuperſedemus, & Lectores ad Patrologos, & Rom. ac Byzant. Hiſtoriæ Scriptorum Nomenclatores, Sigonium, Voſſium, Bonifacium & Hankium, ablegamus. Geminum exſtat illorum σύνταγμα, in quo plerique

eos non in vicinas solum Regiones, nomen suum ab iis adeptas, sed & in Belgicas, aliasque Remotiores Provincias Maritimas, se diffudisse, ac Piratica, quam & ante exercuerant, Gallis, Britannis, ipsisque Romanis, fuisse formidabiles, Idem Vir Doctiss., Paternæque & Avitæ in Historicis Eruditionis ex Asse Hæres, plurimis Veterum Testimoniis ostendit. Qui cum & in reliquis, ad Gentis hujus Origines spectantibus, otia nobis fecerit, Aureolam Ipsius *ad Hist. Saxoniæ Infer. Introductionem*, Helmstadii A. 1687. (8) excusam, Lectori, una cum *Saxonia* Krantziana (9), commendamus. Unum tamen hoc addimus, non omnes Saxonas hinc trans Albim esse digressos, sed plurimos in prisca sede remansisse, quæ proinde merito etiamnum *Holsatia*, i. e. Vetus Saxonia (Olt Sassen / sive Holsten) appellatur.

IV. Vandali, (quos Joh. Is. Pontanus male ex Vensilia, Jutiæ Boreælis Provincia, derivat) Regiones Germaniæ, & Tractus Conterminі, Mari Balthico vicinas, & in his Wagriam nostram, antiquitus incoluerunt, Danis, aliisque Gentibus, non raro molesti. Inde Seculo IV, post acceptam à Gothis cladem, Constantini M. permissu, in Pannoniam digressi Sec. V. ineunte Stiliconis, Gentilis sui, Imperium Occidentale in Filium Eucherium transferre cupientis, hortatu Galliam invaserunt, & eodem

(8) *in 4to.* (9) *De hac V. Cap. VI.*

eodem decurrente, Hiſpaniam, Africam, Sici-
liam, Italiam, ipſamque Romam occuparunt.
In Africam hinc reverſi, regnum ſuum illic ſta-
biliverunt, & ad A. usque 534, quo Gilimer,
Rex eorum ultimus, à Beliſario eſt captus, Afri-
ca autem ipſis poſtliminio erepta, obtinuerunt.
Accuratiorem Hiſtoriæ eorum Notitiam ſub-
miniſtrabunt Scriptores coævi, cum Græci,
ZOSIMUS ſc., Comes & Fiſci Advocatus, in *Libb.
VI. Hiſtoriarum*, PROCOPIUS Cæſareenſis, Beliſa-
rii Comes atque Notarius, in *Libb. II. de Bello
Vandalico*, hujusque Continuator, AGATHIAS
Mutinenſis, Scholaſticus ſive Advocatus Smyr-
nenſis, *in Libb. V. de Imperio & Rebus geſtis Juſti-
niani*; tum Latini, VICTOR nempe, Uticenſis
in Africa Epiſcopus, in *Libb. III. de Perſecutione
Vandalica*, & JORNANDES Gothus, Epiſc. Raven-
nas, *in Lib. de Rebus Geticis*. Addi his velim, quam-
vis aliquot Seculis Juniores, ISIODORUM Ar-
chiep. Hiſpalenſem, *Chronici Svevorum, Gothorum
atque Vandalorum* Autorem, & PAULUM WAR-
NEFRIDI, Diac. Aquilegienſem, ac Monachum
tandem Caſſinenſem, cujus exſtant *Libri VI. de
Rebus Geſtis Vinulorum ac Longobardorum.*

V. *Μακρολογία* de his Vandal. Rerum
Scriptoribus inutili ſuperſedemus, & Lectores
ad Patrologos, & Rom. ac Byzant. Hiſtoriæ Scri-
ptorum Nomenclatores, Sigonium, Voſſium,
Bonifacium & Hankium, ablegamus. Gemi-
num exſtat illorum *σύνταγμα*, in quo plerique

 &

eos non in vicinas solum Regiones,
suum ab iis adeptas, sed & in Belgicas, a
Remotiores Provincias Maritimas, se d
ac Piratica, quam & ante exercuerant
Britannis, ipsisque Romanis, fuisse fo
les, Idem Vir Doctiss., Paternæque &
Historicis Eruditionis ex Asse Hæres,
Veterum Testimoniis ostendit. Qu
in reliquis, ad Gentis hujus Origines
tibus, otia nobis fecerit, Aureolam
Hist. Saxoniæ Infer. Introductionem, Helm
1687. (8) excusam, Lectori, una cum
Krantziana (9), commendamus. Unur
hoc addimus, non omnes Saxonas hi
Albim esse digressos, sed plurimos in pr
remansisse, quæ proinde merito etia
Holsatia, i. e. Vetus Saxonia (Olt Saß
Holsten) appellatur.

IV. VANDALI, (quos Joh. If. P
male ex Vensilia, Jutiæ Borealis Provir
rivat) Regiones Germaniæ, & Tract
termini, Mari Balthico vicinas, & in
griam nostram, antiquitus incoluerun
aliisque Gentibus, non raro molesti.
culo IV, post acceptam à Gothis clade
stantini M. permissu, in Pannoniam
Sec. V. ineunte Stiliconis, Gentilis sui
rium Occidentale in Filium Eucherium
ferre cupientis, hortatu Galliam invase

(8) *in 4to.* (9) *De hac V. Cap. VI.*

eodem decurrente, Hispaniam, Africam, Sici-
iam, Italiam, ipsamque Romam occuparunt.
n Africam hinc reversi, regnum suum illic sta-
biliverunt, & ad A. usque 534, quo Gilimer,
Rex eorum ultimus, à Belisario est captus, Afri-
ca autem ipsis postliminio erepta, obtinuerunt.
Accuratiorem Historiæ eorum Notitiam sub-
ministrabunt Scriptores coævi, cum Græci,
ZOSIMUS sc., Comes & Fisci Advocatus, in *Libb.
VI. Historiarum*, PROCOPIUS Cæsareensis, Belisa-
rii Comes atque Notarius, in *Libb. II. de Bello
Vandalico*, hujusque Continuator, AGATHIAS
Mutinensis, Scholasticus sive Advocatus Smyr-
nensis, *in Libb. V. de Imperio & Rebus gestis Justi-
niani*; tum Latini, VICTOR nempe, Uticensis
in Africa Episcopus, in *Libb. III. de Persecutione
Vandalica*, & JORNANDES Gothus, Episc. Raven-
as, *in Lib. de Rebus Geticis*. Addi his velim, quam-
vis aliquot Seculis Juniores, ISIODORUM Ar-
chiep. Hispalensem, *Chronici Svevorum, Gothorum
atque Vandalorum* Autorem, & PAULUM WAR-
NEFRIDI, Diac. Aquilegiensem, ac Monachum
deindem Cassinensem, cujus exstant *Libri VI. de
Rebus Gestis Vinulorum ac Longobardorum.*

V. Μακρολογία de his Vandal. Rerum
Scriptoribus inutili supersedemus, & Lectores
ad Patrologos, & Rom. ac Byzant. Historiæ Scri-
ptorum Nomenclatores, Sigonium, Vossium,
Bonifacium & Hankium, ablegamus. Gemi-
num exstat illorum σύνταγμα, in quo plerique

Antvverpiæ autem apud Ortelium A. 1595., L penio teste, recusa. Succedunt duæ Amste lodamenses JOD. HONDII & NIC. JOH. PISCA TORIS, quarum priorem Stephanus (24) ob ac curationem commendat, posteriorem autem Danckvverthius (25) Imperfectionis & Errori non unius insimulat. Omne in hoc genere punctum tulerunt, & quibuslibet aliarum Regionum Tabulis accurationis palmam reddunt dubiam, XXXVII. Mappæ, partim Generales utriusque Ducatus, partim Speciales singularum Provinciarum atque Præfecturarum, quas JOH. MEJERUS Husensis, Christ. IV. & Frid. III, Regum Daniæ, Mathematicus, Decennio integro (ab A.1638.ad A.1648.) Chersonesum hanc, Jussu Regio ac Ducali, pervagatus atque dimensus, A. 1652. Chorographiæ Danckvverthianæ Comites adjunxit. Cunctorum enim Suffragiis, velut Phidiæ quoddam Signum, hactenus probatæ, locum etiam in Novissima *Atlantis Majoris Jansoniani* Editione obtinuerunt.

CAPUT II.

De Historia Naturali, ejusq; Scriptoribus.

§. I.

HIstoriæ Chorographicæ cognata est Naturalis, quæ, licet infinita rerum ἀξιοθαυμάστων Va-

(24) *in Notis ad Saxonis Grammat. l. 1. p. 28.* (25) *in Præfat. Chorogr. Cimbr.*

arietate in Regionibus hisce luxuriet, & Cu-
osorum Calamos atque Ingenia provocet,
auci tamen hactenus Partem illius aliquam il-
ustrandam sibi sumpserunt. Ex Fluviis Cimbriæ
olus Albis Commentatione aliqua dignus est
isus THEOD. SMELEJO Hamburgensi, qui
Estuum illius Rationem in suo, *quod Ampotidem
ocat*, Poemate A. 1589. (1) explicavit, & CHRIST.
MOLLERO, cui *Tabulam* ejusdem *Hydrographicam*,
Amstelodami à Guilh. Blavio A. 1628. excusam,
lebemus. Qua cum Delineationes JOH. JAN-
ONII & NIC. JOH. PISCATORIS (2) merentur
onferri. PET. HESSELII, Ptochei Hamb. Eccle-
iastæ, Vernaculæ de eodem Meditationes,
uarum Pars I. Altonæ A. 1675. (3) prodiit, V.
utem reliquæ etiamnum Ineditæ delitescunt,
Theologicæ potius sunt, quam Physicæ aut Hi-
toricæ.

II. Botanices Cimbrico-Danicæ Amasiis
ommendamus Primi Acad. Hafniensis Botani-
i, Regiique Archiatri, SIM. PAULI, *de Herbis In-
uilinis*, Bartholino Judice (4), *præclare meriti*,
Floram Danicam, Danico, jussu Christiani IV.,
diomate, cum Plantarum Iconibus, Hafniæ
A. 1648. (5) publicatam; *Quadripartitum* item
Ejusdem *de Simpl. Medicam. Facultatibus Botani-
um*, Rostochii A. 1640., & auctius postmodum
Ar-

(1) *Hamb. in 4to.* (2) V. Mich. Hertzii *Biblioth. German. P. I. p. E. 2. a.* (3) *in 4to.* (4) *Diss. IV. de Medic. Dan. Domest. p. 121.* (5) *in 4to.*

Argentinæ A. 1667. ac 1674, editum, Librum in hac ſtudii Phyſico-Medici parte Claſſicum, ſed Digreſſionibus Heterogeneis Lectori permoleſtum. Addatur his OLAI BORRICHII Ripenſis, Chymiatri Incomparabilis, nuper defuncti, *Tr. de Plantarum Indigenarum in Medicina uſu*, A. 1688, Hafniæ (6) excuſus. Addatut etiam OTT. SPERLINGII Sen., Hamburgenſis, Poliatri Hafn. ac Botanici Regii, paucisſimis Secundi, imo Plinii, ſi Nic. Contarenum, Senatorem Venetum, audias, redivivi, ſed Literatis tamen Infelicibus annumerandi, *Hortus Chriſtianæus, ſeu Catal. Plantarum Viridarii Regii Hafnienſis*, A. 1642. (7) ſeorſim impreſſus, ac decennio poſt (A. 1653.) primum in Sim. Pauli *Viridariorum Syllege* locum promeritus Appendicem illius, ſeu *Catalogum Plantarum Indigenarum, A. 1645. in Viridarium iſtud à Sperlingio translatarum*, exhibet *Loculus XLV. Ciſtæ Med. Hafnienſis* Bartholinianæ (8). Sperlingio etiam, licet haud ſoli, debetur *Index Plantarum Daniæ Indigenarum*, ſocio Ipſius & Georg. Fuirenii (Med. Hafn.) labore A. 1623, in Itinere per omnes Regni iſtius Inſulas atque Provincias Botanologico, collectus, & Hafniæ A. 1662. (9) ſub nomine Fuirenii excuſus. De Aloe, quæ in Horto Gottorpienſi A. 1668. effloruit, & Planta Monſtroſa, in eodem A. 1665. obſervata, geminum

(6) *in 8vo.* (7) *Hafniæ in 12mo.* (8) *pag. 461-473.*
(9) *in 8vo.*

minum prostat Meletema Viri Ingeniosiss. J. DAN. MAJORIS, cujus etiam *Floram Cimbricam, seu Catalogum Plantarum circa Kilonium, & in Locis Holsatiæ vicinis, nascentium* in *Historia primâ Anatomes Kiloniensis* promissum, cupide expectamus.

III. Aquatilium nostrorum Historiam elegantem exhibet STEPHANI à SCHONEVEDE Hamburgensis. Aulæ Holsato-Gottorpiensis Archiatri, *Ichtyologia & Nomenclatura Animalium utriusque Ducatus Marinorum, Fluviatilium & Lacustrium*, Hamburgi. A. 1624. (10) excusa, à Thom. Bartholino (11) prolixe commendata. Qui Liber ipsius eo majori in pretio est habendus, quod Pisces aliquot nostrates, reliquis Ichtyologis ignotos, primus descripserit, ac æri incisos repræsentarit. Harengum, contra præcipitem Vulgi de Malignitate Carnis illius Censuram, hujusq; Patronum, *Joh. Grakium*, JCtum Lubecensem, Exerc. peculiari, A. 1654 Lubecæ (12) edita, egregie defendit, & minutissima quæque de eodem sollicite est persecutus, PAULUS NEUCRANTZIUS, Rostochiensis, Reip. Lubec. per 3. Lustra, ad A usque Fatalem 1671, Archiater.

IV. De aliis Hist. nostræ Naturalis partibus Observationes Miscellas ac σποραδικῶς passim offendes in Ad. Olearii *Descript. Pinacothecæ Gottorp.*

(10) *in 4to maj.* (11) *Diss. I. de Med. Dan. Domest. p. 28. & Diss. VI. p. 275.* (12) *in 4to.*

torp. Vernacula, in Thom. Bartholini *Actis Medi[...] Hafnienſibus*, *Epiſtolarum Medicinalium & Hiſt[...]riarum Anatomicarum Centuriis*, *ac Diſſertationib[...] de Medicina Danorum Domeſtica*, JOH. item DA[...] MAJORIS Cœpto de Muſæis Rerum Naturaliu[...] & Artificialium Labore (cujus Continuatio[...]nem cum Celeb. Schelhammero (13) deſidera[...]mus), Scriptisque Cœteris utiliſſimis. Integru[...] ejusdem Syſtema pollicetur IDeM inventum i[...] in *Memoriarum Cherſoneſi Saxo-Cimbricæ Parte II.* (14) Specimen iſtius Luculentum ſunt Obſer[...]vatt. de Littoris Kilonienſis Foſſilibus, Vegeta[...]bilibus & Aquatilibus Elegantisſimæ, An. 1669 *Memoriali Anatomico-Miſcellaneo* (15) inſertæ.

CAPUT III.

De Hiſtoria Antiquaria, ejusqu[...] Scriptoribus.

§. I.

A Naturali Patriæ Hiſtoria ad Antiquarian[...] perrecturi, non inmorabimur incertis il[...]lorum Narrationibus, qui, Gentis noſtræ Ori[...]gines ab Ævo Noachico & Æra Diluvii neceſ[...]ſario deducendas eſſe perſuaſi, Gomerum, Ja[...]pheti Filium, ejusque Poſteros, Thuiſconem, Marſum, Gambrivium, Heroas Chimæricos[...] i[...]

(13) *in Additt. ad Herm. Conringii Introd. Med.* 294. (14) *Cap. I.* §. 8. (15) *Obſerv. III. IV. & V.*

in Cerebro Hominum Otiosorum, obstetricante Psevdo Beroso, prognatos, primos ejusdem Conditores atq; Principes fuisse audacter comminiscuntur. Nituntur illi sola Nominis Gomeri & Cimbrorum similitudine, quæ & perquam est exigua, &, velut Dialectici in *Loco Notationis* recte docent, Argumenta suppeditat admodum imbecillia, imo in Historicis, si desint probatorum Autt. Testimonia, aliæve Rationes probabiles, plane non est attendenda. Miram in Inveterato hoc Errore defendendo observes Confidentiam Danckvverthii, utrumque & Gomeri & Cimbrorum Nomen in omnes partes, Anagrammatographorum instar, versantis, &, post coacervatam undecunque Nominum Propriorum, soni aliqua Affinitate istis cognatorum, congeriem, sua nobis de Majorum nostrorum Originibus Noachicis & Migrationibus Antiquissimis Oracula obtrudentis. Quin & Tabulam Idem concinnavit Geographicam, in qua, veritus, credo, ne inter Noachidas Redivivos Lis aliquando de Herciscunda Orbis Universi Hæreditate suboriatur, cuilibet Noachi Filio atque Nepoti suam illius Partem, Prætoris instar, assignavit, suos item fines atq; Limites præscripsit. Sed Virum hunc Doctum, quando ad Origines Vocum ad Populorum investigandas se accingit, non semper acu rem tangere, sed à scopo sæpius aberrare, jam ante monuimus. Invasit hoc Cacoëthes in Ævo

isto

isto ἀδήλῳ primos Nationum Europæarum Conditores irrito Conatu investigandi Viros complures Eruditissimos, in quorum Monumentis uti Ingentem Variæ Lectionis Apparatum (quo Bocharti imprimis *Geographia Sacra* se commendat) miramur, ita Argumentorum Robur atque Nervos plerumque desideramus. Nostrum facimus Judicium in pari de Vandalorum Originibus Controversia Schurtzfleischianum (1): *De Asceno* (Gomero) & *Japheto sat certitudinis, veritatis abunde est; At de Posteris, Svevo, Vandalo* (Thuiscone, Marso &c.) *dubitationis multum, plurimum Erroris. Allegantur in hanc rem Monumenta, sed minus proba, eoque indigna, quibus assentiaris. Parum vero habet laudis, gentium laudes fabulosis Originibus celebrare.*

II. Nobis, quibus religio est conjecturis nostris ea tempora invadere, in quibus Autorum & Monumentorum Antiquorum Præsidia incassum vestigantur, sufficiet Notitia Populorum, quos Chersonesum nostram, partim ante, partim post Æræ Christianæ initium, incoluisse; ex istis sumus edocti. Sunt autem illi Cimbri, Angli, Vandali, Venedi, & (qui, cæteris vel exstirpatis, vel aliorsum digressis etiamnum in ea supersunt) Saxones, Vithæ atque Frisii. De populis hisce omnibus Phil. Cluverii *Germaniam Antiquam*, & *Chorographiam Danckwerthianam*, velim consuli, iisq; adjungi Pauli C-

(1) *in Diss. de Rebus Slavicis* §. 6.

Cypræi, Slesvicensis JCti atque Historici Rerum Patriarum ἐξοχωτάτε, Aulæq; Gottorpiensis Consiliarii, A 1609. defuncti, Αποσπασμάτιον *Posthumum de Saxonum, Cimbrorum, Vitharum & Anglorum Origine, Nomine, Lingua, Priscis Sedibus & Moribus, Antiquissimisque Rebus Gestis & Migrationibus*, à Filio Hieronymo Hafniæ A 1622 (2) editum. Nos, quoniam de Cimbris, Anglis atque Frisiis commodior dicendi locus alibi (3) se offeret, Vitharum autem Archæologia Danicæ Pars est Historiæ, de Saxonibus tantum, Vandalis atque Venedis pauca monebimus.

III. Saxones Saxo Grammaticus Chersonesum nostram jam ante N. C tenuisse, dum bellorum ab iis contra Danos gestorum texit Historiam, non uno in loco testatur. Quocum an conciliari queat Cypræus, qui per Germanos, quos ab Augusto per Drusum Neronem, Privignum suum, ultra Albim summotos tradit Svetonius (4), Saxonas intelligit (5), alii dispiciant. Seculo Æræ Christ. IIdo in eadem, illos etiamnum fuisse commoratos, docet Cl. Ptolomæus (6), τὸν Αὐχένα τῆς Κιμβρικῆς Χερσονήσε sedem iis attribuens. Ex qua Phrasi H. Meibomius (7) recte colligit, eos Wagriam tantum, Holsatiam atque Stormarsiam, non autem Ducatum Slesv., inhabitasse. Seculo deinde IV.

B eos

(2) *in 4to.* (3) *P. I. c. 5. P. III. c. 2.* (4) *in Octavio c. 21.* (5) *in Annal. Episcc. Slesvic. l. 1. c. 9. p. 60.* (6) *l. 2. Geogr. c. 11.* (7) *in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p. 4.*

eos non in vicinas ſolum Regiones, nomen ſuum ab iis adeptas, ſed & in Belgicas, aliasque Remotiores Provincias Maritimas, ſe diffudiſſe, ac Piratica, quam & ante exercuerant, Gallis, Britannis, ipſisque Romanis, fuiſſe formidabiles, Idem Vir Doctiſſ., Paternæque & Avitæ in Hiſtoricis Eruditionis ex Aſſe Hæres, plurimis Veterum Teſtimoniis oſtendit. Qui cum & in reliquis, ad Gentis hujus Origines ſpectantibus, otia nobis fecerit, Aureolam Ipſius *ad Hiſt. Saxoniæ Infer. Introductionem*, Helmſtadii A. 1687. (8) excuſam, Lectori, una cum *Saxonia* Krantziana (9), commendamus. Unum tamen hoc addimus, non omnes Saxonas hinc trans Albim eſſe digreſſos, ſed plurimos in priſca ſede remanſiſſe, quæ proinde merito etiamnum *Holſatia*, i. e. Vetus Saxonia (Olt Saſſen / ſive Holſten) appellatur.

IV. VANDALI, (quos Joh. Iſ. Pontanus male ex Venſilia, Jutiæ Boreælis Provincia, derivat) Regiones Germaniæ, & Tractus Contermini, Mari Balthico vicinas, & in his Wagriam noſtram, antiquitus incoluerunt, Danis, aliisque Gentibus, non raro moleſti. Inde Seculo IV, poſt acceptam à Gothis cladem, Conſtantini M. permiſſu, in Pannoniam digreſſi, Sec. V. ineunte Stiliconis, Gentilis ſui, Imperium Occidentale in Filium Eucherium transferre cupientis, hortatu Galliam invaſerunt, & eodem

(8) *in 4to.* (9) *De hac V. Cap. VI.*

eodem decurrente, Hispaniam, Africam, Siciliam, Italiam, ipsamque Romam occuparunt. In Africam hinc reversi, regnum suum illic stabiliverunt, & ad A. usque 534., quo Gilimer, Rex eorum ultimus, à Belisario est captus, Africa autem ipsis postliminio erepta, obtinuerunt. Accuratiorem Historiæ eorum Notitiam subministrabunt Scriptores coævi, cum Græci, ZOSIMUS sc., Comes & Fisci Advocatus, in *Libb. VI. Historiarum*, PROCOPIUS Cæsareensis, Belisarii Comes atque Notarius, in *Libb. II. de Bello Vandalico*, hujusque Continuator, AGATHIAS Mutinensis, Scholasticus sive Advocatus Smyrnensis, *in Libb. V. de Imperio & Rebus gestis Justiniani*; tum Latini, VICTOR nempe, Uticensis in Africa Episcopus, in *Libb. III. de Persecutione Vandalica*, & JORNANDES Gothus, Episc. Ravennas, *in Lib. de Rebus Geticis*. Addi his velim, quamvis aliquot Seculis Juniores, ISIODORUM Archiep. Hispalensem, *Chronici Svevorum, Gothorum atque Vandalorum* Autorem, & PAULUM WARNEFRIDI, Diac. Aquilegiensem, ac Monachum tandem Cassinensem, cujus exstant *Libri VI. de Rebus Gestis Vinulorum ac Longobardorum*.

V. Μακρολογία de his Vandal. Rerum Scriptoribus inutili supersedemus, & Lectores ad Patrologos, & Rom. ac Byzant. Historiæ Scriptorum Nomenclatores, Sigonium, Vossium, Bonifacium & Hankium, ablegamus. Geminum exstat illorum σύνταγμα, in quo plerique

& Emendatiores, & pleniores, quam in omnibus reliquis comparent Editionibus, Hamburgense & Amstelodamense. Illud, à FRID LINDEBROGIO, Summo & JCto & Antiquario, A. 161. (10) publicatum, Scripta Jornandis, Isidori & Pauli Warnefridi, sollicite emaculata, ac Observationibus illustrata, complectitur. Hoc autem à Viro Incomp, HUG. GROTIO, adornari est cœptum, &, Decennio post Excessum illius (11), ab Elzeviriis, sub Titulo *Historiæ Gothorum, Vandalorum & Longobardorum*, excusum. Comprehendit istud, præter Rerum Gothicarum Scriptores, & Grotiana ejusdem Argumenti Prolegomena, Jornandem item, Paulum Diaconum, ac *Chronicon* Isidori, altera parte ex Biblioth. Is. Vossii auctius, Procopii *Vandalica, Historiæque* Ejusdem *Arcana*, & Continuatoris Agathiæ Excerpta huc spectantia, plurimis Locis emendata, Novaque Versione & Glossario à Phœnice hoc Seculi nostri exornata. E Recentioribus conferri cum istis merentur ALB. KRANTZII *Vandalia*, quæ Veterum Narrationes in Epitomen contraxit, & Compendiaria Gentis hujus, quam suis *in Helmoldum Notis* Diligentiss. BANGERTUS inseruit (12), Historia. Affectum Grotii *ad LL. Gothorum, Vandalorum & Longobardorum Commentarium* Fata nobis, una cum Editionibus earundem, quas Franc. Guillimannus

&

(10) *in 4to.* (11) *A. 1665. in 8vo.* (12) *V. Notas ad Lib. 1. cap. 2.*

& Joach. Clutenius moliebantur (13), invideruni.

VI. Vandalis, aliorsum digressis, & in cœteris Provinciis Sinus Codani Littoralibus, & in Wagria nostra, successere Venedi sive Slavi, quos Sarmatas fuisse, non Germanos, Viri Docti contra Tacitum dudum ostenderunt. Hi, cum inquieto essent ac turbido ingenio, vicinas Holsatorum, Danorum ac Saxonum Provincias assiduis infestarunt Bellis atque Latrociniis. Ægre ad Fidem Christianam perducti, & ab Henricis atque Ottonibus Augustis domiti interdum, sed non perdomiti, ad Ingenium semper redierunt. Seculo tandem XII. plerique ab Henrico Leone, Duce Saxoniæ, & Henrico, Comite Badevvidensi, Holsatiæ Præfecto, vel cæsi sunt, vel, una cum Duce Pribislao, Wagria ejecti; Provinciam autem hanc Novi, quos è Flandria, Batavia, Frisia & Westphalia Adolphus II., Comes Holsatiæ, evocarat, Coloni non multo post occuparunt. Historia Gentis hujus, cui Schurzfleischiana *de Rebus Slavicis* Dissertatio, A. 670. edita, & *Notæ*, quas allegavimus, Bangertinæ lucem fœnerantur ingentem, petenda est ex HELMOLDI Bosoviensis, & ARNOLDI Lubecensis *Chronico Slavorum*, *Vandaliaque* ALB. KRANTZII, de quibus *Cap. VI.* prolixius commentabimur.

 VII.

(13) *V. Epistolas Virorum Doctorum ad Goldastum, p. 190 191, 402.*

VII. Probe autem, in horum Lectione memor ſis oportet Diſcriminis inter *Vandalos*, Germanos Αὐτόχθονας, & Succeſſores eorum è Sarmatia *Venedos*, quod, nec ipſi Tacito ignoratum, hactenus inculcavimus. Neglexit illud Helmoldus; Neglexit Saxo Grammaticus, qui Vandalos, Danis ante Æræ Chriſtianæ initium infeſtos, Slavos appellat; Neglexit Krantzius, in Vandalia non eadem uſus Accuratione, quam in Arctoa ipſius Hiſtoria, Normannos à Danis, Sveones à Gothis, Vandalos ab Hunnis, Oſtro-Gothos à ViſiGothis ſollicite diſtinguente, Janus Douſa (14) commendavit. Neglexere, hunc Ducem ſecuti, Chytræus, Cluverius, aliique Recentiores, eadem digni Virgula Cenſoria, qua in Krantzium, ob Incuriam hanc, Conringius (15), Dancvverthius (16), J.C. Becmannus (17) & Ἀκριβέστατος Schurtzfleiſchius (18) animadverterunt. Recte enim Ille (19): *Tantum diſtat à Winedo Wandalus, quantum à Sarmata Germanus, à Germano Scytha, ab Indigena Exterus. Allegamus Nationem, Locum, Sortem naſcendi, Linguam, Ingenium, Habitum, Mores, diverſa omnia.*

VIII. Antiquitates Gentium harum, Sacras pariter atque Profanas, uno Syſtemate exhibe-

(14) *Lib. I. Annal. Holland. p. 71., teſte H. Meibomio in Introd. ad Hiſt. Saxon. Infer. p. 105.* (15) *in Tr. de Finibus Imperii c. 16., p. 244.* (16) *P. III. Chorogr. c. 5. p. 195.* (17) *in Notit. Dignitt. p. 70.* (18) *in Rebus SveoGoth. p. 18. in Lemmatis de Sileſia §. 6, & in Rebus Slavicis §. 4. ac 7.* (19) *in Rebus Slavicis §. 7.*

hibebunt JOH. DAN. MAJORIS Ineditæ, quas supra (20) laudavimus, *Saxo-Cimbricæ Chersonesi Memoriæ*; Sacras autem seorsim illustrabit Vernaculus, qui Hamburgi jam excuditur, *de Cimbrorum Ethnicismo* Commentarius Viri Cl., Nobisque Amicissimi, TROGILLI ARNKIELII, Antistis Apenradensis, qui lib. etiam peculiarem de Eorundem Sepulchris pollicetur. Runica Daniæ ac Cimbriæ Monumenta edere, Artisq; Hieroglyphicæ ope Characteres illorum interpretari, Pet. Lindebergio (21) teste, in animo habuit ProRex hujus, Natalibus, Literis atque Armis Illustrissimus, HENR. RANZOVIUS, cui Iellingensis, omnium ἐξοχωτάτȣ, in memoriam Parentum, Gormonis ac Thyræ, Regum Daniæ, ab Haraldo Blaatand Seculo X., Classe regni Universi in subsidium vocata, erecti, Iconismum jam debemus. Alias etiam Cimbriæ, ac Vicinæ Germaniæ, Inscriptiones & Epitaphia Eundem à se voluisse expectari, disces ex Epistolis Ipsius & Mart. Marstalleri, Consil. Pomeranici, Amœbeis, quæ in Sylloge Epistolarum ad hunc Heroem Frobeniana (22) leguntur. Runici Laboris Jacturam ut mitius feramus, effectum est Diligentia OL. WORMII Aarhusiensis, Medici Acad. Hafn., & Vindicis Antiqq. Danicarum Incomparabilis, cujus *Monumentorum*

(20) *Cap. I. §. 8.* (21) *in Hypotyp. Ranzoviana, quam allegat Rud. Capellus in Sciagr. Nummophyl. Lüderiani.* (22) *p.m. 293. 294. 321. 334.*

torum Daniæ Runicorum, Hafniæ A. 1643 (23) editorum, &, ſeptennio poſt (A. 650), Nova τῶν παραλειπομένων Appendice auctorum, Liber V. ſive Penultimus, quæ in Cherſoneſo hac inveniuntur, recenſet atque illuſtrat. Non tamen is fundum hunc exhauſit, ſed ingens Spicilegium reliquit JOH. MEIERO noſtro, Gymnaſiarchæ Ripenſi, cujus *Nova Monum. Runicorum Collectio*, nec dum impreſſa, à Thoma Bartholino Jun., Æmulo Wormianæ circa Archæologiam Patriam Induſtriæ feliciſſimo, allegatur (24).

IX. Reliquarum Cimbriæ Inſcriptionum Syllogen perfectam etiamnum deſideramus Quæ enim NIC HELVADERUS *in Sylva Circ Balth. Chronologica* (25) exhibet Utriusq; Ducatus Epitaphia, cum Numerum haud excedant Duodenarium, mentionem vix merentur Hamburgenſium Notitiam aliquam debemus THEOD. ANCKELMANNO, & uberiorem expectamus à Conſultiſſ SPERLINGIO. Ranzovianarum, quibus Heros, quem modo laudabamus, Illuſtris & ſuas ipſius Arces atque Prædia, Pyramidas ac Obeliſcos, auſpiciis ſuis exſtructos, & alia Patriæ Loca exornavit, Recenſum ſatis diligentem & IPSE Poëmati ſuo *de Somniis* Elegiaco, in Editione utraque, Lipſienſi (26) & Roſtochienſi (27) adjecit, &

(23) *In fol.* (24) *Lib. I. de Cauſis Mortis a Danis Gentibus contempta*, *cap. 8. pag. 123. & in Indice Autorum.* (25) *P. I. cap. XI.* (26) *A. 1584. in 4to.* (27) *A. 1595. in 4to.*

& alii complures instituerunt. Invenies enim eas insertas PET. LINDEBERGII *Poëmatis Juvenilibus* (28), & *Hypotyposi Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliscorum, Cipporum, Molarum, Monumentorum & Epitaphiorum, ab Henr. Ranzovio conditorum*, Rostochii A. 1590. impressæ, & cum Augmento novo, Hamburgi An. 1591 & Francofurti A. 1592. (29) recusæ, GEORG. item CRUSII Hannoveriani *Descriptioni Bredembergæ* (30), & Syllogæ Epistolarum ad eundem Heroem, à GEORG. LUD. FROBENIO Bibliop. Hamb., aliquoties (31) publicatæ. Iisdem Ranzovianæ Magnificentiæ Monumentis Nathan etiam Chytræus, Franc. Svveertius & Otto Aicherus sua *Deliciarum Apodemicarum* Syntagmata, *Inscriptionum Hortes*, & *Theatra Funebria*, splendidiora, ac Lectori gratiora reddiderunt.

X. Cœtera, quæ ad Historiam nostram Archæologicam spectant, Capita, suos in aliis Gentibus nacta Scriptores, nemo autem hactenus Nostratium occupavit, calamos provocant Hominum Curiosorum, quibus cum Lucretio volupe est *Avia Pieridum loca peragrare,*

Insignemque suo capiti petere inde Coronam,
Unde prius nulli velarunt tempora Musæ.

Campus his se pandet Amplissimus curatius inquirendi in Majorum suorum Deos, Templa,

 Festa,

(28) *Hamb.* 1592; & *Francof.* 1595. *in* 8vo. (29) *in* 4to.
(30) *A.* 1569. *in* 4to, *Witteb.* 1570. *in* 4to & *Arg.* 1573. *in* 8vo.
(31) *Francof. A.* 1593, 1595. & *absque mentione Anni in* 8vo.

Festa, Sacrificia, Sacerdotes, Ritusque Sacro
& Profanos. Commentari ipsis licebit de Eo
rundem Republica, Magistratibus, Judiciis
Pœnis, Re Militari atque Nautica, Armis, No
minibus, Lingua, Scriptura & Literatura. Li
cebit illustrare Rem illorum Domesticam, Con
nubia, Funera, Architecturam, Gymnasticam
Athleticam, Rem Nummariam (quo spectan
JOH. MULENII *Numismata Danorum & Vicinarum
Gentium*, à Thom. Barthclino Hafniæ A. 1670
edita) Victum, Amictum, Supellectilem, Lu
dos, Convivia, ipsasque Compotationes. Phi
losophiæ enim Senis Ephesii Abstemiæ, ψυχὴ
ξηρὴν ἀρίστην εἶναι καὶ σοφωτάτην docentis, nec
Majores nostri Sectatores fuerunt, nec Posteri
admodum sunt Studiosi.

XI. Nos, missis cœteris, miseram Linguæ
Cimbrorum ac Saxonum Heroæ sortem deploramus, quæ, cum omnium Germanicæ Dialectorum Vetustissima sit, Gravissima & Incorruptissima, imo palmam etiam Elegantiæ cœteris reddat dubiam (32.), Idiomati tamen Misnico, Sibilis suis, & Blanditiarum parum Virilium Lenociniis, in animos se Nostratium insinuanti posthabetur, Templisque ac Curiis imo ipsis pene Domibus, exulat. Parum enim abel

(32) V. Dn. Morhofii, nobis ἱμείφιμ, *Scriptum de Lingu & Poesi Germanica Vernaculum, P. I. c. 3. p. 50, & P. II c. 2. p. 481. 482*, ac, quem ille recitat, Locum Joh. Mi crælii elegantem.

abest, quin de Cimbris jam usurpari queat Satyricorum Veterum Principis (33) de Roma *in Græcam Urbem*, & Populo Martio in *Facem Achæam* degenerante, Querela:

Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
Formosam, nisi quæ de Cimbra Misnica facta est,
Deque Hamburgensi mera Lipsias?
Hoc sermone pavent, hoc Iram, Gaudia, Curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta, &c.

Non possum sane mihi temperare, quin totam adjiciam Alb. Krantzii, Historicorum nostratium Cordatissimi, παῤῥησιαστικὴν in Cacoethes hoc Invectivam, & pro Idiomate patrio Apologiam (34): *Lingua Saxonum, si ad Lucem veritatis res inspiciatur, sola servat sinceritatem suæ vocalitatis, ut verba omnia puro sono denunciet, non inversa stridoribus, non contorta Diphtongis, quomodo Francorum, Suevorum, Bavarorum, Australium in quorum stridoribus Hunnos, Avares, & reliquos Barbaros, qui illis diu incubuere Provinciis, audire mihi videor; cum frendant potius, quam eloquantur, eadem quidem, quæ & nos, verba, sed Tartareo sono contorta, stridoribus immixta, & multis Diphtongis dissonantia proloquuntur. Et jam, si Diis placet, etiam nostri student Stridores superiorum imitari Germanorum, quomodo & illi, ut ferunt, jam Linguæ suæ pertæsi Italicam frequentant, & Flamingi Gallicam. Ita passim Germanorum Lingua in angustum deducitur.*

XII.

(33) *Juvenalis Sat.* 3. & 6. (34) *ex Lib.* 1. *Saxon. c.* 1.

XII. Pauca adhuc restant dicenda de V
tustissimo pariter atque Pretiosissimo Cimbr
nostræ κειμηλίω, Cornu scilicet Christiani V
Danorum Principis, Aureo, ex Lamina Obry
præstantissimi duplici coagmentato, ac à Vi
gine Rustica A. 1639. M. Jul., in Via Publica
Moegeltunderensi, reperto, quod Pondere su
Uncias pene æquat Centenas, Longitudine au
tem II. Pedes Romanos, cum quinque Pollic
bus. Imagunculæ enim, quas huic artificiun
Manus agglutinarunt, Hieroglyphicæ rudis, pr
seculi istius Genio, Structuræ Majestate, & mir
figurarum varietate, complures hactenus Viro
Eruditos ad Ænigmatum suorum Explicatio
nem invitarunt, Oedipum autem omnium, me
Judice, nondum invenerunt. Primus in Sce
nam A. 1641. prodiit Olaus Wormius, Archæo-
logorum Daniæ Princeps, &, in Diatriba de isto
Doctissima (35), Buccinæ illud Bellicæ vicem
apud Danos, etiamnum Gentiles, sustinuisse,
ac à Frothone forsan Magno (quem Saxo Vasis
ac Armillis Aureis, in Vias Publicas sine Custo-
de abjectis, Subditorum Abstinentiam & Præ-
fectorum Vigilantiam testatur explorasse) in
Bivio Ripensi, sub Æræ Christianæ initia, esse
affixum, lutoque deinceps obrutum, conje-
ctavit. Morali, quam in eadem exhibuit, Em-
blematum illius Interpretationi, concinnæ sa-
tis ac Ingeniosæ, Theologicam prætulerunt
Da

(35) *Prodiit ea Hafniæ A. 1641. in fol.*

Danosque & Cimbros Cornu hoc, ceu Incen-
ivum Pœnitentiæ θεόπεμπτον, intueri, conſilio
non inutili quidem, ſed à re ipſa tamen admo-
dum alieno, juſſerunt PAULUS EGARDUS, Paro-
chus Norttorpienſis, noſtræque Cherſoneſi
Arndius, & ENVALDUS NICOLAI RANDULFUS
Hatherslebienſis, Antiſtes Roeskildenſis. Illius
Meletemata de Cornu Aureo Vernacula Lüne-
burgi A. 1642. (36) prodierunt; Hujus autem
Diſſ. *de Tuba Danica*, illis ὁμόψηφος, biennio
poſt (A. 1644) Hafniæ eſt excuſa (37). Poetica
eodem A. 1644. Explicatio arriſit PETRO WIN-
STRUPIO Juniori, Scaniæ Epiſcopo, in Poe-
mate peculiari, Typis itidem Hafnienſibus
(38) publicato. De quo, cum nondum illud
inſpicere nobis licuerit, Judicium merito ſu-
ſpendimus. A. 1645. THOMAS BARTHOLINUS
uis *de Unicornu* Obſervationibus, Patavii (39)
editis, Judicia adjunxit de Cornu hoc, & Wor-
miana Diſſertat. Honorifica Fortunii Liceti,
Caſſiani à Puteo, Athan. Kircheri, Angelici
Aproſii, Jac. Pighetti & M. Aur. Severini,
Virorum in Italia longe Doctiſſimorum, per
Literas Familiares ſibi communicata. Ex his
LICETUS, Philoſophus Acad. Patavinæ Cele-
berrimus, & *in Epiſt.* ſua, & in Opere, quod
de Antiquorum Annulis eodem A. 1645. Juris fe-
cit publici (40), in locum Interpretationis E-
thicæ Wormianæ, Politicam de Regiis Fro-
tho-

(36) *in 4to.* (37) *in fol.* (38) *in fol.* (39) *in 8vo.* (40) *Cap. 40. Excuſus eſt Liber Utini in 4to.*

thonis, vel alterius Monarchæ Danici, virtutibus substituit. Impugnavit hanc WORMIUS, suamque defendit, in *Responsione* illi opposita, quæ, Amstelodami A. 1678. (quinq; post obitum Autoris Lustris) excusa (41), honestam in Ephemeridibus Gallorum Literariis (42) mentionem promeruit. Novissime de Cornu hoc est commentatus, & Emblemata ejus Intricatissima in Scripto Vernaculo, Kilonii A. 1683. (43) impresso, rejectis cœterorum sententiis, ex Archæologia & Theologia Majorum nostrorum Ethnica interpretari aggressus TROGILLUS ARNKIELIUS noster, conatu sane laudabili, nec infelici in nonnullis successu.

CAPUT IV.

De Historia Civili in genere, ac Ævo Cimbriæ Ἀδήλῳ. *Inserta est* παρέκβασις *de præcipuis Rerum Danicarum Scriptoribus.*

§. I.

HIstoriam Patriæ Civilem aggressuri, perpetuum ejus ac Danicæ Parallelismum, diligentemque Historicorum Regni hujus Lectionem,

(41) *in 12mo.* (42) *V. G. P. Journal des Scavans d. 18. Jan. A. 1678. p. m. 22. 23. 24.* (43) *in 4to.*

nem, Rerum nostrarum studiosis serio commendamus. Si enim ullibi, hic certe, ob Gentis Utriusque, iisdem sæpissime Principibus gavisæ, Viciniam ac cognationem,

alterius res
Altera poscit opem jugem, & conspirat amice.

Notitia autem Historicorum Daniæ, quorum Plenum etiamnum desideramus Catalogum, petenda est ex Indice Imperfecto, quem Sextæ *Prolegomenorum Chronologiæ suæ Danicæ* (1) Sectioni JOH. SUANINGIUS Jun., Præpos. Samsoensis, intexuit. Inter illos, qui supersunt, Antiquissimus est SUENO AGONIS, Absalonis Avidii, Archiepiscopi Seculo XII. Lundensis, Familiaris, *Gentis suæ*, quam parabat, *Historiæ* immortuus. Hanc, licet ultimam Autoris manum nondum expertam, Steph. Joh. Steph. Soræ A. 1642, è MSto Acad. Hafniensis Membranaceo, publicavit, & Notis Historico-Philologicis illustravit.

II. Suenonis Famam celebritate sua obscuravit Coætaneus ipsius atque Contubernalis SAXO, GRAMMATICI cognomine ob Eruditionem variam & reconditam à Librariis donatus, quem ex Nobili Langiorum Familia ortum nonnulli existimant. Præpositus fuit Basilicæ Roeskildensis, in qua & Anno Emortuali 1204. locum Sepulturæ, &, tribus post seculis, Epitaphium Honorificum, Lagonis Wrnii,

(1) *Hafn, A. 1650, in fol. edita.*

Wrnii, Seelandiæ Episcopi, beneficio, obti-
nuit Historiam Patriæ, hortatu ejusdem
quem modo laudabamus, Præsulis Londinen-
sis, Absalonis Huidii, in cujus contubernio vixit
circa A 177. scribere est aggressus, & XVI. Li-
bris, ab Antiquissimis Temporibus, ad A.
usque 186 perduxit. Diligentiam ejus, &
stylum in soluta atque Ligata Oratione ter-
sum, elegantem, floridum, magnificum,
imo isto seculo, quo summa in ipsa Italia regna-
bat Barbaries, Inimitabilem atque Admirabi-
lem, certatim commendarunt Krantzius,
Erasmus, Oporinus, Ol. Magnus, Possevi-
nus, Dempsterus, Vossius, Heinsius, Bar-
thius, aliique Viri Eruditi, quorum Elogia
sollicite congesta invenies *Capite IX. XVI. &*
& XX προλεγομένων Editionis Stephanianæ
Operis hujus quatuor hactenus prodiere Edi-
tiones (2), quarum Prima Parisiensis ex MSto
Birgeri, Archiepiscopi Lundensis, à M. Chri-
stierno Petræo, Ecclesiæ ejusdem Canonico,
Jussu Christiani II Regis, Lutetiæ. Typis Jo-
doci Badii Ascensii, A. 1514. est divulgata. Suc-
cessere huic A. 154. Basileensis Oporiniana
& A. 1576 Francofurtensis Wecheliana. Emen-
datior est hisce omnibus, & Prolegomenis de
Autoris Vita ac Laudibus, Notisque Doctissi-
mis adaucta, Novissima Sorona, qua A. 1644
Patriam sibi obstrinxit Eximius & Antiqq Da-
nica

(2) *In fol.*

icarum Vindex, & Saxonis Sospitator, TEPH. JOH. STEPHANIUS, PP. Soranus. Danica jusdem Versio, Hafniæ A. 1575. excusa, & A. 510. (3) ibidem recusa, ANDREÆ VELLEJO, Ecclesiastæ ac Canonico Ripensi, & Friderici II. Regis Historiographo, debetur, *Viro*, si Stephanium (4) audias, *Summæ Eruditionis, & de Historia Gentis Danicæ optime merito.* Ineditus autem etiamnum delitescit, qui in *Prolegomenis* Stephanii aliquoties (5) allegatur, JOH. SVANINGII Senioris, Ripensis, Christiani III. Regis Historiographi, *Saxo Illustratus, sive in Historiam ejusdem Commentarius.*

III. Cœteri Antiquiores Daniæ Historici Obscuriores sunt, nec recenseri in παρεκβάσει ac merentur. Non defraudabo tamen mentione perbrevi Danicum Rerum Danicarum Scriptorem, Gentilibus suis, aliisque omnibus gnotum, NIGELIUM scilicet, vel NICOLAUM SORENSEM, cujus Chronici Versio Saxonico-Rythmica, quæ in Bibliothecis Gottorpiensi ac Hamburgensi MSta asservatur, hunc præfert Titulum: Broder Nigels van Sore Dänische Chronica, aller Könninge to Dennemark Leven/ Handel und Kriegesdaden / van Dan bit up Karsten den Ersten inholdende / so gefunden is in der Schlacht und Nedderlage der Dänen to Heminge stede in Dithmarschen d. 17. Febr. A. 1500., in Sassische Rimen övergesettet.

C IV.

(3) in fol. (4) in Notis ad Saxonem p. 71. & 111. (5) cap. 8. & 16.

IV. Inter Recentiores HARALDI HUITFELDII, Regni Danici Senatoris atque Cancellarii, Opus Grande atque Eximium, ad Friderici II. Tempora deductum, cum Reseniana Friderici II. Historia, Idiomatis Genti huic Vernaculi peritis imprimis est commendandum. Exteris sufficient Commentarii Latini, quibus JOH. I. PONTANUS, Insigne Bataviæ ex Dania Ornamentum, & JOH. MEURSIUS, in hujus vicem Daniæ è Batavia assertus (6) Danorum Res Gestas sunt complexi. Pontanum Saxoni & Huitfeldio sua pene omnia debere recte observatum est Joh. Svaningio Jun (7), & Celeb. Schurtzfleischio (8). Meursium autem Labores Joh. Svaningii Senioris, quos mox laudabimus, Ineditos diligenter consuluisse, præter Ol. Wormium (9) affirmat Idem Svaningius Junior, qui Pontanum *Huitfeldium Latinum*, Meursium autem *Svaningium Redivivum* appellare non dubitat (10).

V. Ex Cimbris etiam nostris Complures Res Danicas Libris peculiaribus exposuerunt. Hos inter eminet ALB. KRANTZIUS, *Cap. VI.* prolixius à nobis commendandus, qui, Schurzfleischio (11) Judice, in Gentis istius Historia *unus esse potest instar omnium. Chronicon* ejus *Regnorum Aquilonarium, Daniæ, Sveciæ & Norwegiæ*, illam

IX,

(6) Simile Peirescii de Jos. Scaligero & Hug. Grotio Apophtegma annotavit Pet. Gassendus *in Vita illius*, *l. 3 p. 112*. (7) *in Proleg. Chronol. Dan.*, *Sect. 6*. (8) *in D. de Rebus Danicis p. 89*. (9) *l. 1, Monum. Dan. c. 12. p. 88*. (10) *l. c.* (11) *l. c. p. 7*.

IX, iſtam VI, & hanc totidem Libris deſcribens, Henricus ab Eppendorf, Eques Germanus, ex MSto, quod in Reinhardi, Comitis Weſterburg. ac Leiningenſis, Decanique Colonienſis, Bibliotheca invenerat, Germanice à ſe verſum A. 1545. Argentinæ (12) edidit, & Chriſtiano III. Regi inſcripſit. Anno ſequenti 1546. ipſum etiam Textum Operis Latinum Ibidem (13) publicavit, ſine loci mentione poſtmodum A. 1562. recuſum, & tertia quartave vice à Joh. Wolfio, Marchionis Badenſis Conſiliario, Francofurti A. 1575. & 1583, cum Præfatione ſua, & *Schondia* Jac. Ziegleri, *Belloque Dithmarſico* Chriſt. Cilicii, denuo recenſitum. Cimber etiam fuit, & Auſtralis (14) quidem, ſi recte conjicio, ERASMUS MICHAELIUS LÆTUS, Dialect. & Theol. P P. Hafnienſis, Vena Poetica Extemporali, Felici ac Divite, ſed non ſatis caſtigata (15), *Maronis Danici* Elogium à Wormio (16) & Bartholino (17) promeritus, cujus *Rerum Danicarum Libri XI*, Carmine Heroico ſcripti, & Friderici II. Regis Nuptiis conſecrati, in Emporio Francofurtenſi A. 1574. prodierunt (18). Willich. Weſthovius, qui (19) Lætum hunc *Primum Danorum Poetam Latinum* ſalutat, injurius eſt in Saxonem, non Hiſtoricum ſolum diſertum, ſed Poetam etiam Ingeniosum

(12) *in fol.* (13) *in fol.* (14) V. Er. Vindingii *Acad. Hafnienſem p.* 108. (15) V. Ol. Borrichii *Diſſ. V. de Poetis, p.* 168. 169. (16) *l.* 1. *Monum. Dan. p.* 99, *& l.* 5. *p.* 306. (17) *in Diſſert. de Med. Dan. Domeſt. p.* 522. (18) *in* 4to. (19) *in Dedic. Partis I. Poem.*

niosum atque cultissimum. JOH. SVANINGII Se-
nioris, Ripensis, *Eruditi Ingenii & Eloquenti*
laude, Pontano (20) teste, *Inclyti*, ac aliquoti
jam laudati, *Historiæ Danicæ Tomi III.* (quorum
Primus Regum Ethnicorum, Secundus Chr
stianorum ad A usque 1448, Tertius Christiani
Johannis & Christiani II, Oldenburgicorum
tempora & Res gestas persequitur) Hafniæ MS
supersunt in Bibliothecis Regia (21) atque Ac
demica (22), & à Stephanio *in Notis ad Saxonem*
frequenter, una cum Ejusdem *Descriptione D*
niæ, allegantur. Ἀποσπασμάτιον Tomi III. e
Historia Christierni II, Regis Magni, Crudelis, I
felicis, Exulis, Francofurti A 1658. (23) excusa.

VI. Accuratiorem Historiæ Danicæ An
tiquioris Cognitionem perquam reddidit diffi
cilem Saxonis ac aliorum in annotandis singu
lorum Eventuum Temporibus negligenti
Huic malo ut mederetur, ANDR. VELLEJUS, Hi
storiographus Regius, paulo ante à nobis la
datus, *Chronologiam* adornavit *Danicam*, eam
MStam Superiorum fidei commisit (24), qu
in Archivo forte Regio etiamnum delitesc
Hujus Vestigiis institit JOH. SVANINGIUS Junio
Ripensis, ex Scholæ Soranæ Rectore Insu
Samsoensis (quæ Samus illi audit Danica) Pr
positu

(20) *in Descript. Dania Chorographica p. 785.* (21) V. J
Svaningii Jun. *Prolegom. Chronol. Danica, Sect. 6.* (22)
Pet. Resenii *Præfat. Edda Islandica, lit. I. 1. a.* (23)
12mo. (24) V. Joh. Svaningium Jun. *l. c.*

ositus, A. 1676. (25) defunctus, qui, eadem, ua ille, Methodo, *Chronologiam Danicam* coninnavit, Typis Hafnienſibus A. 1650 (26) exuſam, & à Wormio, Bartholino, Stephanio, eringio, ſummis merito laudibus ornatam. Magna enim Diligentia eſt collecta, & ſatis tiam, ſi Nævum ei cum Danckvverthio nostro, quem ſupra (27) notavimus, communem ondones, accurata, imo Fili in Antiquitatum Danicarum Labyrintho Ariadnæi Elogio non ndigna.

VII. Ipſius Cimbriæ noſtræ Tempora Varonem, Græcorum Latinorumque omnium, actantio Judice, Doctiſſimum, ſecuti (28), in Evum Ἄδηλον, Μυθικὸν & Ἱστορικὸν diſtinguimus. Evi Ἀδήλου, quatuor Priores ab O. C. Annoum Millenarios, ſi unicum ſaltem demas Sequiſeculum, totos ſibi vindicantis, nulla ſuperſt in Annalibus Domeſticis Memoria, frivola utem & fide indigna, quæ Exteri de eodem obis obtrudunt, commenta. Vix certe à me ſo poſſum impetrare, ut aliqua digner menone Vithonem ſive Juthonem, quem Suffrius Petri, aliique Nugatores Friſii, Freſonis ſui uiſſe Filium, ac, tribus ante N. C. Seculis, Coniam in Cherſoneſum noſtram deduxiſſe, uctaque Uxore Cumera, Bocchi, Cimbrorum

 Ducis,

(25) V. Henn. Wittenii *Diar. Biogr. ad A.* 1676. (26) *in fol.* (27) *Cap. III.* §. 1. (28) V. Cenſorini *Lib. de die Natali c.* 21, & ex illo Voſſii *Artem Hiſtoricam c.* 6. *p.* 34.

Ducis, Filia, Dotalem hanc Provinciam, ab ipsi nomen mutuatam, ad Annum usque Emor tualem (qui Servatoris Natalem 238. Annis an tecessit) gubernasse, impudenter ac inepte comminiscuntur (29). Miror Suffridum, Ho minem Eruditum, sed non admodum judicio sum, Annalibus Gentis suæ Anilibus plus justo credulum, non solum hanc Deliramentorum putidissimorum Cramben recoxisse, sed Vitho ni insuper Libros aliquot *de Colonia hac Frisica*, & *Bellis adversus Danos à se gestis* affinxisse, è quibu (mirare, ô Lector, perfrictam hominis fron tem!) Antiquos Danorum, Sveonum ac Saxo nũ Scriptores plurima mutuatos audacter affir mat. Multo autem magis miror, nonnullos e Nostratibus, Svaningium scil. Juniorem (30) qui levi (Si Diis placet) octo tantum Seculorum Parachronismo, circa Ætatem Vithonis, à Fr siis Scriptoribus abit diversus, & Ant. Heim reichium (31) Figmenta hæc mendacissima Ar chæologiæ nostræ miscuisse, cum ignorare hau potuerint, dudum ea à Joh. Is. Pontano (32) Matthia Boethio (33), aliisque Cordatioribu esse explosa.

VII

(29) V. Suffr. Petri *l. 2. de Orig. Frisiorum*, & *Dec. I. Scrip Frisiorum*, *n. 8.* Mart. Hamconii *Frisiam*, *A. 1623. e tam*, Bernh. Furmerium, & cœteros ejusdem furfu Mythologos. (30) *in Chronol. Danica, ad A. M. 28 (ante N. C. 1079.)*, *p. 24.* (31) *in Chronico Frisiæ Borea c. 3. p. m. 38. 39.* (32) *in Dedicat. Hist. Danicæ*, & *Choro graphia ei adjecta.* (33) *l. 1. de Cataclysmo Nordstran p. 40. 41. & seqq.*

VIII. Parem cum Frisiorum Nugis fidem herentur Scriptorum aliquot Danicorum, Lychandri imprimis & Suaningii Junioris, Annalos Gothlandicos, aliaque malæ fidei Monumenta, temere secutorum, Narrationes de XII. Cimbrorum, ante Monarchiæ Danicæ initium, per mille pene Annos Ducibus, Gonero II., Segubo, Adzero, Truido &c., Clade item Helmilconis, Piratarum Teutonicorum Principis, qua ab Hanguaro & Gundero A. M. 2402. prope Slesvigam multatus dicitur, Navali, & Vallo Danico in Tractu eodem, contra Saxonum Incursiones, à Bechio, Cimbrorum Duce, A. M. 2860. exstrui cœpto. Nec certiora sunt, quæ ipse SAXO, ab Ævæ Danorum Monarchicæ initio Historiam suam exorsus, commentatur de Jutia ab Helgone, Danorum Rege, Saxonibus A. M. 3350 (34) erepta, ac Ducibus Hesce, Eyr & Ler commissa; De Hothero à Rege Sueonum Boo Hatherslebiæ A 3430. occiso; De Horvvendillo, Jutiæ Præfecto, A. 3480. à Fratre Fengone, & hoc vicissim, non multo post, ab Amletho, istius Filio, interfecto; De Ketone & Wigone mortem Parentis sui Firovvini, Præfecti Slesvicensis, ab Atislo, Rege Succiæ, in Duel-

 lo

(34) Annos, qui fabulis hisce adduntur, à Saxone omissos, ex *Chronologia* Svaningiana deprompsi, quæ Claudii Lyschandri, Operis de Regibus Daniæ Genealogici Scriptoris, hic sequitur Conjecturas, plus justo forte audaces.

lo interempti, Cæde Victoris A. 3640. ſtrenue ultis; De Uffonis, Monarchæ Danici, poſt recuperatum Linguæ Uſum, cum Saxonum Regis Filio, in Inſula Eidoræ, circa A. 3650, Monomachia, & Saxonia ab eo Danis tributaria, aliæque Relationes hiſce ſimiles, merito à noſtratibus Hiſtoricis omiſſæ.

IX. Dudum ſcilicet obſervarunt Viri Doctiſſimi, Cardanus, Vives, Joh. Goropius Becanus, Bodinus, Joh Magnus, Douza, Cromerus, & ex Danis ipſis, Jonas Jac. Venuſinus, Andr Foſſius, Joh. Lyſchander, aliique complures (35), Saxonem, nimio in patriam Affectu abreptum, Eddæque Islandicæ, & aliis Mythologiis Gentium Borealium Poëticis, plus juſto credulum, ea de Danis Antiquioribus tradidiſſe, quæ Febricitantium ſomniis, Fabuliſque Mileſiis aut Romanenſibus, quam Narrationibus Hiſtoricis, propiora videntur. Non ignoro, Stephanum Apologiam pro eo eſſe molitum (36). Sed & hoc obſervo, eam non Saxoni magis, quam cœteris Fabularum Eroticarum Scriptoribus, Heliodoro, Luciano, Achilli Tatio, Apulejo, ac aliis quibusvis Mythologis, patrocinari. Veneror ego Saxonis Ingenium atque Facundiam, & Libros VIII. poſteriores Rerum, cum Danicarum, tum no-

(35) Integram Syllogen talium de Saxone Cenſurarum invenies in Stephanii *ad illum Prolegomenis*, c. 21. & 22.

(36) *l. c. cap.* 23.

nostrarum, studiosis serio commendo. Sed totidem, qui hos præcedunt, Priores, Historiam Caroli M & Gotrici Temporibus Antiquiorem complexos, fabulis scatere, *ineptamque Narrationem verbis Exquisitis tegere*, cum Krantzio (37) affirmo, &, ne quis temere fidem iis adhibeat, iterum iterumq; inculco, Præfracte quidem iis haud obnitor, qui, cum Pontano (38) & Schurtzfleischio (39), Vera falsis in hac Historiæ ejus Parte mixta esse arbitrantur: sed vix inventum iri puto, qui ista ab his, ob aliorum Ævi istius Monumentorum Penuriam, accurate queat secernere.

X. Merito proinde Majorum nostrorum, quotquot in Ævo hoc ἀδήλῳ, & sequenti Μυθικῷ, vixerunt, summam deploramus Infelicitatem, quod Meritis eorum, Immortalitate dignissimis, Invida obstiterit seculi sui Taciturnitas, totque Res fortiter ab illis & præclare gestas Lethæa Oblivionis Vorago absorpserit, ac Posterorum Notitiæ eripuerit. *Non enim* (verba sunt hæc Krantzii nostri (40)) *inventus est inter Cimbros, qui Literis mandaret rerum successiones, in magna Veterum, quod ad Literas pertinet, Inopia. Malebant enim fortiter facere, quam aut docte loqui, aut erudite scribere ad memoriam Posterorum*. Gemina his habet ipse Saxo (41):

 Illu-

(37) *l. 2. Daniæ c. 15.* (38) *l. 1. Hist. Dan. p. 12.* (39) *in Diss. de Rebus Danicis §. 1. p. 8.* (40) *l. 1. Saxoniæ c. 10.* (41) *l. 4. p. 65. Edit. Stephaniana.*

Illustrium Gentis nostræ Virorum Splendorem Scriptorum Penuria laudi memoriaque subtraxit. Quod si Patriam hanc fortuna Latio quondam sermone donasset, innumera Danicorum (Cimbricorum) *Operum Volumina tererentur.* In quibus ipsius Verbis nimium Patrii Sermonis Vilipendium merito reprehendit Krantzius (42), quo cum & nos, si Vernacula saltem Rerum istius ævi qui superessent Monumenta, Latinorum jacturam æquo nos animo laturos esse profitemur.

CAPUT. V.

De Civili Ævi Μυθικȣ Historia.

§. I.

EX Ævo Ἀδήλῳ eluctati ad Μυθικὸν pergimus, quod ab A. M. 3895 (qui primus fuit Expeditionis Cimbricæ, ac Natalem Christi CX. Annis præcessit) ad finem usque Seculi Æræ Christianæ Octavi porrigitur, Novemq; in Universum Annorum Centenarios comprehendit. De hoc Temporis Intervallo apud Scriptores Domesticos (quorum nemo Res intra illius decursum gestas ex professo exposuit) nihil pene occurrit; apud Exteros autem, & Danos præcipue, nonnulla quidem invenies, quæ in Chersoneso nostra contigisse tra

(42) *l. 1. Daniæ c. 22.*

traduntur, ſed talia pleraque, quæ Fabulam potius redolent, quam veram Narrationem. In hunc Cenſum referenda, quæ Saxo Libris Operis Hiſtorici Anterioribus intexuit, de Starcatheri Dani, & Hamæ, Saxonum Pugilis, circa A. C. 50. (1) Monomachia, huic funeſta, ac Popularibus ejus, Graviſſimo poſtmodum tributo oneratis, non minus damnoſa; De Ubbone Friſio, Haraldi, Danorum Regis, initio Hoſte, Jutiæ præſertim infeſto, deinde autem Affine, & in Bellis, contra Vandalos, Saxonas, Gallos, Britannos ac Suecos terra marique, Seculo II, geſtis Stratego fortiſſimo pariter atque feliciſſimo; De Jutia Auſtrali Seculo III. ineunte, cum Regnum Daniæ à V. Regulis in totidem Partes diſtraheretur, Hotheri Imperio ſubjecta; De Hetha (quam Heithebyam, ſive Sleſvigam noſtram, condidiſſe tradit Suaningius), Daniæ primum Univerſæ, deinde autem, circa A. C. 326, ſolius Jutiæ Regina; De Jutia eadem à Vandalis, Seculo IV, imperante Danis Sivardo I, occupata, iſtisq; viciſſim à Filio Sivardi, Jarmerico, aſtu ſolerti è Manibus illorum elapſo, victis, & ſub poteſtatem ſuam redactis. His enim illius, aliisque ſimilibus, de Bellis Danorum, contra Saxonas & Vandalos geſtis, Narrationibus, utut Veri forte nonnihil inſit, tuto tamen fides nequit ad-

(1) Annos, Incertis hiſce Narrationibus additos, ex *Chronologia* Svaningii *Danica* denuo enotavi.

adhiberi, donec major iis Autoritas ex aliis Scriptoribus, vel Domesticis, vel Exoticis, accedat.

II. Seculo V. VI. VII, & maxima Octavi Parte, Historia nostra subsidium sibi aut supplementum aliquod, ex Annalibus Danicis vix potest polliceri. In hoc enim CCCLXXX. Annorum Intervallo (ab A. C. 385, sive Longobardorum ex Dania, sub Snionis Imperio, Exitu, ad A. usque 765, sive Tempora Gotrici,) Ipsa Rerum Danicarum, quam Saxoni debemus, Historia Fabulosa manca est & mutila, ingentique laborat Hiatu (2). Inter Snionem certe, & Gotricum, Tres tantum Reges intermedii à Saxone numerantur, Biorno, Haraldus IV. & Gormo, quos Cervis atque Cornicibus oportet fuisse vivaciores, Senectæque Nestoreæ Æmulos ultra Parcarum Fusum (quæ Phrasis est Lucianæa) vixisse, si totum hoc Temporis Intervallum soli Imperio suo occuparunt. Non ignoro quidem CLAUDIUM Christophori LYSCHANDRUM, Christiani IV. Regis Historiographum, *in Regum Danorum Genealogia*, Hafniæ A. 1622. (3) excusa, Hiatum hunc suppleturum, Reges VIII. Novos; & Saxoni incognitos (Rodericum, Suenonem

(2) V. Alb. Krantzii *Daniam, Lib. 2, cap. 22, 23. 24. 25*, Haraldi Huitfeldii *Chronicon Danicum, T. 1. p. m. 16*, & Joh. Svaningii Jun. *Prolegomena Chronol. Danica, Sect. III, p. 8. 9*, ipsam item *Chronologiam, ab A. C. 401. ad A. 765.* (3) *in fol.*

onem, Guitlachum, Haraldum, Eſchillum, ermundum, Omundum & Balderum), melio inter Snionem ac Biornonem loco, Monarcharum Danicorum Catalogo intruſiſſe, ejuſque Autoritatem ſecutum Joh. Suaningium Juniorem eundem *in Chronol. Danica* locum ipſis conceſſiſſe. Verum enimvero, cum Autorum Probatorum Duumviri hi Clariſſimi deſtituantur Teſtimoniis, Audaciam hanc illorum juſto majorem merito improbamus, & eadem, qua ipſi Pſeudo-Monarchas hoſce nobis obtruſerunt, confidentia Imperium iisdem viciſſim abrogandum eſſe arbitramur. Qua in ſententia ὁμοψήφυς mihi fuiſſe obſervo Illuſtrem Huitfeldium, & Celeberrimum Joh. Iſaacum Pontanum, Lyſchandrinos hoſce Reges ὑποβολιμαίυς in ſuos Monarcharum Patriæ Catalogos admittere recte atque cordate dedignatos.

III. Occurrunt tamen in Ævo etiam hoc Μυθικῷ nonnulla, & Majoribus noſtris fortiter ac præclare geſta, de quorum certitudine dubitare nos prohibent plurima Scriptorum Romanorum, aliorumque Exterorum Teſtimonia, licet in Hiſtoricis Indigenis Antiquioribus vel nulla, vel perquam obſcura eorundem Mentio obſervetur. Ad hanc Claſſem pertinent, præter ea, quæ Capite III. de Saxonum ac Vandalorum Bellis & Migrationibus ſunt commemorata, Decantatiſſimæ Cimbrorum

rum

rum in Galliam, Illyricum, Hiſpaniam & Italiam, Anglorum autem, Vitharum & Saxonum in Britanniam Expeditiones, dignæ omnino, in quas curatius, quam in reliquas hujus Ævi Narrationes Incertas ac Fabuloſas, inquiramus.

IV. CIMBRORUM nomen utrum à Gomero, Japheti Filio, an à Cimmeriorum Gente, an potius à Voce Vernacula Kämper / ſit derivandum, diſpiciant illi, quibus Abſtruſiſſimas Nominum Propriorum Origines veſtigare, & nugis difficilibus immorari eſt volupe. Priores duæ Etymologiæ Fabuloſæ Cordatis omnibus merito videntur & abſurdæ; Tertia probabilior quidem, ſed non ſatis certa. De Patria ac Sede illorum Antiqua Cherſoneſo noſtra, cui vel ſolus tot Seculorum Conſenſus Unanimis diuturna Præſcriptione patrocinari, & Martiæ hujus ſobolis editæ Gloriam vindicare poterat, litem nuperrime, ſed temere admodum, movit OLAUS RUDBECKIUS, Aroſienſis Suecus, Med. in Acad. Upſalienſi Profeſſor, Vir Eruditus & Ingenioſus, ſed, dum ſuo in Patriam Affectui nimium indulget, ſæpius ad Opiniones Nugaces atque Abſurdiſſimas defendendas abripi ſe paſſus. *Atlantica* certe ejus, *Opus Bipertitum, Origenes & Antiquitates Suecicas proponens*, id unum agit, ut, quicquid de aliis Gentibus, Europæis imprimis, apud Scriptores Veteres honorificum occurrit ac plau-

plausibile, iis Ereptum, Catholici cujusdam Prædonis instar, Suecis suis vindicet, Argumentis uti nonnunquam satis speciosis, ita sæpius absonis atque Ridiculis Quam si Viri in aliis Gentibus, quarum Spoliis, undique corrasis illa superbit, Eruditi, Morhofii, P. Bælii & Cl. Tenzelii (quorum de Opere hoc Censuræ publicam jam lucem viderunt) Exemplo, sub accuratius vocaverint Examen, & Patriæ quisq; suæ Honorem ac Decus Antiquum asseruerint, Corniculæ illa propediem similis erit Æsopicæ, qua plumis alienis, Coloribusq; Furtivis nudata risum omnibus movit. Nos, quorum Solo Natali Ille (4) *Chersonesi Cimbricæ*, in Suecia ipso Judice quærendæ, Nomen invidet, Cimmeriorum, quos cum Cimbris male confundit, Tenebras, Tartarearum Æmulas, ipsi ac Sympatriotis lubentissime transcribimus, Cimbrorum autem Gentem Inclytam atque Bellicosam ex Jutia & Holsatia nostra, non autem Suecia, prodiisse constanter asseveramus.

V. Militant certe pro Chersoneso nostra, contra Suecos, Verba Taciti (5), quibus sedem Cimbrorum Antiquam describit, luculentissima: *Germaniæ sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc Civitas, sed gloria ingens, Veterisq; Famæ late Vestigia manent, utraq; ripa castra*

(4) *Tom. I. Atlanticæ, cap. 21.* Conf. Dn. Tentzelii *Colloquia Menstrua Vernacula, M. Mart. p. 248. 249.* (5) *in Lib. de Situ & Mor. German.*

stra spatia, quorum ambitu nunc quoq; metiaris molem manusq; Gentis, & tam Magni Exercitus fidem. Militant pro eadem loca Ptolomæi atque Strabonis, à Krantzio allegata (6). Ex quibus Ille diserte ait *Cimbros habitare in Chersoneso, quæ à Saxonibus in Boream, inter duo, Maria, Britannicum & Germanicum, procurrit;* Hic autem *Ingenti eos esse Inundatione compulsos, ut Natalem desererent Peninsulam, suo autem tempore eandem denuo incoluisse*, testatur. Militant denique Verba L. Annæi Flori, qui (7) itidem *Cimbros, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe* scribit *quæsiisse*. Si hæc Veterum loca accurate coesiderabit Rudbeckius, facile observabit, non aliam Cimbros habuisse sedem ac tellurem Natalem, quam Chersonesum nostram Bimarem, Saxonibus proximam, crebrisque Inundationibus in locis Maritimis, & pristinis Temporibus, & etiamnum, obnoxiam; incassum autem se, quamvis in detorquendis Antiquorum Testimoniis solertissimum, ut singula hæc de Svecia sua vere dici posse ostendat, allaboraturum. Longe certe majori veri specie, si, Viri hujus Docti Exemplo, nihil non in gratiam patriæ nobis licere putaremus, Gothos, quos è Suecia progressos esse vulgo creditur, Jutiæ sive Guthiæ, cum Ludolpho Priggio (8), Joh. Suaningio Juniore

(6) *Lib. 1. Saxon. c. 8.* (7) *l. 3. Hist. Rom. c. 3.* (8) *in Poemate de Coronatione Christiani III. Regis Daniæ.*

iiore (9), aliisque Eruditis nostratibus, possenus vindicare, quorum tamen sententiam nobis vix se probaturam esse ultro fatemur.

VI. Historiam ipsam Expeditionis Cimrorum, &, qui Socia iis Arma junxerant, Teuonum, Amburonum & Tigurinorum, Duodecennalis (A. M. 3859. ac U. C. 640, ad Exitioum ipsis A. M. 3871 & U. C. 652. (10) in Illyricum, Galliam, Hispaniam & Italiam, fusorumque ab iisdem & fugatorum V. Exercituum, quibus M. Jun. Silanus, Papyr. Carbo, Aur. Scaurus, M. Manlius & Q. Servilius Cœpio præerant, Consularium, ac Cladis tandem Internecinæ, qua ad Athesim à C. Mario & Luctatio Catulo affecti, cum Rege Beleo, & Uxoribus, Virtutis Maritorum Æmulis, occuruerunt, prolixius exponere nostri non est Instituti. Utinam inter ipsos Cimbros fuissent nventi, qui Res, à Colonia hac Gentis suæ Martia Duodecennio isto præclare gestas, literis mandare potuissent: Quamvis enim Scriptores Romani satis Illustre virtuti illorum perhibeant Testimonium, non immerito tamen Sagacissimus Schurtzfleischius (11) suspicatur, *plurima eos*, Hostili animo Morigeratos, *prætermisisse, laudiq; Cimbrorum detraxisse*. Imo uti-

D nam

(9) *in Chronol. Danica pag.* 1. (10) Sequor Calculum El. Reusneri in *Isag. Hist.*, & Joh. Cluveri *in Epit. Hist.* Dissentit ab his Joh. Svaningius in *Chronol. Danica*, ad A. M. 3840. Expeditionem hanc referens. (11) *in Diss. de Rebus Danicis p.* 14.

nam, quia felicitatem istam Majoribus nostri
Literarum illo ævo Neglectus invidit, superes
sent saltem C. Plinii Majoris, Scriptoris Roma
nis addictissimi, *de Bellis, quæ inter hos & Ger
manos gesta sunt, Libri XX*, à Suetonio (12)
Tacito (13), Plinio Juniore (14) & Symmach
(15) honorifice allegati, quos Augustæ Vindeli
corum etiamnum exstare Conr. Gesnerus, se
culo superiore, falso arbitrabatur (16). Ne
enim dubito, eum in istis Belli hujus, à Cim
bris, Gente Germanica, Quiritibus illati, Hi
storiam fuse & accurate fuisse persecutum. Se
& istius Operis Jactura Irreparabilis æquo
nobis Animo est ferenda, & resarcienda quo
dammodo ex cœteris Rerum Romanarum Scri
ptoribus, qui, vel data opera, vel aliud agentes
Expeditionis hujus Mentionem Annalibus sui
inseruerunt, Floro scilicet (17), Vellejo, (18)
Plutarcho (19), Strabone (20), Appiano (21)
(22), Paulo Orosio (23), *Epitomes Livianæ Autor*
(24), aliisque horum Coætaneis. Quorum
Narratione Universas, si in brevem congesta
Epitomen legere desideras, ut Alb. Krantz
Saxoniam (25), Joh. Isaaci Pontani *Historiam Da*
nica

(12) *in Vita Plinii.* (13) *lib. 1. Annal.* (14) *l. 3. Ep.*
(15) *l. 4. Ep. 18.* (16) V. Gerh. Joh. Vossii *Lib. 1. de Hi*
Lat. c. 29. p. 153. 154. (17) *l. 3. c. 3.* (18) *lib. 2.* (19) *in V*
ta C. Marii. (20) *lib. 7. Geogr.* (21) *in Celticis.* (22)
Breviar. l. 4. & 5. (23) *lib. 5. cap. 15. & 16.* (24) *lib.*
67. & 68. (25) *Lib. 1. c. 8. 9. & 10.*

nicam (26), & Joh. Cluveri *Epitomen Historicam* evolvas (27), Autor tibi esse non dubito.

VII. Inter Recentiores non defuere, qui Libris peculiaribus Gentis hujus, & expeditionis ab illa susceptæ, Historiam complecterentur. De PAULI CYPRÆI Ἀποσπασμασίῳ jam supra (28) diximus. Prolixius est isto ERPOLDI LINDEBROGII, Bremensis, Canonici Hamburgensis, suis pariter atque Filiorum in Historiam Germanicam ac Borealem meritis Inclyti, & A. 1616. defuncti, *Chronicon* Vernaculum *de Bello Cimbrorum cum Romanis Horribili*, quod, una cum duobus de Historia Arminii Libris, eodem Idiomate scriptis, Typis Hamburgensibus A. 1589 (29) est impressum. Quinquennio post (A. 1594.) Heros Literatissimus, & de Patria Universa optime meritus, HENR. RANZOVIUS, Libellum *de origine & Rebus Gestis Cimbrorum* Juris fecit publici, quem, licet à Pet. Lindebergio, Andr. Angelo, Jona Elverfeldio, Mart. Zeilero, Thoma Bartholino Juniore, aliisque passim allegari observarim, & sedulo hactenus quæsierim, obtinere tamen, vel oculis saltem usurpare, quæ mea est Infelicitas, nondum potui. Nonnulla etiam forte huc spectantia habet Liber (quem J. Henr. Bœclerus (30) *Elegantis admodum Opusculi* Elogio dignatur) HIERO-

(26) *Lib. 1.* (27) *Lib 7. p. m. 175. 176.* (28) *Cap. III. §. 2.* (29) *in 4to.* (30) *in Bibliographia Historico-Politico-Philologica Curiosa, [illegible] edita, p. [illegible].*

NYMI TURLERI *de Populorum Septentrionalium post devictos à C. Mario Cimbros, Migrationibus, ac Ruina Imperii Romani* mihi itidem nondum visus cujus Latina ex Italico Idiomate Versio Hanoviæ A. 1601. (31) est excusa. De Teutobocho Teutonum Rege, ac Cimbrorum Socio, quem vivum Romani comprehenderunt, Dissert. expectamus singularem CONR. SAM. SCHURTZFLEISCHII, ante XVIII. Annos (32) Historiæ Germanicæ Amasiis promissam.

VIII. Cimbrorum, qui Cladi huic Marianæ superfuerunt, & in Patriam remigrarunt Posteri Augusto Imperatori Lebetem, Strabone teste, dono miserunt, ac, mutuam Injuriarum Oblivionem pacti, in Amicitiam ejus recipi meruerunt (33). Quid quod eodem Ævo Augustæo in ipsa Urbe Romana Cimbri aliquot, à Captivis istius Gentis haud dubie progeniti, Eruditione singulari ac Literarum scientia inclaruerunt. LUCIUM TULLIUM CIMBRUM sane, Oratorem Romanum, Atticæ Elegantiæ Æmulum, quanquam Infelicem, cujus memoriam Cicero (34), C. Cassius (35), Virgilius (36) Seneca (37) & Quintilianus (38) nobis conservarunt

(31) *in 8vo.* (32) *in Diss. de Rebus Danicis p.* 14. (33) V. Strabonem *l.* 7. *Geogr.*, & ex illo Krantzium *l.* 1. *Sax. c.* (34) *in Orat. Philipp. II. & XI.* (35) *in Epist. ad Cic. lib.* 12. *Epistolarum Famil.* (36) in peculiari in illum Epigrammate Choliambico, quod & in Catalectis ejus & apud Quintilianum *l.* 8. *Instit. Orat. c.* 3., legitur. (37) *Epist.* 83. (38) *l. c.*

runt, quemve Jos. Scaliger (39) Britanniæ, Sam. Petitus (40) Galliæ, Joh. autem Isaacus Pontanus (41) Daniæ suæ, vindicare magno conatu laborarunt, Chersoneso nostræ jure meritoque postliminio possumus asserere. Ne quid enim de Agnomine dicam, Luculentum Cimbrico-Germanicæ Originis Argumentum οἰνοπόταις nostris merito videbitur insignis, cujus Seneca ei Testimonium perhibet, Bibacitas, quam lepido ipse Apophtegmate testatus: *Egone*, ait, *quenquam feram, qui Vinum ferre non possum.* Cive tamen hoc, ne quid dissimulem, non admodum posse gloriari Chersonesus nostra videtur, cujus Famæ non Cædes solum Cæsaris (cujus Percussorum ille cum Bruto & Cassio facile Princeps fuit (42)) sed nefandum etiam Fratricidii Crimen, nimiaque Vitæ Voluptatibus deditæ Licentia, ista, qua superstes etiamnum erat, tempestate, Labem haud exiguam asperserunt.

IX. ANGLI, quorum Sedes Antiqua fuit Regiuncula Ducatus Slesvicensis, Patriæ meæ, Civitati Flensburgensi, Vicina, cui Angliæ nomen hodienum est proprium, sive potius cum Regno in Parte Magnæ Britanniæ Principe, à Colonia sua erecto commune, ab *Angul*, Dani, Primi Danorum Monarchæ, Fratre Germano,

(39) *in Notis ad Catalecta Virgiliana p.* 486. 487. (40) *l.* 3. *Miscell. c.* 9. (41) Lib. 1. *Hist. Danica p.* 10., & *in Chorogr. Dania p.* 809. (42) V. Svetonii *Julium c.* 81.

si Incertæ Saxonis Grammatici (43) Relationi fides meretur haberi, primum sunt appellati. Hi Seculo V. à Vortigerno Britannorum Duce, ut suppetias sibi contra Scotorum & Pictorum assiduas ferrent incursiones, rogati, cum Vithis atq; Saxonibus sociis, Ducibus Hengisto & Horsa, in Insulam istam trajecerunt, armaque, quibus in Hostes Britannorum prospere rem gesserant, victricia in ipsos non multo post Incolas, ob stipendia non numerata, & Commeatum haud subministratum, percusso cum Pictis fœdere, converterunt. Hos, bello diuturno fractos, novis è Chersoneso sua Copiarum Supplementis subinde aucti, sedibus Avitis brevi tempore exuerunt, parteque Insulæ potiori occupata, Heptarchiam in illa novam condiderunt, cui, sub Egberti tandem Imperio, exeunte Seculo VIII, Angliæ nostræ, è qua illuc commigraverant, nomen est impositum. De Anno, quo Expeditionis hujus factum est Initium, inter Scriptores vetustos pariter atq; Recentiores non convenit. Beda, & quotquot eum sequuntur, ad A. 449, Elias Reusnerus autem (44), Chr. Schraderus (45), aliique complures, ad A. 440. Anglorum in Britanniam Adventum referunt. Nobis Guilh. Cambdeni arridet supputatio, qui Anno Theodosi

(43) *sub initium Lib. 1. Hist. Danicæ.* (44) *in Isag. Historica.* (45) *in Tabulis Chronol.*

dosii Junioris XXI, Salutis autem nostræ CCCCXXVIII, illum contigisse, aliis Historiæ Britannicæ Antiquioris Epochis in subsidium vocatis, satis, ni fallor, perspicue ostendit.

X. Gloriam hanc occupatæ Insulæ istius, Europæarum facile Principis, Genti nostræ invidere Anonymum Antiqui *Saxonum* Chronici, Saxonica Dialecto Moguntiæ A. 1492. (46) excusi, Autorem, Fabulatorem omnium Ineptissimum, neutiquam miror. Miror autem vestigia ejus pressisse Historicorum Nostratium facile Principem, Albertum Krantzium (47), quem & Vicinia illius, unde Angli prodierant, in Chersoneso hac Provinciæ, & Locus Bedæ, quo istam descripsit, Illustris, ab ipso verbotenus recitatus, alia omnia poterant edocere. Uterq; Anglorum Solum Natale esse arbitratur Westphaliam, sive Angrivariorum potius in ea Regionem (das Hertzogthum Engern). Anonymus autem Chronographus, mendacia mendaciis tegens, ne perpluant, alias insuper Figmento huic attexit Nugas, Anicularum Deliramentis non admodum dissimiles. Hengistum enim atq; Horsam Duces ait fuisse Angariæ & Saxoniæ Occidentalis, traductoque in Britanniam 9000. Militum Exercitu, & Pictis superatis, tantum, Didonis Tyriæ Exemplo, Telluris ab Incolis petiisse ac impetrasse,

 Tan-

(46) *in fol.* (47) *Lib. 1. Saxon, c. 20. 21. 22.*

Taurino quantum possint circumdare tergo, istisque Astu eodem, quo Dido Hiarbæ imposuisse traditur, delusis, in fundo, quem corrigiis tenuissimis, ex pelle hac bubula exectis, occuparant, novam condidisse Civitatem, quam Idiomate Germanico Oßenburg / Anglico autem *Tancaster* appellarint. Addit progressu deinde temporis eos reliquam etiam Insulæ partem in suam redegisse potestatem, nomenq; *Angariorum* (der Engern) ad illud usque tempus retinuisse, quo, post Britanniæ totius ad Sacra Christianorum conversionem, nonnulli ex ipsis, Romam profecti, Gregorio Pontifici, in patriam illorum inquirenti, ex Angariorum se Regione (Engerland) esse oriundos responderunt. Quibus ille confestim regessisse perhibetur, *Anglorum* ipsos jam Nomine, ex quo Christianæ Fidei Proselyti, atque adeo ἰσάγγελοι, sint facti, potius esse donandos, hisce usus verbis, quæ Dialecto nostra Vernacula, qua Autor ille est commentatus, exhibeo: Gy nu schult nit Lüde van Engerland heten / nu gy süß gut Kristen sind geworden; gy schult heten de Lüde uth Engelland / weete gy sin Lüde gelick den Engelen Gades. Eccum tibi, L. B, Fabellam lepidissimam, & perelegantem, si Diis placet, Nominis Anglorum Etymologiam, è qua primam Erroneæ, cui Krantzius patrocinatur, Sententiæ Originem facile perspicies.

XI.

XI. Confutatione prolixa indignam hanc esse nemo non videt, cum Anglos atq; Angrivarios, Gentes, vel ipso Tacito teste, diversissimas, turpiter confundat. Unico igitur tantum Argumento, sed Achilleo, quod Ant. Heimreichium jam ante me video inculcasse (48), contra Erroris istius Patronos depugnabo, & in memoriam iis revocabo, non solos Anglos, sed cum his Vithas atq; Saxones, in Britanniam trajecisse, suoque illam Imperio subjecisse. Tres hasce Gentes si quis alibi, quam in Chersoneso nostra, contiguas sedes inhabitare mihi commonstraverit, herbam ei porrigere, & vulgatæ, quam in Patriæ ac veritatis gratiam tueor, sententiæ nuncium confestim mittere non recusabo. Accedit Unanimis pene Scriptorum Anglorum, & Prisci & Recentioris ævi, in Chersoneso nostra, non autem alibi, Majorum suorum patriam investigantium, Consensus. Beda ὁ σεβάσμιος (49) sitam esse ait, *& ab eo tempore usque hodie manere desertam, inter Provincias Vitarum & Saxonum*, i.e. inter Jutiam & Holsatiam. Ethelvverdus, Scriptor Seculi XI, Regio apud Anglos sanguine prognatus, & à Cambdeno ac Stephanio (50) allegatus, his eam verbis, magis ad-

(48) *in Chronico Frisiæ Borealis*, *c. 3. p. m. 49.* (49) *Lib. 1. Hist. Eccl. Angl. cap. 15.* Locum ejus integrum exhibuerunt Stephanius *in Notis ad Saxonem p. 28. 29.* & Dancvverthius *P. II. Chorogr., cap. 10. p. 126.* (50) *l. c.*

adhuc perſpicuis, deſcribit: *Anglia Vetus ſita eſt inter Saxonas & Giotos* (i. e. Jutos), *habens oppidum Capitale, quod Sermone Saxonico Sleſvig, ſecundum vero Danos. Hæteby dicitur.* Ex Recentioribus Guilh. Cambdenus (51) Avitam ſe Majorum ſuorum ſedem, Bedæ ductu, lætatur inveniſſe *inter Juitlandiam & Holſatiam, Antiquam Saxonum Regionem, Provinciam ſcilicet illam in Daniæ Regno, quæ Angeln hodie dicitur, ſub Flensburg Civitate, quam in Epiſtolis Lindebergius Parvam Angliam vocat.* Alios complures, ei ὁμοψήφους prætereo, non item ROBERTUM SHERINGAMUM Cantabrigienſem, Collegii D. Caji Socium, cujus Elegans ac peculiaris *de Anglorum Gentis Origine* Tractatus, Cantabrigiæ A. 1679. (52) excuſus, & in Ephemeridibus Gallorum Literariis (53) commendatus, legi hanc in rem omnino meretur.

XII. Tanta eſt ejus, quam defendimus, ſententiæ Evidentia, ut Suffridus Petri, cui ſolenne alioquin eſt præclare à noſtratibus, aliisque Gentibus, geſta Friſiis ſuis calamo furaci temere vindicare, ex Anglia noſtra Cimbrica Populum hunc, Britannorum Victorem, in Inſulam eorum trajeciſſe ultro fateatur. Comminiſcitur autem, ut ad Populares ſuos Auſpicatiſſimæ hujus expedititionis gloriam nihilo-

(51) *V. Britanniam ejus, à Regnero Vitellio in Epitomen contractam. p. m. 58.* (52) *in 8vo.* (53) *V. Ephem. XIV. A. 1679., d. 12. Jun. publicatam, p. m. 191. 192.*

hilominus possit derivare, ipsos Angliæ nostratis veteres Incolas Coloniam fuisse Frisiorum, ab UDOLPHO HARON, ultimo horum Duce, A C. 392. in Chersonesum Cimbricam deductam, Horsam autem & Hengistum Udolphi hujus Chimærici (cui scriptum etiam de Colonia hac peculiare, in Utopiæ haud dubie Bibliothecis delitescens, affingit) Filios (54). Verum Anilia hæc Figmenta, turpi ἀκρισίᾳ ab Heimreichio nostro (55) Imperitioribus denuo obtrusa, cum nullius Probati Scriptoris, sed Annalium tantum Frisiæ Mendacissimorum, Testimonio confirmentur, eadem, qua à Suffrido & Gregalibus proponuntur, Autoritate à nobis vicissim, ceu commenta putidissima, rejiciuntur. *Ejusmodi enim Deliramenta* (mea hic facio Viri Cl. Mich. Hertzii (56) Verba, de conficta ab iisdem Nugatoribus Frisiis Caroli M. in Palæstinam, & ipsam pene Indiam, Expeditione) *nemini, nisi qui in Historiis omnino rudis fuerit, fucum facient, eaque narrasse fere est confutasse.*

XIII. Inter Autores, qui Literis Historiam hujus Expeditionis mandarunt, primum merito locum decerneremus, si aliunde, quam ex Suffridi Petri Obscurorum Frisiæ Virorum Cata-

(54) V. Suffridi Petri *Lib. 14. Annal. Frisicorum, & Dec. III. Scriptorum Frisicorum, num. 2.*, Mart. Hamconii *Frisiam, fol. 20.*, & Bernh. Furmerii *Lib. 2. Annal. Fris. c. 7., p. 119-138.* (55) *l. c. p. 47. 48.* (56) *P. III. Bibliothecæ German. p. B. 1. b.*

Catalogo (57) nobis innotuisset, HAJONI FORTEMANNO, Frisio, Coævo scilicet, &, si Diis placet, αὐτόπτῃ, cujus ille longa serie recenset Opuscula *de Hengisti ex Anglia in Britanniam Vocatione, de Pactis inter eundem & Vortigernum, de Prælii illius contra Pictos & Scotos, de causis, ob quas, ex Defensore Britannorum, eorundem factus est Hostis, de Classium Hengisti Ducibus, & Copiis denique ab eodem in Britanniam advectis.* Salivam splendidos hosce Titulos Antiqq. patriarum Studiosis movere posse fateor. Qui tamen à nimio Librorum illorum desiderio sibi facile temperabunt, si, non solum dudum deperditos esse, ex Suffrido cognoverint, sed &, una cum Autore suo, nusquam, nisi in Nugivendulorum Frisiorum, eorumq; Exscriptoris Suffridi, Cerebello exstitisse, nostro indicio fuerint edocti. In Angliam potius ipsam eos ablegabo, & de Expeditione hac jubebo evolvere, cum Historiæ Regni istius Universalis Scriptores, tum eos imprimis, qui Res in Periodo illius Anglo-Saxonica gestas ad Posteros transmiserunt, GUILHELMUM scilicet MALMESBURIENSEM, Monachum Benedictinum, in *Historiæ Anglicanæ Libris V*, Venerabilem BEDAM in totidem *Historiæ Gentis Anglorum Ecclesiasticæ* Libris, MATTHÆUM WESTMONASTERIENSEM in *Floribus Historiarum*, aliosq; haud pau-

(57) *V. Dec. III. Script. Fris. num. 8.*

paucos, à Vossio (58) ac J. C. Becmanno (59) enumeratos. Addi his ex nostratibus possunt ALB. KRANTZII *Saxonica* (60), PAULI CYPRÆI *Ἀποσπασμάτιον*, jam ante (61) commendatum, & CASP. DANCKVVERTHII *Chorographia Cimbrica* (62); ex Anglis autem Recentioribus GUILH. CAMBDENI *Britannia*, & Epitome illius elegans, à Regnero Vitellio Zirizæo concinnata, ac Amstelodami A. 1617. excusa (63).

CAPUT VI.

De Historia Ævi Ἱστορικοῦ Civili, ejusq; Scriptoribus, qui ante A. C. 1517. vixerunt, Antiquis.

§. I.

Restat jam, ut de Ævo Ἱστορικῷ commentemur, cujus Res, quæ in Chersoneso nostra contigerunt, Memorabiles non ab Exteris solum, sed & Indigenis Scriptoribus, cum Antiquis, tum Recentioribus, ad hæc usque, quibus Fata nos reservarunt, tempora, mediocri Diligentia sunt consignatæ. Initium illius Epocham translati ad Germanos Imperii Oc-ci-

(58) *in Opere de Historicis Latinis.* (59) *in Historia Orbis Terrarum Geogr. & Civili, P. II. c. 5.* (60) *Lib. 1. c. 18. 19. 20. 21. 22.* (61) *Cap. III. §. 2.* (62) *P. II. c. 10.* (63) *p. m. 55-64.*

cidentalis VII. circiter lustris antecedit, & ad Annum Æræ Christianæ 765. commode refertur, quo Gotricus, quem alii Godefridum appellant, Danis, Carolus autem Magnus Francis, cœperunt imperare. Illius enim Bella contra Saxones, Caroli Imperium cupidius amplexantes, Amica de Eidora, Daniæ & Saxoniæ fines in posterum disterminaturo, Transactione composita; Hujus autem, quæ in A. 804. incidit, contra Saxonas Trans-Albianos, sive Holsaltos, ad motus seditiosos cœteris procliviores, Expeditio, &, quæ hanc mox est secuta, Incolarum Provinciæ istius è solo Natali, in Franciam atque Flandriam, translatio, primum fere obtinent locum inter illa, quæ, de Cimbriæ Rebus, certa atque Historica fide à Scriptoribus Domesticis traduntur. Circa eadem Tempora (*ad A.* 804.) Prima etiam nominis *Holdensten* sive *Holsten*, quod Parti Chersonesi nostræ Australi etiamnum est proprium, Mentio in Rheginonis Prumiensis, qui eodem Seculo IX. floruit, Chronico observatur. A quo haud est diversum Nomen *Holdistede*, quod occurrit in *Chronico Veteri Monasterii S. Galli MSto, à* Steph. Baluzio (1) & Wilh. Ern. Tenzelio (2) Viris Celeberrimis, allegato, Translationem Coloniæ Hol-

(1) *in Notis ad Capitularia Regum Francorum p.* 996. (2) *in Colloquiis Menstruis Vernaculis, M. Aug. A.* 1690., *p.* 750. 751.

Holſatorum Rebellium in Franciam, à Carolo M., ceu diximus, A. 804 factam, & ab Eginhardo, Reginone, M. Adamo, Helmoldo, Adelmo, Lamberto Schafnaburgenſi, Alb. Stadenſi, Sigeberto Gemblacenſi, Annalibus Fuldenſibus, ipſoque Ludovico Pio, Caroli Filio (3), itidem commemoratam, his verbis deſcribente: *Hoc Anno* (804) *perrexit Dominus Karolus in Holdiſtede*, *& multos Barones* (i. e. Viros) *& Mulieres inde adduxit*. Quam meam de loco hoc ſententiam cum, Anno nuper elapſo, πολυμαθεστάτω Tenzelio expoſuiſſem, ille, quo eſt candore, in Reſponſoriis ſuis eam approbare, & ſuis, quas publice propoſuerat, de Civitatibus Alſtettenſi. ac Oldenſtadienſi Conjecturis præferre non dubitavit. Diſcrimen, quod Scrupulum ſibi adhuc aliquem movere amice monet Vir Doctiſſimus, Scripturæ Nominum *Holdenſten* & *Holdiſtede* leviculum, ex ſola Literarum e & i, n & d, permutatione ortum, in tanta Rei evidentia, & Scriptorum pene omnium de patria atque Anno deductæ Coloniæ conſenſu attendi, me Judice, non meretur, ſed Scriptori Extero, rerum noſtrarum haud ſatis perito, eſt condonandum. ψευδογραφήματα enim iſtiusmodi, circa Nomina Propria & peregrina, in Medii Ævi Scriptori-

(3) *in Privilegio Eclesiæ Hamb. concesso. Conf. de hac Colonia Frid. Besselii Notas ad Eginhardi Vita Caroli M. Caput 7, p. 33. 34.*

ptoribus ſunt frequentiſſima, ac gravior certe circa idem Nomen *Holdenſten* Lapſus alterius de Carolo M. Scriptoris Antiqui, à Celeb. Schurtzfleiſchio (4) allegati, qui per *Ondulſtetin* illud expreſſit. Nec tamen inde diverſa eſſe hæc duo Loca recte quisquam colligit.

II. Ab Epocha hac Gotrico-Carolina *Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam, Geſta Religionis ex Hamburgenſi & Bremenſi Eccleſiis, per vicina Septentrionis Regna, propagata, Libris IV. repræſentantem*, & Hiſtoriæ ſimul Cherſoneſi noſtræ Civili lucem haud exiguam fœnerantem, auſpicatus eſt, & ad Henrici IV. Imp. tempora, Annumque 1072, Adalberto, Archiepiſcopo Hamb., emortualem, eandem perduxit MAGISTER ADAMUS, Scriptorum Domeſticorum omnium, qui res noſtras ſunt perſecuti, Antiquiſſimus. Canonicus is fuit Eccleſiæ, non Rhemenſis (5), ſed Bremenſis, Scholæque ejusdem Publicæ (uti Henr. Meibomius Jun. (6) ex Titulo Magiſtri, & Diplomate quodam Adalbertino, docte oſtendit) Moderator. A Baronio plerumque *Adam Chronographus Antiquus*, à Joh Chriſtoph. Becmanno autem (7) *Adam Hamburgenſis*, minus certe accurate, ſalutatur.

(4) *in Diſſ. de Rebus Danicis* §. 2. p. 19. (5) Sphalma hoc, Typographi forte culpa admiſſum, obſervo *in Edit. Colonienſi Tomi IX. Annalium Baronianorum*, *ad A.* 823., *num.* 8, *p.* 771. (6) *in Introd. ad Hiſt. Saxon. Infer. p.* 70. (7) *in Notit. Dignit. p.* 70.

lutatur. Longe tamen ineptius a Thoma Hyde, Biblioth. Oxon. Præfecto, (8.) cum Melch. Adamo, Scholæ Heidelb. Rectore, Biographo hujus Seculi non ignobili, dum huic attribuit *Historiam* Nostri *Ecclesiasticam*, confunditur. Falluntur, qui Seculo X. eum credunt floruisse, &, vel ad Tempora Henrici I. Imperatoris (A. 936. defuncti,) cum Conringio, (9.) vel ad An. 984. & Benedicti VIII. Pontificis ævum, cum Ant. Possevino, (10.) referunt. In ipsa enim Historia sua, ad A. 1072. continuata, perspicue satis testatur, Seculo se XI. imperante Henrico IV. Cæsare, vixisse, A. 1067. (11.) Bremam venisse, & non in Canonicorum solum numerum ab Adalberto Archiepiscopo allectum, sed huic etiam, A. 1072. defuncto, superstitem, Liemaroque ejus Successori (cui librum inscripsit,) gratum atque acceptum fuisse. Advenam se esse Ipse (12.) fatetur. Superiori Germaniæ (ad cujus Linguæ Genium pleraque nostratium Nomina Propria detorquet) Scholiastes eum Antiquus Anonymus, (13.) Thuringiæ autem, sive Misniæ potius, Henr. Meibomius Sen. (14.) vindicat. Adoptivis tamen, adeoq; Domesticis, Chersonesi nostræ Scriptoribus commode potest annumerari,

 rari,

(8.) *in Catal. Biblioth. Bodlejanæ.* (9.) *in Diss. de Urbibus Germaniæ* §. 86. (10.) *apud Vossium l. 2. de Hist. Lat. c. 47 p.* 386. (11.) Apud Vossium *l. c.* Typographi Incuria substituitur Annus 1077. (12.) *in Epist. Dedic. ad Liemarum.* (13.) *Scholio* 101. (14.) *in Vindiciis Billinganis. V. Opuscc. Historica p.* 306. 307

rari, quoniam Doctrinæ eum Christianæ, in illa pariter atq; Vicina Dania, fuisse Præconem, & in Sacra hac Peregrinatione a Suenone Estrithio, Daniæ Rege, aliisq; Indigenis, magnã Historiæ suæ Partem accepisse, ex eadem haud obscure colligitur. Cœtera se ex Schedulis palantibus, Veterum Monumentis, Imperatorum & Pontificium Romanorum Privilegiis, ac Seniorũ Sermonibus didicisse, *nihilq; de suo Corde propalasse, nihil temere definisse, sed omnia certis roborasse testimoniis*, non ingenue magis, quam vere, *in Epistola ad Liemarum*, profitetur.

III. *Historia* hæc ejus *Ecclesiastica*, cui Libellum *de Situ Regionum Borealium*, supra (15.) a nobis commendatum, attexuit, ἀνώνυμ@ olim fuit, & Aimoino a M. Barthol Cypræo Slesvicensi falso attributa. (16.) Vero eam Autori, Helmoldi, hunc allegantis, Indicio, restituit, primusque ex Cod. Biblioth. Sörensis Membranaceo, Haraldi Huitfeldii & Nicol. Kaasii, Regni Danici Cancellariorum, hortatu, a se emendatam, ac Notis ad loca obscuriora illustratam, Hafniæ A. 1579. (17.) publicavit ANDR. SEVERINI VELLEJus, Friderici II. Regis Historiographus, & Canonicus atque Ecclesiastes Ripensis, quem Historiæ ipsius Autorem esse, Joh. Chr. Becmannus (18.) falso arbitratur, Hunc secutus

(15.) *Cap. I. §. 3.* (16.) *V. Velleji Præfat. suæ Editionis.* (17.) *in 4to.* (18.) *in Catal. Biblioth. Francof. p. 459.*

cutus ERPOLDUS LINDEBROGIUS, Canonicus Hamburgensis, locupletiorem illam, & Variis Lectionibus auctam, ex Henr. Ranzovii MSto (quod Alb. Krantzium olim habuerat Possessorem), cum Editione Hafniensi collato seorsim initio Lugduni Bat. A. 1595 (19), deinde autem, primo inter cœteros *Rerum Septentrionalium Scriptores* loco (20), Francofurti A. 1609 (21) divulgavit, sed admodum vitiose, uti Thom. Bartholinus Jun. (22), collato Cod. MS., observavit. Quarta, & omnium novissima, est Editio Helmstadiensis, quam, nova Diplomatum XXIV, Adamum illustrantium, Appendice, Ebonisque, Rhemensium Præsulis, *Apologia*, & *ad Gentes Septentrionales Legatione*, Variis item Lectionibus adauctam, ac A. 1670 (23) excusam, Doctissimo Ludi Literarii Scheningensis Rectori, JOH. JOACH. MADERO, debemus. Ex MStis illius Codicibus, præter Soranum, quem Vellejus, & Ranzovianum, quem Lindebrogius est secutus, mihi nuper, ex Opere *de Causis Mortis à Danis Gentilibus contemptæ* Bartholiniano (24), innotuit Membranaceus Bibliothecæ Hafniensis Academicæ, isque Vetustissimus, & titulo hoc à vulgari diverso: *Gesta Pontificum Ecclesiæ Bremensis*, insignitus, ex cujus collatione cum Editis, omnes Editiones innumeris & magni ponderis nævis scatere, Eruditissimus Bartholinus

(19) *in 4to.* (20) *pag. 1-77.* (21) *in fol.* (22) *loco num. 64. allegando.* (23) *in 4to.* (24) *Lib. 2. c. 1. p. 215.*

nus deprehendit. Libri I. Versionem Germanicam olim vidisse recordor, inter MSta Bibliothecæ Hamburgensis Lindebrogiana. *Scholiorum*, quæ omnibus accesserunt Editionibus, Antiquorum Autorem Anonymum Adalberti, Archiep. Bremensis, temporibus vixisse ipsique Adamo fuisse coævum, ac Ecclesiæ Bremensis Clericum, Lectio eorundem liquido ostendit.

IV. Permagna est Adami apud Eruditos, in rebus imprimis istius, quo vixit, Seculi, Autoritas. *Stylum* ejus (pro seculi illius genio) *disertissimum* ex Antiquis ipse Helmoldus (25) commendat. Cæsari Baronio (26) *Scriptor* audit *vetustus, paucis notus, qui res suæ Ecclesiæ perquam accurate fideliterque scripsit, Chronographus* item *sincerus, quo neminem legerit, cujus magis candor veritatis eluceat, quive magnum duxit Sacrilegium in cujuscunque rei tractatione mentiri.* Eadem de ipso Sententia fuit Bernhardi Mallincrotii, qui (27) *Scriptorem Egregium, & ipsi Schafnaburgensi conferendum;* Idem Judicium Dn. Schurtzfleischii, qui (28) *Exploratissimæ Virum Industriæ, & magnæ apud nos Autoritatis*, appellat. Conringio tamen fidem ejus circa tempora, ipsius ævo antiquiora, esse suspectam, ex hisce *Censuræ Diplomatis*

(25) *l. 1. Chron. Slav. c. 14. p. m. 43.* (26) *Tomo IX. Annal. Eccles., ad A. 826, num. 41. p. 821; T. X, ad A. 980. p. 859; & T. XI. ad A. 1067. num. 18. 19.* (27) *in Tr. de Archi-Cancellariis S. R. I. p. 196.* (28) *in Origg. Pomeranicis, in Notis ad Th. 1.*

matis Ludoviciani (29) verbis intelliges: *Bonus Adamus accurati Historici laudem non meretur: Locuples nempe est testis sui ævi, non autem Vetustioris, idque ex Imperitia.* ὁμόψηφΘ· Conringio Cl. Maderus (30) *nonnunquam* eum, *Seniorum Autoritati plus æquo inhærendo, à scopo* monet *aberrasse, atque cum iisdem errare, quam in rerum veritatem diligentius inquirere maluisse.* Eginhardum, & alios Veteres, subinde, uti Schurtzfleischius (31) & Frid. Besselius (32) notarunt, ab eo describi, non diffitemur. Sed seculi istud est vitium, plerisque Medii Ævi Scriptoribus familiare (33); idemque sibi Juris in ejus vicissim Labores vindicarunt Helmoldus, Albertus Stadensis, Krantzius, aliique ætate ipso Inferiores, de quibus non multo post dicemus. Ant. Possevino (34), *ne Hæretici aliquid labis, ut solent, Editioni ejus aspersérint,* metuenti; luculentum Card. Baronii locum (35) opponimus, quo Scriptum hoc Adami, ceu Illustre Religionis Catholicæ Monumentum & Præsidium, Septentrioni nostro, ingenti cum Zelo, commendat: *Stet,* inquit, *in Ecclesia Liber iste, speculum velut, in quo Boreales Novatores, qui ediderunt illum, suas Deformitates horrendas agnoscant, dum ex ea Historia, qua vera*

(29) *cap. 7. p. 111.* (30) *in Prolegomenis suæ Editionis.* (31) *in Diss. de Witekindo p. 30.* (32) *in Notis ad Eginhardi Vitam Caroli p. 36.* (33) V. Jac. Thomasii *Tr. de Plagio Literario, §. 190-199.* (34) *Tomo II. Appar. Sacri p. 379.* (35) *Tomo XI. Annal. Eccles., ad A. 1067, num. 18. 19.*

vera sit Christi Ecclesia Catholica, *aperte videant*; *qualesque exstiterint Fundatores atque Propugnatores ejusdem Ecclesiæ Aquilonaris*, *intelligant*, *quam insuper ab ipsis dispares*, *dissimiles*, *imo & omnino contrarii*, *perspicua luce cognoscant. Det Deus illis lumen ad Pœnitentiam*, *& Gratiam ad Salutem*!

V. Seculo post Adamum proximo, sive XII, imperante Friderico Barbarossa, floruit, Annoque ejusdem LXX; uti Recentiores nonnulli (36) tradiderunt, vivis est exemptus HELMOLDUS, quem Ant. Verdierius (37) *Hermeldum* contra Codd. Vett. consensum appellat, Autorque *Chronici Saxonum* Vernaculi, Moguntiæ excusi, cum *Helinando* Gallo, Michael autem Neander (38) & Mart. Mylius (39) cum *Ludovico Helmboldo*, Parocho Civitatis Mülhusiensis Lutherano, absurde confundunt: Ad Dignitatem, qua functus est, Ecclesiasticam quod attinet, Presbyter fuit Ecclesiæ Ruralis Bosoviensis (40), Lacui Plönensi conterminæ, neutiquam autem vel Episcopus Ratzeburgensis (qui Centuriatorum Magdeburg. (41) est Error), vel Canonicus But-

(36) Henr. Bangertus *in præf. sua Edit.*, Joh. Hallervordius *in Biblioth. Curiosa p. 121*, *& in Spicil. de Hist. Lat. p. 85*, Chr. Hartknochius *in Diss. de Originibus Prussicis*, §. 18. (37) *in Supplem. Biblioth. Gesneriana p. 23.* (38) *in Descript. Orbis Terr. p. 228*, *& Catalogo Autorum eidem præfixo.* (39) *in Chronol. Scriptorum Phil. Melanchtonis*, *ad A. 1556.* (40) De pago hoc V. Bangerti *Notas ad Helmoldi l. 1. c. 14*, *p. 44. 45.* (41) *Cent. XII.*

Butſonienſis, qui Titulus ipſi a Bellarmino (42), Jac. Gaulterio (43), Joh. Gerhardo (44), Guilh. Cavio (45), & J. Gotfr. Oleario (46) tribuitur. Geroldo, Primo Lubecenſium Epiſcopo, admodum fuit familiaris, Comesque illius, cum Wagris Doctrinam Evangelii inculcaret, ac Lucum Deaſtri illorum *Prove* incenderet, individuus, tandemque Exceſſus ejusdem ex hac Vita, in ipſa Villa Boſovienſi, A. 1164 Spectator (47). Hujus Hortatu (48) *Chronicon Slavorum*, ab Ævo Carolino, ad Friderici I. ſive Ænobarbi tempora, Annumque 1168, deductum, ac Libris II. comprehenſum, adornavit, Eccleſiæque Lubecenſis Canonicis inſcripſit. In iſto licet Scopus ejus præcipuus fuerit, Gentis Venedorum ſive Slavorum, quæ, præter Wagriam noſtram, Ducatum etiam Megapolitanum, Pomeriam, Luſatiam, aliasque Regiones vicinas, tenebat, Rerum Geſtarum, ac Difficillimæ ad Fidem Chriſtianam Converſionis Hiſtoriam perſequi, multa tamen etiam eidem intexuit, quæ Hiſtoriam Danicam, Saxonicam atque Holſaticam propius attingunt, & luce haud exigua perfundunt.

(42) *in Lib. de Script. Eccl., Sec. XII, p. 239.* (43) *in Tab. Chronograph. p. 654.* (44) *in Patrol. p. 583.* (45) *in Tabb. Script. Eccleſ., Sec. XII.* (46) *in Abaco Patrol. p. 200. 201.* (47) *V. Lib. 1. Chronici Slavorum, cap. 82. 83. & 94.* (48) *V. Proamion Chronici.*

VI. Prima Chronici hujus, & priorum Capitum Continuationis ejusdem, ab Arnoldo Lubecensi conscripta, Editio, ex Codice MSto, sed mutilo, Francofurti A. 1556. (49), cum Summariis, Notisque adversus Pontificios Marginalibus, & Phil. Melanchtonis Præfatione, est publicata à SIGISM. SCHORCKELIO, ac 17. post Annis (A. 1573) ibidem iterata. Bassæus, Bolduanus & Draudius, qui Anno præcedente 1572. Editionem hanc Schorckelianam, in eadem Civitate, in forma, quam vocant, *Decima Sexta* recusam esse testantur, fidem hactenus apud me invenire nondum potuerunt. Schorckelianæ successit, & palmam facile extorsit Reinecciana, Francofurti itidem A. 1581. (50) excusa ac à REINERO REINECCIO, Westphalo Historico Academiæ Juliæ Celeberrimo, ope 2. Codd. MSS. Reip. Lubecensis & Christ. Distelmeieri, Consil. Brandeburgici, ista & Emendatior, &, adjecto toto, si 4. ultima excipias Capita, Arnoldi *Supplemento*, longe plenior reddita. Accessit illi Tergemina Reineccii Appendix *communibus Gentium Germanicarũ & Henetarum Appellationibus*, *Billingorum Familia*, *& Stirpis Estensis Genealogia* una cum Henrici IV. Imp. & Gregorii VII, Pontificis Romani, vitæ Historia. Defectum 4 Ultimorum in Libro *Supplementi* Arnoldini Septimo Capitum, qui Reineccianam hanc Editionem deformabat, A. 1690, in

(49) *in 4to.* (50) *in fol.*

(49)

in suo Scriptorum Historiæ Septentrionalis Syntagmate, Francofurti impresso (51), resarsit Erpoldus Lindebrogius, Canonicus Hamburgensis; & post hunc Henr. Meibomius Lemgoviensis, Hist. in Acad. Julia PP., qui eadem capita, ex MSto Ranzoviano emendata, A. 1624. suæ *pro Ottone IV. Imperatore Apologiæ* (52) subjunxit, unde postmodum in Syntagma *Opusculorum* ejus *Historicorum* à Nepote cognomine A. 1660. sunt translata Novissima, omniumq; & accuratissima, & Elegantissima, quæ Lubecæ A. 1659. (53) prodiit, Helmoldi, & Continuatoris ejus Arnoldi, Editio non Bangio (54) debetur, sed HENRICO BANGERTO, Sûdecca Waldeccensi, *Polyhistori*, Schurtzfleischio (55) judice, *industrio atque Doctissimo*, in Lubecensi, cujus Scholæ præerat, Civitate A. 1665. defuncto. In hac Vir Ἱστορικώτατος 1. Textum Editionis Reineccianæ ex MStis (Lubecensi, Ranzoviano, Stettinensi ac Bôckeliano) passim emendavit, & Lacunas ejusdem supplevit. 2. Quatuor ultima Arnoldi Capita, quæ in eadem desiderabantur, loco suo restituit; 3. singula Capita Paragraphis atque Numeris distinxit, iisdemque Argumenta, cum Indicio Annorum, quibus pleraque contigerunt, Chronolo-

 gico

(51) *in fol. pag. 274-278.* (52) *Helmstadii in 4to. excusa.* (53) *in 4to.* (54) qui error est J. H. Boecleri *in Lib. de Scr. Gr. & Lat. p. 99.* (55) *in Diss. de Rebus Slavicis §. 6. p. 8.*

gico, Instituto Utilissimo, præmisit; 4. Notas adjecit Philologico-Historicas, longe doctissimas, & satis copiosas; totique tandem Libro 5. Variarum Lectionum, ex IV. MStis collectarum, Catalogum & Indicem egregium subjunxit. Mihi certe Editio hæc Exasciatissima ita arridet, ut non dubitem eam, ceu Exemplar luculentum, omnibus Scriptores Ævi Sequioris Historicos, qua par est, Industria illustraturis commendare, ac Editori, cum Joh. Strauchio, JCto Germaniæ πολυμαθεστάτῳ, his verbis applaudere (56): *In Helmoldo non solum Industriam, sed & Eruditionem, adeo omnibus Antiquitatum, imprimis Germaniæ, Studiosis, doctisque Viris, probasti, ut vel hic unus te ab oblivione vindicare possit, certe multa memoriæ tuæ secula sit propagaturus.* Inter MStos, qui supersunt, Operis Helmoldino-Arnoldini Codices præcipuus facile est Lubecensis, qui & Reineccio, & Bangerto, Editiones suas molientibus, insigni fuit adjumento, ac ab illo plerumque, quod And. Pouchenius, Superint. Lubecensis, eum ex Biblioth. Publica sibi suppeditasset, *Pouchenianus* appellatur. Succedunt huic Stettinensis, Ranzovianus, & Membranaceus Mart. Böckelii, Aulæ olim Holsato-Gottorpiensis Cancellarii, quibus Bangertus usum se fatetur, ac, quem Reineccius allegat, sed mutilum esse queritur,

Di-

(56) V. Strauchii *Epist. ad Bangertum, hujus Commentario de Vita Ant. Coleri præfixam.*

Distelmeierianus. Arnoldi *Supplementum* in Illustri etiam Biblioth. Gottorpiensi MStum asservari, nuper didici ex Ineditorum ejusdem Codicum Catalogo, quem Præfecti istius Celeberrimi, J. Nic. Pechlini, Viri, ob raram omnium pene Literarum, & Severiorum, & Amœniorum, peritiam, Elogio Βιβλιοθήκης ἐμψύχου Eunapiano dignissimi, beneficio Slesvigæ inspicere mihi licuit. Germanicam utriusque Autoris Versionem A. 1657. (57) promisit PETRUS quidam EGGIUS, patria, ni fallor, Lubecensis.

VII. Industriam & Φιλαλήθειαν Helmoldi, quo par est, pretio Homines Eruditi æstimant, Continuatori ejus Arnoldo ὁμοψήφοι, qui (58) *Virum illum Sagacis Ingenii, potentem in verbis, notiorem in Positionibus, ac facundi insuper Sermonis*, haud immerito, si Seculi, quo vixit, faciem contempleris, appellavit. *Diligentissimus Temporum suorum scriptor* audit Alb. Krantzio (59), *Autor rudis quidem styli, sed magnæ fidei ac diligentiæ*, J. H Bœclero (60), *Historicus de Gentibus Trans-Albingicis bene meritus* Casp. Sagittario (61), &, ut alios omnes prætercam, Schurtzfleischio, Accurato Veterum Censori, *scriptor Præclarus & Diligens* (62), *cui neque fides, Autoritas,*

(57) *in Catal. Nund. Vern. Lips. p. 36.* (58) *in præf. Supplementi.* (59) *l. 5. Vandal. c. 8.* (60) *in Bibliogr. Curiosa p. H. 4. b.* (61) *in Diss. de præcipuis R. Germ. Scriptoribus p. 7.* (62) *in Programm. Historico, A. 1676. edito, p. 10.*

ritas, potest derogari (63), *cuive, quicquid sive ad patriam, sive ad Origines pertinet Slavorum, debet Posteritas* (64). Quæ obelo nonulli in ipso notant, partim levicula sunt, partim vero Ævo, quo vixit, infelici condonanda. Accurationis Notionum Civilium Neglectus, & Dictionum, quibus summæ potestates denotantur, Abusus, à Schurtzfleischio (65) reprehensus, in Sacri Ordinis Homine, à πολυπραγμοσύνης labe immuni, facilem meretur Excusationem. Adami eum Bremensis verbis, tanquam suis, nomine illius dissimulato, sæpius uti (66) non diffiteor, sed ipsius Adami, ejusdem Culpæ, uti paulo ante ostensum, rei, exemplo defendi posse, ac ab Alberto Stadensi, *Chronici Slavici* Autore, Herm. Lerbecio, Herm. Cornero & Alb. Krantzio, qui multas ejus Narrationes, vix vocula ulla mutata, in sua transtulerunt Monumenta, eadem vicissim passum esse, cum Bangerto aliisque moneo. Discriminis inter Vandalos ac Venedos Neglectum, cujus supra (67) facta est mentio, Ævi, quo floruit, caligini, & in Historicis Negligentiæ, imputamus. Reineccium denique

(63) *V. Diss. de Rebus Mecclenburg. p. 3.* (64) *V. Res ejus Prussicas* §. 6. (65) *in Diss. de Rebus Prussorum p. 7. & 16.* (66) Ante me id observarunt Henr. Meibomius Sen. *in Vindiciis Billinganis p. m. 107*, Conringius *in Diss. de Urbibus Germ.* §. 86, Schurtzfleischius *in Diss. de Rebus Slavicis p. 5.*, & Maderus *in præfat. Hist. Eccl. M. Adami.* (67) Cap. III. §. 7.

que, qui (68) in Historiæ Henrici Leonis Recensu Partium studio eum laborare, & in Principem hunc Iniquiorem esse, contendit, à Partium studio itidem haud esse immunem, & in Gratiam Posterorum Henrici Leonis, sub quorum degebat Imperio, Censura hac Helmoldum onerasse, non desunt, qui suspicentur.

VIII. Helmoldi *Chronicon Slavorum* in *Derelictorum illius supplemento*, Libris VI. comprehenso, ab A. 1171, sive Temporibus Friderici Barbarossæ, ad A. 1209, sive Tempora Ottonis IV. Imperatoris, continuavit, Opusque hoc suum PHILIPPO, Episc. Ratzeburgensi, inscripsit ARNOLDUS, ex Monacho Ord. Benedictini, ac Cœnobii Ægidiani Brunsvicensis, Abbas Monasterii in vicinia Civitatis Lubecensis Johannæi, qui Seculo XIII. ineunte inclaruit. Præpositi etiam Hildesiensis Titulo eum, antequam Lubecam est delatus, fuisse conspicuum, liquido ostendit Conradi II. Episcopi olim Lubecensis, & deinde Herbipolensis, Epistola Nugacissima *de statu Apuliæ, Operibusq; & Artibus Virgilii*, Anno circiter 1196. ad ipsum exarata, quæ *Libro Supplementi IVto* est inserta (69), iisque scatet Narrationum, sive Fabularum potius Anilium, Portentis, quæ

Nec pueri credant, nisi qui nondum ære lavantur.

Miror

(68) *in præf. suæ Edit.* (69) *Cap. 19. p. m. 412-418.*

træus. Operis hujus Affecti Prodromus, ſola Epiſcoporum nomina, cum Annis Electionis atque Obitus, enumerans, & ſeorſim A. 1582 (164) eſt impreſſus, & *Continuationi Saxoniæ ac Vandaliæ* A. 1586, adjunctus, hoc Titulo: *Proœmium Metropolis, ſeu Succesſionis Epiſcoporum, in Eccleſiis Saxoniæ & Vandaliæ Veteris Cathedralibus XX, ab A. C.* 1500, *ubi Krantzius deſiit, ad noſtram usque ætatem deducta: Liber ſingularis.* Cœterum aliquot, uti ab Hamelmanno eſt obſervatum, Epiſcopos Paderbornenſes, Monaſterienſes, Oſnabrugenſes & Mindenſes, Krantzii Diligentiam effugiſſe (165), Errores item nonnullos, Virgulam Gerhardi Cleinſcorgis, Scriptoris Hiſtoriæ Weſtphalorum Eccleſiaſtæ Vernaculi, Cenſoriam meritos (166), ab eo in Ævi Anterioris Caligine, & Argumento tot Difficultatibus implicito, eſſe commiſſos, haud inviti fatemur, & Autorem hujus Infelicitatis ſuæ facilem ab Æquis rerum Judicibus Veniam impetraturum ſperamus.

XXIV. Præter Hiſtorica hæc, alia etiam Krantzius reliquit Ingenii ſui Monumenta, partim Edita, partim Inedita, quæ, cum omnibus fere Autoribus Bibliothecariis videam eſſe ignota, ὡς ἐν παρόδῳ breviter recenſebo. Theologici

(164) *in 4to.* (165) *V. P. I. Chron. Oldenb. c. 22. p. 72*; quem locum allegat Zeilerus *in Recenſu Hiſtoricorum, P. I, p.* 31. (166) V. Heur. Meibomii Jun. *Introduct. ad Hiſt. Saxon. Infer. p.* 73.

logici Argumenti sunt: 1. *Spirantissimum Opusculum in Officium Missæ, in optimum Ordinem, pro sancta & suavi Sacerdotum Ecclesiæ Institutione digestum*, ac à M. Bartholdo Mollero (Theologiæ postmodum Doctore, & in Basilica Patria Lectore) editum Rostochii A. 1506. in 4to (167); 2. *Ordo Missæ, secundum Ritum Ecclesiæ Hamburgensis ab eo castigatus*: Argent. 1509. in fol. JCtis inserviet *Consilium de Ordine & Privilegiis Creditorum in Bonis suorum Debitorum*, à Laur. Kirchovio *Tomo IV. Responsorum Juris, per JCtos Germaniæ conscriptorum*, Francofurti A. 1572. (168) excuso, insertum. Doctrinam Lycæi Aristotelici Philosophicam illustrant *Institutiones Logicæ, Compendiosæ admodum, paritérq; Absolutissimæ, nec minus Latinæ*, Lipsiæ à Wolfgango Monacensi A. 1517. in 4to excusæ; *Libri* item *IV. Philosophiæ Naturalis, Expositio in Libros Aristotelis de Anima, & Quæstiones in Libros ejusdem Ethicos, Metaphysicos, Meteorologicos, de Cœlo, de Mundo, Parvaque Naturalia*; quæ omnia Inedita in Bibliotheca Almæ Academiæ Lipsiensis Paulina superesse, Clariss. Felleri *Catalogus MStorum illius* (169) me edocuit. Ad forum denique Grammatico-Philologicum spectant *Grammatica* ejus *Culta & Succincta*, à Barth. Mollero Rostochii

(167) Pro A. 1506. Annum 1605. male substituunt Aub. Miræus *P. I. Biblioth. Eccles. p.* 278, &, qui fidem hujus sequuntur, Phil. Labbeus *in Diss. de Script. Eccles., T. I. p.* 25, ac Joh. Gotfr. Olearius *in Abaco Patrol. p.* 15.
(168) *in fol.* (169) *p.* 355. 356. 389.

chii A. 1506. (170) publicata, ac versus, quos ab illo scriptos esse Joach Mollerus in *præfat. Metropoleos* testatur. Falso contra ei affinguntur à Ludovico Jacob à S. Carolo, Carmelita (allegatione Catalogi Pontificum, Metropoli inserti, decepto) (171), *Tractatus de Romanis Pontificibus, & præsertim de Victore II, alias Episcopo Eystettensi*; à Jos. Simlero & J. Jac. Frisio (172) *Vita Ansgarii* (quam Vossius (173) à Jac. Drieschio, Gulielmitarum Brugensium Rectore, scriptam, & ipsi dedicatam esse testatur), ac tandem à Joh. Ad. Scherzero, Theol. Lipsiensi (174), *Scriptum de Imperii Romani Interitu.*

XXV. Ad Opera Krantzii Historica jam revertimur, quæ Insignem ei Famam, summamque apud Eruditos quoslibet laudem & Existimationem conciliarunt. Ex Italis, Promachisque Eecclesiæ Romanæ Purpuratis, Paulus Jovius (175) *Scriptorem* eum *Facundissimum, & Famæ Celebris*, Rob. Bellarminus (176) *Historicum Veracem, Virum* item *in Historiis conscribendis admodum diligentem*, Joh Bona (177) *Historicum Regionum Septentrionalium diligentem*, salutant. Ex Gallis

(170) *in 4to.* (171) *P. II. Biblioth. Pontificia p. 243.* (172) *in Continuatione Biblioth. Univers. Gesneriana.* (173) *Lib. 3. de Hist. Lat. c. 10. p. 647.* (174) in der Deduction wieder Joh: Schefleri Türcken-Schrifft / *p. 128.* (175) *in Epilogo Elogiorum,* (176) *Lib. 2. de Effectu Sacram. c. 18, Lib. 1. de Translat. Imperii Germ. contra Flacium c. 4, & in Lib. de Script. Eccles. p. m. 304.* (177) *in Catalogo Autorum, Operi de Psalmodia Divina præfixo.*

lis Jos. Scaliger, Patriæ Phœnix, hoc de illo Judicium Familiaribus suis inculcavit (178): *Krantzius a bien escrit; il est bon; il a bien fait.* Ex Belgis Gerhardo Geldenhaurio *Unus fere ille semper, præ aliis, visus est Historici nomine dignus, quippe quem sui temporis Res gestas vere, libere, & ad Posteritatis utilitatem scripsisse apparet* (179); Mart. autem Schookio (180) *Vir* audit, *si quis alius, optime de Historia Saxonica meritus, qui Fabulis à Veris Historiis Sagaci, quo pollebat, Judicio discretis, quicquid memoria dignum videbatur, quam accuratiisime annotavit.* Ex Danis Joh. Is. Pontanus (181) *haud proletarii Judii Scriptorem,* ex Suecis Olaus Magnus (182) *Historicum Germanorum Insignem*, appellat. Inter Germanos ipsos, Seculo superioris Davidi Chytræo (183) *Vir* audivit *optime de Gentibus Saxonicis & Regnis Arctois meritus*; Henr. Ranzovio (184) *Diligens & Curiosus Historiæ Scriptor*; Joh. Wolfio (185) *Vir & Vita, & Fide, & Religione Gravissimus, ac Excellentis Industriæ*; Nicolao deniq; Cisnero (186) *Vir Excellentis Ingenii, incredibilis Di-*

(178) *V. Altera Scaligeriana p.* III. 134. (179) Verba hæc Geldenhaurii, ex *Præfat. ad Germaniæ Illustratæ Scriptores*, allegat Vossius *l. c.* (180) *in Fabula Hamelensi, P. III. c. 1. p. 183.* (181) *in Originibus Francicis p.* 137. (182) *apud Zeilerum in Recensu Historicorum, P. I. p.* 30. (183) *P. I. Chron. Sax. p.* 8. (184) *Lib. 1. Historiæ Belli Dithmarsici, sub Christ. Cilicii nomine editæ.* (185) *in Præfat. Chronici Regnorum Aquilonarium.* (186) *in Præfat. Saxoniæ Krantzii.*

Diligentiæ, *&* *Inexhausti laboris*, *qui, si, vel cum coævis eum, vel cum superioribus, qui in eadem materia laborarunt, contuleris, primas tenet, seu Orationis formam, seu Rerum Tractationem, seu fidem spectaverimus*. Nec hoc Seculo in Germania Candidi Meritorum ejus Præcones defuerunt. Quos inter Herm. Conringius (187) *Virum magni Judicii*, *Scriptorem Rerum Saxonicarum Luculentissimum, simulque prudentia & pietate Eximium*, J. H. Bœclerus (*188*). *Præcipuum inter Rerum Septentrionalium Historicos*, Pet. Lambecius (189) *Scriptorem Diligentem & Fidelem*, *Præclarum superioris Seculi & Patriæ suæ Lumen*, *Autorem* item *Doctissimum*, *& in his*, *quæ de suorum Temporum rebus scripsit*, *probatissimum*, Er. Mauritius (190) *Scriptorem accuratum*., Henr. Meibomius Jun. (191) *Virum Doctissimum*, *magni & excellentis Ingenii*, *Judicii accurati*, *atque Memoriæ tenacissimæ*, *cujus opera non satis potest laudari*, eum nominantes, Sibyllina, ut cum Juvenali loquar, nobis folia Judices Incorruptissimi, recitant. Possem ex Eruditorum Cœtu plurimos adducere Testes alios, his ὁμοψήφους, summam Krantzii Doctrinam, πλυαναγνωσίαν, in Judicando

(187) *in Tr. de Orig. Juris Germ. c. 13. p. 32*, *& Diss. III. de Antiqq. Acad. p.* 84. 85. (188) *in Comm. Grotiano, quem allegat Franc. Irenicus in Ind. Autorum, Collegio ad Burgoldensem adjecto.* (189) *in Præfat. Origg. Hamb.*, *& in ipsis Origg. p.* 4. 40. 41. (190) *in Diss. de Judicio Rohtwilensi* §. 4. (191) *in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p.* 72. 73. 104. 105.

cando ἀκρίβειαν, fidem atque Ingenuitatem certatim admiratos, nisi Brevitatis studio *Cimbria* eos *Literatæ* reservare consultius videretur.

XXVI. Ipsi Theologi Protestantium Cordatiores scriptoris hujus, licet Pontificii, atque adeo ἀλλοφύλε, Lectionem sibi habent commendatissimam, & Arma ex illo depromunt, quibus adversus Ecclesiæ Romanæ Hyperaspistas haud infeliciter κατ' ἄνθρωπον depugnatur, Invectivas scilicet in Vitia non Monachorum solum ac Canonicorum, sed & Episcoporum atque Pontificum, παῤῥησιαστικάς, crebrasque de statu Ecclesiæ & Aulæ Pontificiæ corruptissimo querelas. Quas uti à Matth. Flacio in *Catalogo Testium Veritatis* miror omissas, ita à Joh. Wolfio (192), Joh. Conr. Dieterico (193), aliisque Recentioribus, satis diligenter video esse congestas. Observationes etiam, quas Wechelianis Operum Krantzii Editionibus accessisse diximus, Marginales loca ejusmodi studiose notarunt; obelo vicissim hanc ob causam notatæ, & Impietatis insimulatæ, à Rob. Bellarmino (194), Jol. Bona (195) & Aub. Miræo (196), qui Textum etiam ipsum ab Hæreticis esse vitiatum affirmare non erubescit.

XXVII.

(192) *Centenario XV. Lect. Memorab.* p. 963-977. (193) *in Breviario Pontificum.* (194) *in Lib. de Script. Eccles.* p. 304. (195) *V. num.* 177. (196) *P. I. Biblioth. Eccl.* p. 178.

XXVII. Non potuere tamen, ne quid dissimulem, tot Scriptorum Gravissimorum Elogia, & Honorifica de Krantzio Judicia, immunem eum præstare ab Asperioribus aliorum Hominum Eruditorum Censuris, & vanissimis Obtrectatorum calumniis atque suspicionibus. Quorum tanta se offert Copia, ut dubitem, an quisquam sequioris ævi Scriptorum haec in parte illo fueris infelicior. Invenias certe, qui ea, quæ in aliis Vetustioribus studiose ipsi excusant, & Temporum infelicitati recte monent esse condonanda, in Krantzio acerbe insectantur, & Canina pene maledicentia Viri Optimi famam lacerant. Bruta *Indicum Expurgatoriorum*, Romani (197) & Hispanici (198), Fulmina non moramur. Horum enim Afflatu Scriptores Egregios non syderari, sed magis potius illustrari, à Pontificiis Moderatioribus, & hos inter *Ephemeridum Gallicarum* Autoribus, dudum sumus edocti. Nec indignamur Viris Eruditis, qui in Fallaces Nostri de Gentium Originibus, densissimæ involutis caligini, conjecturas, cum Cisnero (199) in Cacoethes ejus Veterum Loca perperam allegandi, & subinde interpolandi, cum And. Vellejo (200) Henr. Mei-

(197) *p. m. 31.* (198) Madritensis scilicet, ab Ant. Sotomajore, Inquisitore Generali, A. 1667. publicati, *p.* 30-36. (199) *in Præfat. Saxonia Krantziana*, (200) *in Præfat. suæ Edit. Hist. Eccl. Mag. Adami.*

Meibomio Seniore (201), Sagittario (202) &
Schurtzfleischio (203), in alios item Errores, i
Monumentis ipsius non raro obvios, cun
Meibomio utroque (204), Dancvvertho (205
& Sagittario (206), modeste animadvertunt
Lubentes etiam sententiæ Lambecii (207) &
Meibomiorum (208) accedimus, qui Anti
quiorum Temporum Historiam ex Fontibu
ipsis, sive Cronographis Vetustioribus, quam
ex Rivis Krantzianis, inde derivatis, hanc ob
causam malunt hauriri. Solenne præterea e
esse fatemur, Eginhardum, Witekindum,
Herm. Contractum, Adamum, Helmoldum,
Arnoldum, Saxonem, Albertum Stadensem,
Gobelinum, Blondum, Cornerum, aliosque
veteres, de verbo ad verbum exscribere, ac non
Periodos solum, sed & paginas atque Capita
integra, in sua inde scripta, nulla plerumque
Autoris mentione adjecta, transferre. Observatum id nobis in Accuratiori Narrationum de iisdem Rebus Collatione: Observatum & ante nos Vellejo, Reineccio, Meibomiorum

(201) *in Apol. pro Ottone IV. Imp. p.* 9. 29. (202) *in Origg. Ducum Brunsvic.* §. 118. (203) *in Diss. de Witekindo M. p.* 13. (204) V. Henr. Meibomii Sen. *Dedicat. Aureæ Bullæ Andronici*. & Henr. Meibomii Jun. *Introd. ad Hist. Sax. Infer. p.* 72. 73. (205) *in Dedicat. Chorogr. Cimbricæ.* (206) *in Hist. Bardovic. c.* 4. §. 22. (207) *in Origg. Hamb. p.* 41. (208) V. Henr. Meibomii Sen. *Opusc. Historica p.* 5. & 439, Junioris autem *Introductionem modo allegatam, p.* 72. 73. 104. 105.

miorum Trigæ, Vossio, Malincrotio, Conringio, Bangerto, Sagittario, Schurtzfleischio, Madero, quorum Testimoniis Lectores meos nolo obruere. Si quis tamen, hoc prætextu, *Magni* eum *Plagiarii* Convitio, cum Bernh. Mallincrotio (209), ob Invectivas in Ordinis Ecclesiastici Vitia illi iniquiore, proſciderit, aut Viri Boni nomine indignum cum Herm. Hamelmanno (210) censuerit, Censuræ isti præcipitis (cujus nostrum Christoph Brovverus Jesuita (211) insimulat) dicam Jure mihi videor posse impingere. Quis enim, in Ævi sequioris Scholasticis atque Historicis paulo versatior, ignorat conspiratum ab iis tacito consensu fuisse in *communionem summi Gradus Literariam*, cujus Beneficio cuilibet *spicas arvi alieni, Domino non invito, vellere, &, quoties allubesceret, alterius verbis, tanquam suis, uti*, prout recte Thomasius (212) observavit, erat integrum. Sumpserunt sibi, morem hunc Seculi, quo vivebant, secuti, potestatem istam in Labores alienos plerique Antiquiores, quos Capite hoc enumeravimus, Chersonesi nostræ Historici. Sumpsit illorum exemplo & Krantzius, qui, cum sub finem Barbaræ istius, qua Communio hæc vigebat, ætatis, ante Epocham Literaturæ Elegantioris in Cimbriam

H

(209) *in Tr. de Archi-Cancellariis Imperii p. 217, & in Indice, Lit. K.* (210) *Lib. 1. de Familiis Saxoniæ Emortuis.* (211) *apud Mallincrotium l. c.* (212) *V. Diss. de Plagio Literario, §. 188--199.*

briam invectæ, fioruerit, eodem, quo Antecessores & Coætanei, merito fruetur Privilegio nec Legibus Reip. Literariæ, quibus sublata est ista Communio, modernis censeri debet obnoxius.

XXVIII. His autem Krantzio longe sunt iniquiores, & in famam ejus magis injurii, quotquot Partium studio abreptum Veritati, in Rerum Gestarum Narratione, vim intulisse, & gratiæ atque odio plus Justo indulsisse, criminantur. Agmen horum ducit Suffridus Petri, Historicus, sive Fabulator potius omnium ineptissimus, qui, cum sibi Leges Historicæ Scriptionis fere universas negligere putarit integrum, in aliorum tamen Vitiis, Aquilæ aut Serpentis Epidaurii instar, perquam vidit acutum, & Krantzium ob invidiam & Malevolentiam acerbe objurgare non est veritus. Sed nullo ille alio Responso, me Judice, dignus, quam ἐμμέτρῳ isto Satyrici Romani:

Loripedem Rectus derideat, Æthiopem Albus?
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis Cælum terræ non misceat, ac mare Cælo,
Si fur displiceat Verri, ac Homicida Miloni,
Clodius accuset moechos, Catilina Cethegum?

Patrocinatus tamen est Nostro, contra Pseudo Historicum hunc Frisium, Henr. Meibomius Senior (213), & neutro horum vitiorum (Malevolen-

(213) *In Dedicat Aurea Bulla Andronici Imp.*

volentia ſc. aut Invidia) laboraſſe, non vere minus, quam confidenter, aſſeveravit. Cujus Confidentiæ utinam memor fuiſſet Vir Doctiſſimus eo tempore, quo in Publica *de Origine Helmſtadii* Declamatione (214), Krantzium (oblitus, credo, Scholaſtico ſe, non Aulico, munere fungi, Noſtrum autem Graviſſimis Reip Negotiis expediendis ſæpius eſſe adhibitum) *Hominem de Schola*, *Politicarum rerum non ſatis gnarum*, *& Principibus parum æqvum*, appellare non dubitavit. Sed transverſum, uti video, abripuit Hominem Eruditiſſimum Nimius in Principes ſuos Affectus, cui plus juſto forte etiam indulgent Inclyti Saxoniæ ſuperioris Hiſtorici, Pet. Albinus (215) & Conr. Sam. Schurtzfleiſchius (216), qui Noſtrum, Ducibus Saxoniæ Inferioris Jus ſuum in Dignitatem Electoralem paulo animoſius aſſerentem, partium ſtudio agitari, inque Saxoniæ ſuperioris Duces iniqvum & ingratum eſſe, conqueruntur. An in Hamburgenſium ſuorum Partes nimis interdum propendeat (quæ Herm. Hamelmanni, Superintendentis Oldenburgici (217), & Joh. Rolvvagii, Syndici

 Bre-

(214) *V. Opuſcula Hiſtorica pag.* 552. (215) *in Progymn. Hiſt. Saxon. p.* 96. 97. Allegatur à Meibomio Juniore. (216) *In Diſſ. de Friderico III, Elect. Saxonico, p.* 17, *& in Diſſ. de Rebus Meclenburgicis* §. 17. (217) *Lib.* 1. *de Familiis Saxoniæ Emortuis pag.* 20. *& P. III. Chron. Oldenb. c.* 7.

Bremensis (218), est querela), in Gerhardum autem Oldenburgicum, atque Bremenses, injurius sit ac maledicus, aliis dispiciendum relinquimus Nobis non vacat in singula Accusationum istiusmodi momenta prolixe jam inquirere, aut Controversias, quibus suam pleraeque debent Originem, Illustres discutere, famae Nostri abunde consultum esse persuasis, si falsa eum ἑκουσίως scripsisse demonstratum hactenus esse cum Henr. Meibomio Juniore inficiemur (219), & plerosque, qui Partium ei studium objiciunt, ab eodem itidem haud plane esse immunes ostendamus.

CAPUT VII.

De Historica Ævi Ἱστορικοῦ *Civilis Scriptoribus, qui ab A.* 1517. *ad A.* 1690. *floruerunt, Recentioribus.*

§. I.

AB Anno, qui Krantzio fuit Emortualis, MDXVII. Recentiorem exordimur Ævi Cimbriae Ἱστορικοῦ Periodum, quae, post mutatam, sub ipsa ejus initia, in terris hisce Religionem, eos dedit Patriae Scriptores Historicos, qui

(218) *In Praefat. Chronici Bremensis Vernaculi MSti.*

(219) *V. Introd. ad Hist. Saxon. Infer. pag.* 104.

qui Lutheranæ addicti, Catholicæ autem, quam Veteres amplectebantur, infensi in Rerum Gestarum, Sacrarum imprimis, Narratione, ab horum Methodo & Judicio longe lateque abierunt diversi. In istorum serie, inter eos, quorum Scripta Lucem jam viderunt publicam, quive Ordinem secuti sunt Chronologicum, non Chorographicum (1), & Primus, & solus ex Seculo superiore, se nobis offert JOHANNES PETRÆUS sive PETERSEN, quem *Pettershamium* Joh. Jac. Frisius (2) *Petersteinium* autem Paulus Bolduanus (3) & Christ. Gastelius (4), Cognominibus nostratium Patronymicis non satis assueti, appellant. Parochus is fuit Oppidi in Wagria Oldenburgensis, & circa AN. 1531. Idiomate Saxoniæ Inferioris & Holsatiæ nostræ vernaculo, *Chronicon Holsatiæ, Stormariæ, Wagriæ, Dithmarsiæ ac Ducatus Slesvicensis, Civitatum item atq; Episcopatuum Hamburgensis & Lubecensis, Quadripartitum, a Temporibus Antiquissimis, & Æræ Christianæ Initium antegressis, ad A. usq; 1531. deductum*, Juris fecit publici. Primæ hujus Editionis Saxonicæ locum atq; Annum ignoro. Oculis enim nostris illa hactenus se subduxit, & ipsa forsan ejus memoria jam intercidisset, nisi Interpres Germanicus mentionem

H 3 ejus-

(1) *Chorographicum ordinem secutos Capite I. recensuimus.* (2) *in Biblioth. Gesnero-Simleriana Continuata p.* 464. (3) *In Biblioth. Hist. p.* 226. (4) *In Præfat. Operis de statu Europæ Novissimo.*

ejusdem aliqvam, Verbis paucissimis, suæ inseruisset Præfationi. Translatum est autem Chronicon hoc, post Excessum Autoris, Eqvitum aliqvot Holsatorum Rogatu, è Dialecto Saxonica in Misnicam, & Christiano III. Regi Daniæ, Fratribusqve illius, Johanni ac Adolpho, Ducibus Holsatiæ, inscriptum *a Dominico Drevero* Goslariensi, Incola, ni fallor, Lüneburgensi, qvem *Genealogias* etiam MStas, Jussu Henrici Junioris, Ducis Brunsvicensis, a se concinnatas, reliqvisse, Henr. Meibomius Sen. (5) me edocuit. Excusa est Versio Dreveriana Francofurti, Typis Brubachianis, A 1557. (6) recusa autem Lubecæ, in Typographeo Albertino, A. 1599. (7) ac 1614. (8) imo & (si Mich. Hertzii (9) & Mart. Lipenii (10) tuto seqvi hic nobis licet Autoritatem) Rinteliæ An. 1627. (11) Summaria Operis præfixa sunt soli Editioni Lubecensi, qvam An. 1599. curavit Laur. Albertus, istius Civitatis Bibliopola, Continuationem ejusdem ad finem usq; Seculi XVI, si subsidia ab aliis necessaria posset impetrare, pollicitus. Nævis suis Chronicon hoc non destitui, nec Judicio satis accurato Fabulas à Veris Narrationibus discernere, Danckvverthio (12) lubentes largimur; Industriæ tamen Autoris singulari, Ævoqve isto

(5) *In Vindiciis Billinganis p. m. 11.* (6) *in fol.* (7) *in fol.* (8) *in 4to.* (9) *P. IV. Biblioth. Germ. pag. P. 4. b.* (10) *in Biblioth. Philos.* (11) *in fol.* (12) *in Epist. Dedicatoria Chorogr. Cimbriæ.*

isto rariori, & Scriptoris de patria bene meriti Elogium, & ἐλλειμμάτων aliqvot Veniam, ultro debere indulgeri, non immerito arbitramur.

II. Exeunte Seculo Superiori, Anno scil. 1599. (13) *Chronicon Oldenburgicum* HERM. HAMELMANNI, Theol. Licentiati, & Ecclesiarum istius Comitatus Antistitis (AN. 1595. defuncti), Vernaculum, integro post mortem Autoris Qvadriennio, est excusum. Historiam qvidem istud Chersonesi nostræ ex professo non tractat. Multa tamen inde addiscas, ad Temporum illorum, qvibus Dynastiæ Oldenburgicæ Reges atqve Principes & huic, & vicinæ Daniæ, præfuerunt, Illustrationem perqvam utilia. Ubboni Emmio Frisio, qvi, patriæ amore ductus, illud, recens editum, mox impugnavit, *Apologiam pro Hamelmanno* Latinam, Lemgoviæ (14) impressam, Johannis, Cometis Oldenburgi i, Jussu, *Gerh. Gisekenius* JCtus Anno seqventi 1600. opposuit.

III. Anno Seculi hujus Sexto Hamburgi, ex Officina Frobeniana (15), prodierunt *Chersonesi Cimbricæ, qvæ hodie Holsatia vocatur, Annales, ab ultima ejus Antiqvitate, ex Historiis fide dignis, à Viro qvodam Magni nominis collecti, variis Familiarum Insignibus exornati, & nunc à qvodam Antiqvitatis Studioso auctiores in lucem editi.* Scriptum hoc, cujus in variis *Bibliothecarum Catalogis*, & Opere *de Rerum Germanicarum Scriptoribus* Hertzia-

(13) *in fol.* (14) *in 8vo.* (15) *in 4to.*

tziano (16), observavi Mentionem, Anonymum est, & mihi nondum visum. Autorem literis K. B. F, qvarum Oedipum etiamnum vestigo, designari, Thom. Hydius (17.) & Mart. Lipenius testantur.

IV. Octennio post (A 1614.) Stadthagæ (18) est excusum CYRIACI SPANGENBERGII, Northusani, *Chronicon Comitum Schauenburgicorum* Germanicum (in welchem der Graffen zu Holstein-Schaumburg Ankunfft/ und wie sie die Graffschafften bekommen/ wie lange sie auch das Hertzogthum Schleßwig inne gehabt und besessen/ und jetzo die Graffschafften noch inne haben; auch Nahmen/ Herkommen/ Genealogie, aller Graffen Leben/ Thaten/ Geschichte/ Stiffte/ Städte/ Schlösser und Bergwercke; aus bewehrten und glaubwürdigen Scribenten/ Brieflichen Uhrkunden/ und von Alters her zusammen gezogenen Berichte gründlich und deutlich beschrieben/). Opus hoc Posthumum, Ernesti, Comitis Mansfeldici, Jussu ab Autore conscriptum, &, decennio post Excessum illius, à Cognato, qvem Literæ Nominis Initiales M. S. designant, publicatum, non universam Temporum Ævi Cimbriæ Ἰστορικῶ persequitur seriem, sed illorum tantum, qvibus Comites Schauenburgici eandem gubernarunt. Constat Libris V. & ab A. 1030. (qvo nobilis qvidam Santerslevius, Primus inclytæ hujus Familiæ

(16) *P. IV. pag. 4. b.* (17) *in Catal. Biblioth. Bodlejana* (18) *in fol.*

liæ Conditor, in Comitum Imperii numerum à Conrado II. Imp. eſt allectus), ad finem usq; Seculi XVI eſt perductum. Haud exiguo meretur in pretio haberi ob Inſignem, qva Autor inclaruit, Hiſtoriæ Germanicæ peritiam. Eccleſiaſtes is initio fuit Islebienſis, deinde autem per annos XXII. Decanus ac Parochus Mansfeldenſis, qva dignitate tandem excidit, & A. 1604. in Exilio diem obiit ſupremum (19). Autoritas ejus apud Theologos eſt exigua, Hominis qvippe Contentioſi, & Dogmatis de Peccato Originis Flaciani Defenſoris acerrimi; maxima contra apud Hiſtoriæ Teutonicæ Studioſos, *Rerum* qvippe *Germanicarum*, Sagittario (20) Judice, *Scrutatoris Diligentisſimi, ac præclare easdem docti*, imo, Conringii (21) ſuffragio, inter Ordinis Hiſtorici Principes locum promeriti.

V. Anno ſeqventi 1615. Saxonico Idiomate Hamburgi (22) excuſa eſt CHRISTIANI SOLINI, Oppidi Crempenſis Parochi, *Chronologia*, dat iß: Een korter Uttoch der vörnemſten Hiſtorien / van Anfang der Welt / bit up het Jahr 1614 / uth Göttliker Schrift / unde Loſwerdigen Hiſtorien-Schrivern toſamen gebragen / ſamt der Holſteniſchen

 Chro-

(19) Vitam ejus invenies in Melch. Adami *Vitis Theol. German.* p. 731. 732. 733, Joh. Fechtii *Apparatu ad Supplem. Hiſt. Eccl. Sec. XVI*, p. 107. & *ſeqq.*, ac Pauli Freheri *Theatro Erud.* p. 328. (20) *in Ep. de Antiquo ſtatu Thuringiæ* p. 65. 70. (21. *in Ep. H. Meibomii Opuſculis Hiſtoricis A.* 1660. *præfixa.* (22) *in 8vo.*

Chronica. Scriptum hoc Chronologicum, cujus aliquam Partem jam ante esse editam Autor *in Præfatione* significat, in IV. divisum est Sectiones Parallelas, quarum Ima Res in singulis, quas vocant, Monarchiis, ac Imperio præsertim Romano, gestas, IIda Historiam Ecclesiasticam, IIIia Annales Rerum Cimbrico-Holsaticarum, IVta denique Origines & Incrementa Imperii Turcici, mediocri diligentia exhibet. *Ad.* certe *Olearius*, V. C., tanti Laborem hunc Solinianum æstimavit, ut Narrationes Autoris de Rebus Chersonesi nostræ, inde excerptas, & è Saxonica Dialecto in Misnicam à se translatas, *Compendio* suo *Chronici Holsatici* Vernaculo, ceu supplementum illius in Historia Antiquiori luculentum, A. 1674. (23) in Editione ejusdem Iterata, non dubitaverit adjungere.

VI. *Chronologiæ* Solini *Sylva* succedat *Circuli Balthici Chronologica* [der Historische Wald- und Weltkreiß des Balthischen Meers / oder der Ost-See] Hamburgi *A.* 1624 (24) edita à NICOLAO HELVADERO, Ecclesiæ Ruralis Heldovatto-Eckvvattensis, in Præfectura Ducatus Slesvicensis Apenradensi (cui & nomen, & primum debuit spiritum), per Annos XX. Parocho. A Sacro hoc Munere A. 1610, & iterata vice A. 1611, est deturbatus per Joh... vverium, & Ministro...

(23) ...

Ducalium, & Hominum in Cimbria Literatorum, ea tempestate facile Principem, ob Thema Genethliacum, postulatu suo Infelici hoc Astromanta Ecclesiastico sibi erectum, sed minus, ob nonnullas, qvibus Vitia sua notari conjectabat, prædictiones, acceptum, summe ipsi infensum. Geminæ hujus suæ Exautorationis Narrationem Vernaculam ipse paulo post edidit Helduaderus, qvasi rem omnem, uti gesta est, exponit (suspectam autem fidem illius etiam mihi in nonnullis esse haud dissimulo), Notam certe summæ Animi Impotentiæ, Violentiæ ac Injustitiæ Woverius vix effugiet. Debuit proinde Helduaderus Peritiæ suæ Artis Astrologicæ (qva non minus, quam Historiæ patriæ Cognitione, inclaruit,) grande hoc in Chersoneso nostra Infortunium. Sed debuit etiam eidem, Ingenioq; suo Faceto, πολιτικῷ ac Versatili majorem isto in Regno Danico Fortunam. Exulem enim Christianus IV. Monarcha istius Augustissimus, in Aulam suam adscivit, Astrologi ac Calendariographi Regii Titulo, addito stipendio luculento, donavit, & ad A. usq; 1634. quo vivis eum excessisse Cl. Arnkielius mecum suspicatur, liberaliter admodum fovit atq; al[...] *Sylva* ejus, quam allegavimus, *Chronolo*[...]rnaculo scripta Idiomate, Parte I. n[...]e soli[...]d reliquorum [...] Pr[...]um, Sinui [...]um [...]c. Norvvegiæ,

giæ, Svediæ, Livoniæ, Churlandiæ, Prussiæ, Pomeraniæ & Ducatus Megapolitani), Brevem exhibet Descriptionem; Parte autem IIda Res, qvæ in iisdem Regionibus, ab A. 1500. ad A. 1623. contigere memorabiles recenset. Major tamen ejus est in Rebus Chersonesi Patriæ, qvam Exterarum Gentium, Diligentia & ἀκρίβεια, cui & Principum illius, ac Regum Daniæ, satis prolixum in Parte I. Catalogum, & Observationes Σποραδικὰς qvamplurimas, ab aliis Historicis nostratibus omissas, Partiq; Secundæ insertas, debere nos fatemur. Judicia in Opere hoc de Negotiis, tam Politicis, qvam Ecclesiasticis, reliqvit satis παῤῥησιαστικά. In qvibus uti Ecclesiæ Romano-Catholicæ Asseclis longe se præbet æqviorem, qvam alii inter Lutheranos Theologi, ita Reformatis contra, qvi in Aula Johannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, ad ipsorum Sacra transgressi, qvo ipse exautoratus est tempore, rerum potiebantur, Infestum admodum atque Iniqvum.

VII. Omnibus, quæ *Capite hoc* vel jam commendavimus, vel porro commendabimus, Monumentis Historiæ Cimbricæ modernis palmam & Diligentiæ, & Fidei, & Accurationis facile præripiunt, atque adeo præferri merito postulant, PAULI & JOH. ADOLPHI CYPRÆORUM *Annales Episcoporum Slesvicensium, Unius, Veræ, Sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ statum, quoad ejus Originem, Propagationem ac* Muta-

Mutationem in Regno Daniæ, & Finitimis Slesvici ac Holsatiæ Ducatibus, aliasque Res, quovis Seculo in Ecclesia ac Politia admirandas, vereq; memorabiles, illic gestas & perpetratas, una cum inserta Brevi ac rotunda Regum Daniæ, & Ducum Slesvici ac Holsatiæ Genealogia, Libris III. breviter ac dilucide complectentes ac explicantes, Annoque 1634 Coloniæ Ubiorum excusi (25). Liber plane egregius, qui dum, in Titulo *Annales* tantum *Episcoporum Slesvicensium* pollicitus, in Universam tamen utriusque Ducatus, Slesvic. & Holsatici, Historiam, Civilem pariter atque Ecclesiasticam, se postea diffundit, fraude honesta & landabili suis imponit Lectoribus. Pro Systemate Historiæ nostræ perfecto non ausim quidem illum venditare, cum nonnulla in eo desiderari, plurima vero addi posse, facile videam. Nihil tamen illo doctius, nihil elegantius, nihil Veterum Testimoniis, magno cum Delectu conquisitis, ornatius, nihil denique accuratiori scriptum judicio, me de Rebus nostris legisse fateor, & proinde eundem Historiæ Patriæ Studiosis, præ omnibus aliis hujus Scriptoribus, cupio esse commendatissimum. Sane, qvantum Incolæ Chersonesi hujus Universi *Annalium* istorum Autoribus debeant, vel inde perspicias, qvod, qvicunqve inter modernos Historicos nostrates fuere paulo accuratiores, Danckwerthius

(25) *In 8vo.*

thius imprimis, Olearius atqve Heimreichius, ex hisce fontibus Areolas suas hand parce irrigarint. Apparatum, ad Scriptionem illorum necessarium, ex Archivis, & Veterum Monumentis, Editis ac Ineditis, sollicite congessit, primasq; Operis ipsius Lineas duxit PAULUS CYRRÆUS Slesvicensis, Adolphi, Friderici, Philippi & Johannis Adolphi, Ducum Holst. Consiliarius, Basilicæ Patriæ Canonicus, & Juris aliqvamdiu in Gymnasio Professor, An. 1609. vivis exemptus. Vir longe Doctissimus, qvi & in Jurisprudentia, & in Elegantiori Literatura, Palmam Optimis qvibusque suæ ætatis reddidit ambiguam, in Archæologiæ autem patriæ peritia parem habuit neminem. Affectum hunc Parentis Laborem continuavit, auxit, & à Caroli M. temporibus, ad Seculi usq; XVIImi initium, perduxit Filius Patrissans, idemq; Libri Editor, JOH. ADOLPHUS CYRRÆUS, Slesvicensis, Templi in Civitate Patria Michaelitani Ecclesiastes ad A. usque 1633. Hoc enim ineunte, in Bataviam, Medicis, Aeris Mutationem febri qvartana diuturna laboranti svadentibus, obsecutus, excurrit, & inde non multo post Coloniam digressus, Ecclesiæqve Romanæ factus Proselytus, Lutheri doctrinam ejuravit, & Popularibus suis eandem in *Annalibus* hisce suspectam reddere allaboravit; ita tamen, ut majorem in eo, qvam aliis Apostatis, & candorem & Mansvetudinem, observes. Cœtera Scriptor

est,

eſt, uti diximus, egregius, &, Lambecii (26) etiam ſuffragio, Doctiſſimus, quem Conſultiſſ. Rachelius merito non ita pridem, ceu *Rerum patriarum peritisſimum, & in Monumentis Antiqvis verſatisſimum*, commendavit, *hujusq; unius Autoritatem pluris, qvam multorum aliorum, faciendam eſſe* monuit. Video etiam, ut obiter hoc addam, in *Catalogo qvodam* mentionem fieri *Hiſtoria Slesvicenſis* Pauli Cypræi MStæ. Sed ſceleton eam eſſe ſuſpicor, & Delineationem horum Annalium imperfectam, poſt qvorum Editionem iſta nobis æqvo carere licet Animo.

VIII. Zachariæ Humero Smalando, Hiſtoriarum in Acad. Upſalienſi Profeſſori (A. 1650. mortuo), *Hiſtoriam Holſatiæ*, A. 1649. (27) excuſam, tribuunt *Catalogus Biblioth. Steenbuchianæ Hafnienſis*, &, huic forte, vel alteri ejusdem farinæ, more ſuo credulus, Mart. Lipenius (28). Verum, cum nullam Opuſculi hujus Mentionem in Scriptorum Humeri Recenſu, vel apud Schefferum (29), vel apud Wittenium (30), obſervem, haud immerito vereor, ne *Hiſtoria* hæc *Holſatiæ* fruſtra in omnibus vel Suecorum vel Holſatorum Bibliothecis quæratur, &, per Errorem quendam, in locum *Operis de Arte Hiſtoria*, eodem A. 1649, eademque forma, Upſaliæ ab Humero editi, ſubrepſerit. IX.

(26) *In Notis ad Vitam Ansgarii Origg. Hamb. annexam, pag.* 341. (27) *in* 8*vo*. (28) *in Biblioth. Philos.* (29) *in Suecia Literata p.* 203. (30) *in Diar. Biogr. Sec. XVII, ad A.* 1650. *p. Aaa.* 1. *a.*

IX. Noviſſime ADAMUS OLEARIUS, Aſcania Saxo, Friderici IV. & Chriſt. Alberti, Ducum Holſato-Gottorpienſium, Mathematicus atque Bibliothecarius, non minus de Septentrionis noſtri, quam Orientis, Hiſtoria illuſtranda ſollicitus, Sleſvigæ A. 1663. (31) Idiomate publicavit Vernaculo *Breve Chronici Holſatici Compendium* (kurtzen Begriff der Holſteiniſchen Chronica / oder Summariſche Beſchreibung der denckwürdigſten Geſchichte / ſo von A. 1448. biß 1663 / in den Nordiſchen Ländern / ſonderlich in Hollſtein ſich zugetragen) / Libellis XIII. comprehenſum, & ab initio Dynaſtiæ Oldenburgicæ, ſive A. 1448, ad ſua uſque tempora, perductum. Quod cum Recentiorem ſaltem duorum Seculorum Hiſtoriam complecteretur, multi autem Antiquioris etiam Notitiam aliquam deſiderarent, Iteratæ, quam *Deſcriptioni Pinacotheca Gottorpienſis Vernacula* A. 1674. (32) ſubjunxit, Editioni Epitomen iſtius, ex Chriſt. Solini *Chronologia* excerptam, dedit Comitem. De ANT. HEIMREICHIO, qui Oleario eſt recentior, locus ſe dicendi offerret commodior *Parte II. atque III*, in Recenſu Scriptorum Hiſtoriæ Cimbrorum Eccleſiaſticæ, & Friſicæ Particularis, quos inter ille locum merito ſuo honeſtum ſibi vindicat.

X. Novem Hiſtoricos Cimbriæ Recentioris, quorum Libri, Res in Cherſoneſo hac Uni-

(31) *In 8vo.* (32) *Sleſvigæ in 4to.*

universa gestas persecuti, lucem viderunt publicam, hactenus enumeravimus. Seqvuntur jam, ex eadem moderna Ævi Ἱστορικοῦ Periodo, totidem pene Scriptores Inediti, &, hos inter Primus, Autor Incertus *Chronici Holsatici* Vernaculi, quod in Bibliotheca Gottorpiensi asservatur, & in *MStorum illius Catalogo* hac gaudet Inscriptione: *Chronicon* der alten Geschichten uñ Fehden des Landes Holstein. A quo tempore suam ille Narrationem sit exorsus, & qvousq; eandem perduxerit, hactenus ignoro. Ab Oleario tamen (33) nonnulla ex illo video allegari, quæ post Christiani III, Regis Daniæ, è vita hac excessum demum contigerunt.

XI. Henricum Ranzovium, Cimbriæ nostræ Pro Regem, Marte pariter atque Arte Inclytum, ac toties jam, sed infra merita, à nobis laudatum, Exactissimam aliquando de Rebus Holsaticis Cognitionem Posteritati voluisse impertiri, ex Jonæ Elverfeldii ad suas *de Holsatia Classes Præfatione* addisces. Concinnatam ab eodem ante obitum esse *Historiam Cimbricæ, sive Holsatiæ & Ducatus Slesvicensis*, non Stephanus solum Macropus, in *Oratione*, quam Memoriæ Ipsius consecravit, *Parentali* testatur, sed David etiam Chytræus, qui, ob Opus hoc Ineditum sibi, *Chronicon Saxoniæ* molienti, communicatum, Autori Illustrissimo

I

(33) *In Compendio Chronici Holsatici.*

tziano (16), obſervavi Mentionem, Anonymum eſt, & mihi nondum viſum. Autorem literis K. B. F, qvarum Oedipum etiamnum veſtigo, deſignari, Thom. Hydius (17.) & Mart. Lipenius teſtantur.

IV. Octennio poſt (A 1614.) Stadthagæ (18) eſt excuſum CYRIACI SPANGENBERGII, , Northuſani, *Chronicon Comitum Schauenburgicorum* Germanicum (in welchem der Graffen zu Holſtein-Schaumburg Ankunfft / und wie ſie die Graffſchafften bekommen / wie lange ſie auch das Hertzogthum Schleßwig inne gehabt und beſeſſen / und jetzo die Graffſchafften noch inne haben; auch Nahmen / Herkommen / Genealogie, aller Graffen Leben / Thaten / Geſchichte / Stiffte / Städte / Schlöſſer und Bergwercke; aus bewehrten und glaubwürdigen Scribenten / Brieflichen Uhrkunden / und von Alters her zuſammen gezogenen Berichte gründlich und deutlich beſchrieben /). Opus hoc Poſthumum, Erneſti, Comitis Mansfeldici, Juſſu ab Autore conſcriptum, &, decennio poſt Exceſſum illius, à Cognato, qvem Literæ Nominis Initiales M. S. deſignant, publicatum, non univerſam Temporum Ævi Cimbriæ Ἱϛορικῶ perſeqvitur ſeriem, ſed illorum tantum, qvibus Comites Schauenburgici eandem gubernarunt. Conſtat Libris V. & ab A. 1030. (qvo nobilis qvidam Santerslevius, Primus inclytæ hujus Familiæ

(16) *T. IV. pag. 4. b.* (17) *in Catal. Biblioth. Bodlejana* (18) *in fol.*

liæ Conditor, in Comitum Imperii numerum à Conrado II. Imp. est allectus), ad finem usq; Seculi XVI est perductum. Haud exiguo meretur in pretio haberi ob Insignem, qva Autor inclaruit, Historiæ Germanicæ peritiam. Ecclesiastes is initio fuit Islebiensis, deinde autem per annos XXII. Decanus ac Parochus Mansfeldensis, qva dignitate tandem excidit, & A. 1604. in Exilio diem obiit supremum (19). Autoritas ejus apud Theologos est exigua, Hominis qvippe Contentiosi, & Dogmatis de Peccato Originis Flaciani Defensoris acerrimi; maxima contra apud Historiæ Teutonicæ Studiosos, *Rerum* qvippe *Germanicarum*, Sagittario (20) Judice, *Scrutatoris Diligentissimi, ac præclare easdem docti*, imo, Conringii (21) suffragio, inter Ordinis Historici Principes locum promeriti.

V. Anno seqventi 1615. Saxonico Idiomate Hamburgi (22) excusa est CHRISTIANI SOLINI, Oppidi Crempensis Parochi, *Chronologia*, dat iß: Een korter Uttoch der vörnemsten Historien / van Anfang der Welt / bit up het Jahr 1614 / uth Göttliker Schrift / unde Loswerdigen Historien-Schrivern tosamen gebragen / samt der Holsteinischen

H 5 Chro-

(19) Vitam ejus invenies in Melch. Adami *Vitis Theol. German. p.* 731. 732. 733, Joh. Fechtii *Apparatu ad Supplem. Hist. Eccl. Sec. XVI, p.* 107. *& seqq.*, ac Pauli Freheri *Theatro Erud. p.* 328. (20) *in Ep. de Antiquo statu Thuringiæ p.* 65. 70. (21. *in Ep. H. Meibomii Opusculis Historicis A.* 1660. *præfixa.* (22) *in* 8vo.

Chronica. Scriptum hoc Chronologicum, cujus aliquam Partem jam ante esse editam Autor *in Præfatione* significat, in IV. divisum est Sectiones Parallelas, quarum Ima Res in singulis, quas vocant, Monarchiis, ac Imperio præsertim Romano, gestas, IIda Historiam Ecclesiasticam, IIIia Annales Rerum Cimbrico-Holsaticarum, IVta denique Origines & Incrementa Imperii Turcici, mediocri diligentia exhibet. *Ad.* certe *Olearius*, V. C., tanti Laborem hunc Solinianum æstimavit, ut Narrationes Autoris de Rebus Chersonesi nostræ, inde excerptas, & è Saxonica Dialecto in Misnicam à se translatas, *Compendio* suo *Chronici Holsatici* Vernaculo, ceu supplementum illius in Historia Antiquiori luculentum, A. 1674. (23) in Editione ejusdem Iterata, non dubitaverit adjungere.

VI. *Chronologiæ* Solini *Sylva* succedat *Circuli Balthici Chronologica* [der Historische Wald- und Weltkreiß des Balthischen Meers / oder der Ost-See] Hamburgi *A.* 1624 (24) edita à NICOLAO HELVADERO, Ecclesiæ Ruralis Heldovatto-Eckvvattensis, in Præfectura Ducatus Slesvicensis Apenradensi (cui & nomen, & primum debuit spiritum), per Annos XX. Parocho. A Sacro hoc Munere A. 1610, & iterata vice A. 1611, est deturbatus per Joh. Wovverium, & Ministrorum in Aula Gottorpiensi Du-

(23) *V. seq.* §. 8. (24) *in 4to.*

Ducalium, & Hominum in Cimbria Literatorum, ea tempestate facile Principem, ob Thema Genethliacum, postulatu suo Infelici hoc Astromanta Ecclesiastico sibi erectum, sed minus, ob nonnullas, qvibus Vitia sua notari conjectabat, prædictiones, acceptum, summe ipsi infensum. Geminæ hujus suæ Exautorationis Narrationem Vernaculam ipse paulo post edidit Helduaderus, qvasi rem omnem, uti gesta est, exponit (suspectam autem fidem illius etiam mihi in nonnullis esse haud dissimulo), Notam certe summæ Animi Impotentiæ, Violentiæ ac Injustitiæ Woverius vix effugiet. Debuit proinde Helduaderus Peritiæ suæ Artis Astrologicæ (qva non minus, quam Historiæ patriæ Cognitione, inclaruit,) grande hoc in Chersoneso nostra Infortunium. Sed debuit etiam eidem, Ingenioq; suo Faceto, πολιτικῷ ac Versatili majorem isto in Regno Danico Fortunam. Exulem enim Christianus IV. Monarcha istius Augustissimus, in Aulam suam adscivit, Astrologi ac Calendariographi Regii Titulo, addito stipendio luculento, donavit, & ad A usq; 1634. quo vivis eum excessisse Cl. Arnkielius mecum suspicatur, liberaliter admodum fovit atq; aluit. *Sylva* ejus, quam allegavimus, *Chronologica*, Vernaculo scripta Idiomate, Parte I. non Cimbriæ solius, sed reliquorum etiam Regnorum ac Provinciarum, Sinui Codano conterminarum (Daniæ sc. Norvvegiæ,

giæ, Svediæ, Livoniæ, Churlandiæ, Prussiæ, Pomeraniæ & Ducatus Megapolitani), Brevem exhibet Descriptionem; Parte autem IIda Res, qvæ in iisdem Regionibus, ab A. 1500. ad A. 1623. contigere memorabiles recenset. Major tamen ejus est in Rebus Chersonesi Patriæ, qvam Exterarum Gentium, Diligentia & Ἀκρίβεια, cui & Principum illius, ac Regum Daniæ, satis prolixum in Parte I. Catalogum, & Observationes Σποραδικὰς qvamplurimas, ab aliis Historicis nostratibus omissas, Partiq; Secundæ insertas, debere nos fatemur. Judicia in Opere hoc de Negotiis, tam Politicis, qvam Ecclesiasticis, reliqvit satis παῤῥησιαστικά. In qvibus uti Ecclesiæ Romano-Catholicæ Asseclis longe se præbet æqviorem, qvam alii inter Lutheranos Theologi, ita Reformatis contra, qvi in Aula Johannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, ad ipsorum Sacra transgressi, qvo ipse exautoratus est tempore, rerum potiebantur, Infestum admodum atque Iniqvum.

VII. Omnibus, quæ *Capite hoc* vel jam commendavimus, vel porro commendabimus, Monumentis Historiæ Cimbricæ modernis palmam & Diligentiæ, & Fidei, & Accurationis facile præripiunt, atque adeo præferri merito postulant, PAULI & JOH. ADOLPHI CYPRÆORUM *Annales Episcoporum Slesvicensium, Unius, Veræ, Sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ statum, quoad ejus Originem, Propagationem ac* *Muta-*

Mutationem in Regno Daniæ, & Finitimis Slesvici ac Holsatiæ Ducatibus, aliasque Res, quovis Seculo in Ecclesia ac Politia admirandas, vereq; memorabiles, illic gestas & perpetratas, una cum inserta Brevi ac rotunda Regum Daniæ, & Ducum Slesvici ac Holsatiæ Genealogia, Libris III. breviter ac diluc ide complectentes ac explicantes, Annoque 1634. Coloniæ Ubiorum excusi (25). Liber plane egregius, qui dum, in Titulo *Annales* tantum *Episcoporum Slesvicensium* pollicitus, in Universam tamen utriusque Ducatus, Slesvic. & Holsatici, Historiam, Civilem pariter atque Ecclesiasticam, se postea diffundit, fraude honesta & landabili suis imponit Lectoribus. Pro Systemate Historiæ nostræ perfecto non ausim quidem illum venditare, cum nonnulla in eo desiderari, plurima vero addi posse, facile videam. Nihil tamen illo doctius, nihil elegantius, nihil Veterum Testimoniis, magno cum Delectu conquisitis, ornatius, nihil denique accuratiori scriptum judicio, me de Rebus nostris legisse fateor, & proinde eundem Historiæ Patriæ Studiosis, præ omnibus aliis hujus Scriptoribus, cupio esse commendatissimum. Sane, qvantum Incolæ Chersonesi hujus Universi *Annalium* istorum Autoribus debeant, vel inde perspicias, qvod, qvicunqve inter modernos Historicos nostrates fuere paulo accuratiores, Danckvverthius

(25) *In 8vo.*

thius imprimis, Olearius atqve Heimreichius, ex hisce fontibus Areolas suas hand parce irrigarint. Apparatum, ad Scriptionem illorum necessarium, ex Archivis, & Veterum Monumentis, Editis ac Ineditis, sollicite congessit, primasq; Operis ipsius Lineas duxit PAULUS CYRRÆUS Slesvicensis, Adolphi, Friderici, Philippi & Johannis Adolphi, Ducum Holsf. Consiliarius, Basilicæ Patriæ Canonicus, & Juris aliqvamdiu in Gymnasio Professor, An. 1609. vivis exemptus. Vir longe Doctissimus, qvi & in Jurisprudentia, & in Elegantiori Literatura, Palmam Optimis qvibusque suæ ætatis reddidit ambiguam, in Archæologiæ autem patriæ peritia parem habuit neminem. Affectum hunc Parentis Laborem continuavit, auxit, & à Caroli M. temporibus, ad Seculi usq; XVIImi initium, perduxit Filius Patrissans, idemq; Libri Editor, JOH. ADOLPHUS CYRRÆUS, Slesvicensis, Templi in Civitate Patria Michaelitani Ecclesiastes ad A. usque 1633. Hoc enim ineunte, in Bataviam, Medicis, Aeris Mutationem febri qvartana diuturna laboranti svadentibus, obsecutus, excurrit, & inde non multo post Coloniam digressus, Ecclesiæqve Romanæ factus Proselytus, Lutheri doctrinam ejuravit, & Popularibus suis eandem in *Annalibus* hisce suspectam reddere allaboravit; ita tamen, ut majorem in eo, qvam aliis Apostatis, & candorem & Mansvetudinem, observes. Cœtera Scriptor est,

est, uti diximus, egregius, &, Lambecii (26) etiam suffragio, Doctissimus, quem Consultiss. Rachelius merito non ita pridem, ceu *Rerum patriarum peritissimum, & in Monumentis Antiqvis versatissimum*, commendavit, *hujusq; unius Autoritatem pluris, qvam multorum aliorum, faciendam esse* monuit. Video etiam, ut obiter hoc addam, in *Catalogo qvodam* mentionem fieri *Historiæ Slesvicensis* Pauli Cypræi MStæ. Sed sceleton eam esse suspicor, & Delineationem horum Annalium imperfectam, post qvorum Editionem ista nobis æqvo carere licet Animo.

VIII. ZACHARIÆ HUMERO Smalando, Historiarum in Acad. Upsaliensi Professori (A. 1650. mortuo), *Historiam Holsatiæ*, A. 1649. (27) excusam, tribuunt *Catalogus Biblioth. Steenbuchianæ Hafniensis*, &, huic forte, vel alteri ejusdem farinæ, more suo credulus, Mart. Lipenius (28). Verum, cum nullam Opusculi hujus Mentionem in Scriptorum Humeri Recensu, vel apud Schefferum (29), vel apud Wittenium (30), observem, haud immerito vereor, ne *Historia* hæc *Holsatiæ* frustra in omnibus vel Suecorum vel Holsatorum Bibliothecis quæratur, &, per Errorem quendam, in locum *Operis de Arte Historia*, eodem A. 1649, eademque forma, Upsaliæ ab Humero editi, subrepserit. IX.

(26) *In Notis ad Vitam Ansgarii Origg. Hamb. annexam, pag. 341.* (27) *in 8vo.* (28) *in Biblioth. Philos.* (29) *in Suecia Literata p.* 203. (30) *in Diar. Biogr. Sec. XVII, ad A. 1650. p. Aaa. 1, a.*

IX. Noviſſime ADAMUS OLEARIUS, Aſcania Saxo, Friderici IV. & Chriſt. Alberti, Ducum Holſato-Gottorpienſium, Mathematicus atque Bibliothecarius, non minus de Septentrionis noſtri, quam Orientis, Hiſtoria illuſtranda ſollicitus, Sleſvigæ A. 1663. (31) Idiomate publicavit Vernaculo *Breve Chronici Holſatici Compendium* (kurtzen Begriff der Holſteiniſchen Chronica / oder Summariſche Beſchreibung der denckwürdigſten Geſchichte / ſo von A. 1448. biß 1663 / in den Nordiſchen Ländern / ſonderlich in Hollſtein ſich zugetragen) / Libellis XIII. comprehenſum, & ab initio Dynaſtiæ Oldenburgicæ, ſive A. 1448, ad ſua uſque tempora, perductum. Quod cum Recentiorem ſaltem duorum Seculorum Hiſtoriam complecteretur, multi autem Antiquioris etiam Notitiam aliquam deſiderarent, Iteratæ, quam *Deſcriptioni Pinacotheca Gottorpienſis Vernaculæ* A. 1674. (32) ſubjunxit, Editioni Epitomen iſtius, ex Chriſt. Solini *Chronologia* excerptam, dedit Comitem. De ANT. HEIMREICHIO, qui Oleario eſt recentior, locus ſe dicendi offerret commodior *Parte II. atque III*, in Recenſu Scriptorum Hiſtoriæ Cimbrorum Eccleſiaſticæ, & Friſicæ Particularis, quos inter ille locum merito ſuo honeſtum ſibi vindicat.

X. Novem Hiſtoricos Cimbriæ Recentioris, quorum Libri, Res in Cherſoneſo hac Uni-

(31) *In 8vo.* (32) *Sleſvigæ in 4to.*

Digitized by Google

universa gestas persecuti, lucem viderunt publicam, hactenus enumeravimus. Seqvuntur jam, ex eadem moderna Ævi 'Ιστορικȣ Periodo, totidem pene Scriptores Inediti, &, hos inter Primus, Autor Incertus *Chronici Holsatici* Vernaculi, quod in Bibliotheca Gottorpiensi asservatur, & in *MStorum illius Catalogo* hac gaudet Inscriptione: *Chronicon* der alten Geschichten uñ Fehden des Landes Holstein. A quo tempore suam ille Narrationem sit exorsus, & qvousq; eandem perduxerit, hactenus ignoro. Ab Oleario tamen (33) nonnulla ex illo video allegari, quæ post Christiani III, Regis Daniæ, è vita hac excessum demum contigerunt.

XI. Henricum Ranzovium, Cimbriæ nostræ Pro Regem, Marte pariter atque Arte Inclytum, ac toties jam, sed infra merita, à nobis laudatum, Exactissimam aliquando de Rebus Holsaticis Cognitionem Posteritati voluisse impertiri, ex Jonæ Elverfeldii ad suas *de Holsatia Classes Præfatione* addisces. Concinnatam ab eodem ante obitum esse *Historiam Cimbriæ, sive Holsatiæ & Ducatus Slesvicensis*, non Stephanus solum Macropus, in *Oratione*, quam Memoriæ Ipsius consecravit, *Parentali* testatur, sed David etiam Chytræus, qui, ob Opus hoc Ineditum sibi, *Chronicon Saxoniæ* molienti, communicatum, Autori Illustrissimo

I

(33) *In Compendio Chronici Holsatici.*

mo ſummas Epiſtola peculiari (34) egit gratias. In Petri etiam Lindebergii *Poematis Juvenilibus* (35) hoc occurrit, quo eandem is ornavit, Epigramma Encomiaſticum:

Cimber Cimbrigenum dum fortia colligit Acta
Ranzovius, multa non ſine laude, ſenex,
Eſt pius in Patriam, &, Patriæ regionis Alumni
Ut præſtent Arte & Marte, togaq́;, probat.
Jactet Alexandros ad Cælum terra Pelaſga,
Jactet item Marios Roma ſuperba ſuos!
Quod nihil Auſoniis, nihil Græcis, Cimbria cedat,
Cimbrigenum Virtus, Ranzoviusq; facit.

Ubinam Terrarum Theſaurus iſte jam deliteſcat, explorare mihi nondum licuit. Vereor, ne in Triſti Arcis Bredembergenſis Direptione, A 1628. à Militibus Cæſareis facta, prorſus perierit. Hodie enim nihil MStorum Herois hujus apud Pronepotem Illuſtriſſimum, Dethlevum Comitem à Ranzou & Louvvenholm, ſupereſſe, ex Literis Viri Ampliſſ., Dethlevi Marci Friſii, ejusdem haud ita pridem Conſiliarii, ſum edoctus.

XII. Ranzovii Exemplo Nomen inter Rerum Patriarum Hiſtoricos affectavit, nec Voto ſuo excidit, JOH. POGVVISCHIUS, Equeſtri itidem inter Cimbros Familia ortus, cujus *Collectanea* hujus generis *Hiſtorica* ab Herm.

(34) *V. Epiſtolas Chytræi, Hanoviæ A. 1614. excuſas, pag. 632.* (35) *P. III. l. 2. p. 183.*

Herm. Hamelmanno (36), Conr. Hövelio (37) aliisqve allegantur. De vita ejus licet nihil mihi hactenus innotuerit, diversum tamen esse scio ab alio ejusdem Nominis ac Prosapiæ Juvene Erudito, Toparcha Övelgünnensi, cui Joh. Caselius *Βασιλικὸν Themistii*, Eilhardus Lutrinus *Paraphrasin Horatianam*, & Frid. Taubmannus *Carmen in Natalem ejus Genethliacum* (38) inscripsere, quemve A.C. 1612. (æt. 28) defunctum Pet. Ruthanus *Laudatione Funebri* Posterorum memoriæ commendavit. Collectaneis hisce Pogvvischianis MStis jungi, & ab Industrio Rerum Patriæ Scrutatore accurate perlustrari merentur Analecta de Rebus, cum Saxonicis in universum, tum Holsaticis imprimis atqve Bremensibus, Lindebrogiana, qvorum in Bibliotheca Hamburgensi Ingens occurrit Copia, lucem Historiæ nostræ haud exiguam fœneratura, si quis cum judicio & delectu ea sibi pervolvenda & excerpenda sumpserit. Congesta sunt à *Viro in Historia*, Schurtzfleischio (39) Judice, *Versatissimo*, & jam sæpius laudato, ERPOLDO LINDEBROGIO, quem Opus de Chersoneso nostra Chorographico-Historicum peculiare molitum esse mihi persuadeo. Schediasmata hujusmodi affecta, non au-

(36) *In Catalogo Autorum, Chronico Oldenburgico præfixo.* (37) *in Præfat.* der Hamburgischen Hoheit. (38) *V. Lib. 2. Eleg. p. 238.* (39) *In Annott. ad Res Prussorum, pag. 8.*

autem Libros justa diligentia elaboratos, fuisse etiam credo Labores *de Cimbris atq; Holsatis* Ineditos, qvos à MICH. BEUTHERO, Carolopoli Franco, J.U.D. & Hist. in Acad. Argent. Professore (A. 1587. defuncto), cum aliis MStis qvamplurimis relictos esse, ex Filii Mich. Philippi *Narratione* de illo *Biographica*, Melch. Adamus (40) testatur.

XIII. Seculo hoc XVII. ineunte Ecclesiæ Emtensis sive Evensbüllensis in Strandia Parochus fuit MATTHIAS BOETIUS, scriptor Eruditus atq; Judiciosus, tribusq; *de Cataclysmo Nordstrandico* Libris de Insula illa, ac reliqva Frisia Boreali, præclare meritus. Ineditos reliqvit Annales Holsaticos, qvos in sua asservari Bibliotheca nobis significavit, simulqve Industriam Autoris commendavit, JCtus vicinæ Civitatis Slesvicensis Doctissimus nostriqve Amantissimus, Pet. Axenius. Coævus Boethio, ni fallor, fuit BRODERUS ille, cujus *Chronicon Slesvicense*, sive MSta de Rebus Holsato-Slesvicensibus Collectanea, in Biblioth. Publica Hamburgensi, ac aliis Hominum Privatorum offendi. Qvis, cujasve ille fuerit, hactenus ignoro. Nec enim conjecturam meam de Brodero Boisenio, Strandfrisio, Joh. Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliario (cujus *Descriptio Chron.* ab Ant Heimreichio (41) allegatur), tan-

(40) *In Vitis Philos. German. p. 330.* (41) *In Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo.*

tanqvam certam, cuipiam velim obtrudere. Chronicon ipſum Hiſtoriam Epiſcoporum Sleſvicenſium præcipue ſibi ſumit illuſtrandam, & multa cum ſcripto ejuſdem Argumenti Cypræano habet communia.

XIV. NICOLAUS etiam, qvem paulo ante laudavimus, HELVADERUS, præter Obſervationes, qvas *Sylvæ Circ. Balth. Chronologicæ* inſeruit, de Hiſtoria noſtra Miſcellas, ingens non molitus eſt ſolum, ſed ad Umbilicum etiam, ni fallor, perduxit, *Chronicon Holſaticum*, qvod propediem à ſe *in fol.* editum iri, in ejusdem *Sylvæ Prolegomenis & Epilogo* A. 1623. eſt pollicitus. Ab hoc haud credo eſſe diverſum *Chronicon Magnum Ducum Sleſvicenſium*, cujus Editionem ſuis promovere ſumptibus Joh. Adolphus, Dux Holſato-Gottorpienſis, conſtituerat, uti Autor ipſe lætabundus alicubi (42) teſtatur. Eadem forte illud fata expertum eſt cum Opere CASP. DANCKVVERTHII, Viri de ſolo Natali optime meriti, Vernaculo, ab Ævo Carolino, ad præſens uſqve Seculum, Chronologico Ordine deducto, & à *Chorographia* ipſius *Cimbrica* diverſo. Qvæ enim illud antea inter Codices ſuos MStos aſſervabat, Bibliotheca Vicina Gottorpienſis, ab aliqvot jam Annis, uti à præfecto ejus πολυμαθεστάτῳ, Dn. *Pechlino*, nobis relatum, Cimelium hoc deſiderat,

(42) *In Epiſt. Dedic. ad hunc Principem, Deſcriptioni Civitatis Sleſvic. Vernacula A. 1603. præfixa.*

Google

giæ, Svediæ, Livoniæ, Churlandiæ, Prussiæ, Pomeraniæ & Ducatus Megapolitani), Brevem exhibet Descriptionem; Parte autem IIda Res, qvæ in iisdem Regionibus, ab A. 1500. ad A. 1623. contigere memorabiles recenset. Major tamen ejus est in Rebus Chersonesi Patriæ, qvam Exterarum Gentium, Diligentia & Ἀκρίβεια, cui & Principum illius, ac Regum Daniæ, satis prolixum in Parte I. Catalogum, & Observationes Σποραδικὰς qvamplurimas, ab aliis Historicis nostratibus omissas, Partiq; Secundæ insertas, debere nos fatemur. Judicia in Opere hoc de Negotiis, tam Politicis, qvam Ecclesiasticis, reliqvit satis παῤῥησιαστικά. In qvibus uti Ecclesiæ Romano-Catholicæ Asseclis longe se præbet æqviorem, qvam alii inter Lutheranos Theologi, ita Reformatis contra, qvi in Aula Johannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, ad ipsorum Sacra transgressi, qvo ipse exautoratus est tempore, rerum potiebantur, Infestum admodum atque Iniqvum.

VII. Omnibus, quæ *Capite hoc* vel jam commendavimus, vel porro commendabimus, Monumentis Historiæ Cimbricæ modernis palmam & Diligentiæ, & Fidei, & Accurationis facile præripiunt, atque adeo præferri merito postulant, PAULI & JOH. ADOLPHI CYPRÆORUM *Annales Episcoporum Slesvicensium, Unius, Veræ, Sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ statum, quoad ejus Originem, Propagationem ac Muta-*

Mutationem in Regno Daniæ, & Finitimis Slesvici ac Holsatiæ Ducatibus, aliasque Res, quovis Seculo in Ecclesia ac Politia admirandas, vereq; memorabiles, illic gestas & perpetratas, una cum inserta Brevi ac rotunda Regum Daniæ, & Ducum Slesvici ac Holsatiæ Genealogia, Libris III. breviter ac dilucide complectentes ac explicantes, Annoque 1634. Coloniæ Ubiorum excusi (25). Liber plane egregius, qui dum, in Titulo *Annales* tantum *Episcoporum Slesvicensium* pollicitus, in Universam tamen utriusque Ducatus, Slesvic. & Holsatici, Historiam, Civilem pariter atque Ecclesiasticam, se postea diffundit, fraude honesta & landabili suis imponit Lectoribus. Pro Systemate Historiæ nostræ perfecto non ausim quidem illum venditare, cum nonnulla in eo desiderari, plurima vero addi posse, facile videam. Nihil tamen illo doctius, nihil elegantius, nihil Veterum Testimoniis, magno cum Delectu conquisitis, ornatius, nihil denique accuratiori scriptum judicio, me de Rebus nostris legisse fateor, & proinde eundem Historiæ Patriæ Studiosis, præ omnibus aliis hujus Scriptoribus, cupio esse commendatissimum. Sane, qvantum Incolæ Chersonesi hujus Universi *Annalium* istorum Autoribus debeant, vel inde perspicias, qvod, qvicunqve inter modernos Historicos nostrates fuere paulo accuratiores, Danckwerthius

(25) *In 8vo.*

thius imprimis, Olearius atqve Heimreichius, ex hisce fontibus Areolas suas hand parce irrigarint. Apparatum, ad Scriptionem illorum necessarium, ex Archivis, & Veterum Monumentis, Editis ac Ineditis, sollicite congessit, primasq; Operis ipsius Lineas duxit PAULUS CYRRÆUS Slesvicensis, Adolphi, Friderici, Philippi & Johannis Adolphi, Ducum Holsat. Consiliarius, Basilicæ Patriæ Canonicus, & Juris aliqvamdiu in Gymnasio Professor, An. 1609. vivis exemptus. Vir longe Doctissimus, qvi & in Jurisprudentia, & in Elegantiori Literatura, Palmam Optimis qvibusque suæ ætatis reddidit ambiguam, in Archæologiæ autem patriæ peritia parem habuit neminem. Affectum hunc Parentis Laborem continuavit, auxit, & à Caroli M. temporibus, ad Seculi usq; XVIImi initium, perduxit Filius Patrissans, idemq; Libri Editor, JOH. ADOLPHUS CYRRÆUS, Slesvicensis, Templi in Civitate Patria Michaelitani Ecclesiastes ad A. usque 1633. Hoc enim ineunte, in Bataviam, Medicis, Aeris Mutationem febri qvartana diuturna laboranti svadentibus, obsecutus, excurrit, & inde non multo post Coloniam digressus, Ecclesiæqve Romanæ factus Proselytus, Lutheri doctrinam ejuravit, & Popularibus suis eandem in *Annalibus* hisce suspectam reddere allaboravit; ita tamen, ut majorem in eo, qvam aliis Apostatis, & candorem & Mansvetudinem, observes. Cœtera Scriptor

est,

Digitized by Google

eſt, uti diximus, egregius, &, Lambecii (26) etiam ſuffragio, Doctiſſimus, qvem Conſultiſſ. Rachelius merito non ita pridem, ceu *Rerum patriarum peritisſimum, & in Monumentis Antiqvis verſatisſimum*, commendavit, *hujusq; unius Autoritatem pluris, qvam multorum aliorum, faciendam eſſe* monuit. Video etiam, ut obiter hoc addam, in *Catalogo qvodam* mentionem fieri *Hiſtoriæ Slesvicenſis* Pauli Cypræi MStæ. Sed ſceleton eam eſſe ſuſpicor, & Delineationem horum Annalium imperfectam, poſt qvorum Editionem iſta nobis æqvo carere licet Animo.

VIII. ZACHARIÆ HUMERO Smalando, Hiſtoriarum in Acad. Upſalienſi Profeſſori (A. 1650. mortuo), *Hiſtoriam Holſatiæ*, A. 1649. (27) excuſam, tribuunt *Catalogus Biblioth. Steenbuchianæ Hafnienſis*, &, huic forte, vel alteri ejusdem farinæ, more ſuo credulus, Mart. Lipenius (28). Verum, cum nullam Opuſculi hujus Mentionem in Scriptorum Humeri Recenſu, vel apud Schefferum (29), vel apud Wittenium (30), obſervem, haud immerito vereor, ne *Hiſtoria* hæc *Holſatiæ* fruſtra in omnibus vel Suecorum vel Holſatorum Bibliothecis quæratur, &, per Errorem quendam, in locum *Operis de Arte Hiſtoria*, eodem A. 1649, eademque forma, Upſaliæ ab Humero editi, ſubrepſerit. IX.

(26) *In Notis ad Vitam Ansgarii Origg. Hamb. annexam, pag.* 341. (27) *in 8vo.* (28) *in Biblioth. Philos.* (29) *in Suecia Literata p.* 203. (30) *in Diar. Biogr. Sec. XVII, ad A.* 1650. *p. Aaa.* 1. *a.*

IX. Novissime ADAMUS OLEARIUS, Ascania Saxo, Friderici IV. & Christ. Alberti, Ducum Holsato-Gottorpiensium, Mathematicus atque Bibliothecarius, non minus de Septentrionis nostri, quam Orientis, Historia illustranda sollicitus, Slesvigæ A. 1663. (31) Idiomate publicavit Vernaculo *Breve Chronici Holsatici Compendium* (kurtzen Begriff der Holsteinischen Chronica / oder Summarische Beschreibung der denckwürdigsten Geschichte / so von A. 1448. biß 1663 / in den Nordischen Ländern / sonderlich in Hollstein sich zugetragen) / Libellis XIII. comprehensum, & ab initio Dynastiæ Oldenburgicæ, sive A. 1448, ad sua usque tempora, perductum. Quod cum Recentiorem saltem duorum Seculorum Historiam complecteretur, multi autem Antiquioris etiam Notitiam aliquam desiderarent, Iteratæ, quam *Descriptioni Pinacotheca Gottorpiensis Vernaculæ* A. 1674. (32) subjunxit, Editioni Epitomen istius, ex Christ. Solini *Chronologia* excerptam, dedit Comitem. De ANT. HEIMREICHIO, qui Oleario est recentior, locus se dicendi offerret commodior *Parte II. atque III*, in Recensu Scriptorum Historiæ Cimbrorum Ecclesiasticæ, & Frisicæ Particularis, quos inter ille locum merito suo honestum sibi vindicat.

X. Novem Historicos Cimbriæ Recentioris, quorum Libri, Res in Chersoneso hac Uni-

(31) *In 8vo.* (32) *Slesvigæ in 4to.*

universa gestas persecuti, lucem viderunt publicam, hactenus enumeravimus. Seqvuntur jam, ex eadem moderna Ævi Ἱστορικοῦ Periodo, totidem pene Scriptores Inediti, &, hos inter Primus, Autor Incertus *Chronici Holsatici* Vernaculi, quod in Bibliotheca Gottorpiensi asservatur, & in *MStorum illius Catalogo* hac gaudet Inscriptione: *Chronicon* der alten Geschichten uñ Fehden des Landes Holstein. A quo tempore suam ille Narrationem sit exorsus, & qvousq; eandem perduxerit, hactenus ignoro. Ab Oleario tamen (33) nonnulla ex illo video allegari, quæ post Christiani III, Regis Daniæ, è vita hac excessum demum contigerunt.

XI. HENRICUM RANZOVIUM, Cimbriæ nostræ Pro Regem, Marte pariter atque Arte Inclytum, ac toties jam, sed infra merita, à nobis laudatum, Exactissimam aliquando de Rebus Holsaticis Cognitionem Posteritati voluisse impertiri, ex Jonæ Elverfeldii ad suas *de Holsatia Classes Præfatione* addisces. Concinnatam ab eodem ante obitum esse *Historiam Cimbriæ, sive Holsatiæ & Ducatus Slesvicensis*, non Stephanus solum Macropus, in *Oratione*, quam Memoriæ Ipsius consecravit, *Parentali* testatur, sed David etiam Chytræus, qui, ob Opus hoc Ineditum sibi, *Chronicon Saxoniæ* molienti, communicatum, Autori Illustrissi-

 mo

(33) *In Compendio Chronici Holsatici.*

mo ſummas Epiſtola peculiari (34) egit gratias In Petri etiam Lindebergii *Poematis Juvenilibus* (35) hoc occurrit, quo eandem is ornavit, Epigramma Encomiaſticum:

Cimber Cimbrigenum dum fortia colligit Acta
Ranzovius, multa non ſine laude, ſenex,
Eſt pius in Patriam, &, Patriæ regionis Alumni
Ut præſtent Arte & Marte, togaq́;, probat.
Jactet Alexandros ad Cœlum terra Pelasga,
Jactet item Marios Roma ſuperba ſuos!
Quod nihil Auſoniis, nihil Græcis, Cimbria cedat,
Cimbrigenum Virtus, Ranzoviusq́; facit.

Ubinam Terrarum Theſaurus iſte jam delitеſcat, explorare mihi nondum licuit. Vereor, ne in Triſti Arcis Bredembergenſis Direptione, A 1628. à Militibus Cæſareis facta, prorſus perierit. Hodie enim nihil MStorum Herois hujus apud Pronepotem Illuſtriſſimum, Dethlevum Comitem à Ranzou & Louvvenholm, ſupereſſe, ex Literis Viri Ampliſſ., Dethlevi Marci Friſii, ejusdem haud ita pridem Conſiliarii, ſum edoctus.

XII. Ranzovii Exemplo Nomen inter Rerum Patriarum Hiſtoricos affectavit, nec Voto ſuo excidit, JOH. POGVVISCHIUS, Equeſtri itidem inter Cimbros Familia ortus, cujus *Collectanea* hujus generis *Hiſtorica* ab Herm.

(34) *V. Epiſtolas Chytræi, Hanoviæ A. 1614. excuſas, pag. 632.* (35) *P. III. l. 2. p. 183.*

Herm. Hamelmanno (36), Conr. Hövelio (37) aliisqve allegantur. De vita ejus licet nihil mihi hactenus innotuerit, diversum tamen esse scio ab alio ejusdem Nominis ac Prosapiæ Juvene Erudito, Toparcha Övelgünnensi, cui Joh. Caselius *Βασανιστὴν Themistii*, Eilhardus Lutrinus *Paraphrasin Horatianam*, & Frid. Taubmannus *Carmen in Natalem ejus Genethliacum* (38) inscripsere, quemve A.C. 1612. (æt. 28) defunctum Pet. Ruthanus *Laudatione Funebri* Posterorum memoriæ commendavit. Collectaneis hisce Pogvvischianis MStis jungi, & ab Industrio Rerum Patriæ Scrutatore accurate perlustrari merentur Analecta de Rebus, cum Saxonicis in universum, tum Holsaticis imprimis atqve Bremensibus, Lindebrogiana, qvorum in Bibliotheca Hamburgensi Ingens occurrit Copia, lucem Historiæ nostræ haud exiguam fœneratura, si quis cum judicio & delectu ea sibi pervolvenda & excerpenda sumpserit. Congesta sunt à *Viro in Historia*, Schurtzfleischio (39) Judice, *Versatissimo*, & jam sæpius laudato, ERPOLDO LINDEBROGIO, quem Opus de Chersoneso nostra Chorographico-Historicum peculiare molitum esse mihi persuadeo. Schediasmata hujusmodi affecta, non

 au-

(36) *In Catalogo Autorum, Chronico Oldenburgico præfixo.* (37) *in Præfat.* der Hamburgischen Hoheit. (38) *V. Lib. 2. Eleg. p. 238.* (39) *In Annott. ad Res Prussorum, pag. 8.*

autem Libros justa diligentia elaboratos, fuisse etiam credo Labores *de Cimbris atq; Holsatis* Ineditos, qvos à MICH. BEUTHERO, Carolopoli Franco, J.U.D. & Hist. in Acad. Argent. Professore (A. 1587. defuncto), cum aliis MStis qvamplurimis relictos esse, ex Filii Mich. Philippi *Narratione* de illo *Biographica*, Melch. Adamus (40) testatur.

XIII. Seculo hoc XVII. ineunte Ecclesiæ Emtensis sive Evensbüllensis in Strandia Parochus fuit MATTHIAS BOETIUS, scriptor Eruditus atq; Judiciosus, tribusq; *de Cataclysmo Nordstrandico* Libris de Insula illa, ac reliqva Frisia Boreali, præclare meritus. Ineditos reliqvit Annales Holsaticos, qvos in sua asservari Bibliotheca nobis significavit, simulqve Industriam Autoris commendavit, JCtus vicinæ Civitatis Slesvicensis Doctissimus nostriqve Amantissimus, Pet. Axenius. Coævus Boethio, ni fallor, fuit BRODERUS ille, cujus *Chronicon Slesvicense*, sive MSta de Rebus Holsato-Slesvicensibus Collectanea, in Biblioth. Publica Hamburgensi, ac aliis Hominum Privatorum offendi. Qvis, cujasve ille fuerit, hactenus ignoro. Nec enim conjecturam meam de Brodero Boisenio, Strandfrisio, Joh. Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliario (cujus *Descriptio Chron.* ab Ant Heimreichio (41) allegatur), tan-

(40) *In Vitis Philos. German. p.* 330. (41) *In Catalogo Autorum, Chronico Frisiæ Borealis præfixo.*

tanqvam certam, cuipiam velim obtrudere. Chronicon ipſum Hiſtoriam Epiſcoporum Sleſvicenſium præcipue ſibi ſumit illuſtrandam, & multa cum ſcripto ejuſdem Argumenti Cypræano habet communia.

XIV. NICOLAUS etiam, qvem paulo ante laudavimus, HELVADERUS, præter Obſervationes, qvas *Sylvæ Circ. Balth. Chronologicæ* inſeruit, de Hiſtoria noſtra Miſcellas, ingens non molitus eſt ſolum, ſed ad Umbilicum etiam, ni fallor, perduxit, *Chronicon Holſaticum*, qvod propediem à ſe *in fol.* editum iri, in ejusdem *Sylvæ Prolegomenis & Epilogo* A. 1623. eſt pollicitus. Ab hoc haud credo eſſe diverſum *Chronicon Magnum Ducum Sleſvicenſium*, cujus Editionem ſuis promovere ſumptibus Joh. Adolphus, Dux Holſato-Gottorpienſis, conſtituerat, uti Autor ipſe lætabundus alicubi (42) teſtatur. Eadem forte illud fata expertum eſt cum Opere CASP. DANCKVVERTHII, Viri de ſolo Natali optime meriti, Vernaculo, ab Ævo Carolino, ad præſens uſqve Seculum, Chronologico Ordine deducto, & à *Chorographia* ipſius *Cimbrica* diverſo. Qvæ enim illud antea inter Codices ſuos MStos aſſervabat, Bibliotheca Vicina Gottorpienſis, ab aliqvot jam Annis, uti à præfecto ejus πολυμαθεστάτῳ, Dn. *Pechlino*, nobis relatum, Cimelium hoc deſiderat,

(42) *In Epiſt. Dedic. ad hunc Principem, Deſcriptioni Civitatis Sleſvic. Vernacula A. 1603. præfixa.*

rat, nec qvicqvam illius ostendere jam potest Curiosis, præter Titulum hunc in Catalogis superstitem: *Chronica* der Geschichte / so sich / von den Zeiten *Caroli Magni*, in den Hertzogthümern Schleßwig Holstein / so dann auch in den Königreichen Schweden / Dennemarck / ꝛc. begeben. LAMPERTI ALARDI, Parochi in Dithmarsia Brunopolitani, A. 1672. defuncti, *Nordalbingia, seu Historia Rerum præcipuarum, in Nordalbingia, à Temporibus Caroli M, ad A. 1637. gestarum*, *in Catalogis Nundinalibus* jam A. 1634. & 1638. promissa, Itzehoæ apud Filium Autoris delitescit inedita. Sola *Præfatio atque Dedicatio* Typis Glückstadiensibus A. 1634. (43) sunt excusæ. Fallitur proinde Lipenius, qvi, Catalogo Nundinali more suo temere credulus, Librum ipsum Lipsiæ jam A. 1638. lucem vidisse publicam, sibi persuadet.

XV. Atq; hi sunt, de qvibus Chersonesus nostra hactenus gratulari sibi potest, Rerum Cimbricarum scriptores Antiqvi pariter atq; Recentiores, Editi atq; Inediti. Qvorum Labores & Conatus uti laude dignissimos esse ultro fatemur, ita, ut Posteri vestigiis illorum insistant, &, qvæ in Historia Rerum nostrarum NovAntiqva etiamnum desiderantur (desiderantur autem plurima), pari, imo majori, qvam pleriq; istorum, diligentia, è tenebris in lucem protrahant, & Patriam Labore hoc deme-

(43) *In 4to.*

Digitized by Google

mereantur, serio optamus. Missis aliis, unum hoc monebo, multos Cimbriam nostram sequi seculo proximo produxisse Viros Doctos, Eloqventiæ laude, ac styli Majestate pariter atqve Venustate, Exterorum nemini secundos. Tanta tamen fuit illorum ἀλλοτριομανία, tanta circa Res Domesticas Negligentia, ut nemo omnium eo sibi Patriam Beneficio, qvo Meursius & Pontanus Daniam, Loccenius atqve Illustris Pufendorfiius Sueciam, Grotius Bataviam, alii alias Regiones nobis vicinas, devincire voluerit, deqve Historia ejus stylo vere Historico atq; Romanô, & Judicio accurato, elucubranda fuerit sollicitus. Non defuere qvidem inter Chersonesi nostræ Proceres, qvi, de Labore hoc in Dn. Morhofii Humeros, oneri isti haud dubie pares, devolvendo, ante Lustra aliqvot consilia agitarunt, Viroq; summo, ut Sciagraphiam Operis in chartam conjiceret, persuaserunt. Sed intervenere postea, qvæ instituto huic remoram objicerent, qvibusve ille permotus, cum Cimbriæ non liceret Historicis, Orbi Literato Universo Polyhistoricis Ingenii sui Monumentis inservire maluit. Jam palma ista ac laurea in medio est posita. Qvam si qvis, Labori huic exantlando idoneus, vel privato in Patriam affectu ductus, vel, qvod malim, publica Principum illius munitus Autoritate, sibi vindicaverit, & Civis Boni fungetur officio, & qvam Ma-

joribus nostris Calamo veraci laudem conciliaverit atq; gloriam, à posteris vicissim sibi certo poterit promittere.

CAPUT. VIII.

De Scriptoribus Historiæ Bellorum aliquot, aliorumq; in Cimbria Eventuum Singularium, Particularis.

§. I.

HIstoriæ Patriæ Universalis, ab Ævo Carolino ad nostra usqve Tempora, Scriptores NovAntiqvos, duobus, qvæ præcessere, Capitibus, enumeravimus. Jam ab eadem Epocha denuo est inchoandus Recensus Autorum, qvi Particularem Certorum Temporum atqve Eventuum Historiam Libris peculiaribus sunt complexi. Qvæ, Carolo M. imperante, in Cimbria nostra contigerunt, aliiqve Rerum ipsius Scriptores Antiqvi, à Mich. Hertzio (1) recensiti, obiter saltem, & ὡς ἐν παρόδῳ commemorarunt, horum Narrationem accuratiorem, ex iisdem studiose conqvisitam, ac ipsis illorum verbis plerumq; propositam, & Eruditi, & Idiotæ nostri, invenient in ERPOLDI LINDEBRO-

(1) P. III. Biblioth. Germ. num. 670. & seqq.

DEBROGII *Chronico Caroli M.* Vernaculo (neu vermehrter Chronica von dem Großmächtigsten Ersten Deutschen Käyser *Carolo Magno*), Hamburgi A. 1593 (2) excuso. Liber est egregius, & magnam Antiqvitatibus Saxonicis lucem fœnerans, de cujus tamen Allegationibus Autorum Marginalibus J. H. Bœclerus (3) conqveritur, in Autoribus, qvos illæ citant, ne apicem qvidem rei, de qva tractatur, nonnunqvam occurrere Eadem diligentia, qva Lindebrogius Historiam Ævi Carolini Saxonico-Cimbricam, Res in iisdem Provinciis, Ludovico Pio, Filio ejus, Imperatore, gestas, ex Antiqvis Autoribus collegit JOH LETZNERUS Herdesianus, scriptor in Vetustiori Germaniæ Historia Versatissimus, in *Chronico Monasterii Corbejensis* vernaculo, Hamburgi A 1590. publicato, &, cum Augmento insigni, Hildesiæ A. 1604 recuso (4); imprimis vero in peculiari Vitæ Rerumq; Ludovici Narratione, qvæ eidem Editioni Hildesiensi accessit, hoc Titulo conspicua: *Chronica* und Historische Beschreibung des Lebens / der Händel und Thaten des Großmächtigsten Andern Teutschen Käysers / *Ludovici Pii*, &c.

II. A Seculo IX. ad XIVtum nos avocat Publica, qua, Anno hujus LXII. exeunte, Cataclysmus Ingens Provincias Ducatus Slesvicensis Maritimas sive Frisicas, Parochiis illarum 30.

 inte-

(2) *In 4to.* (3) *In Diss. de Widekindo M. p. 20.*
(4) *In 4to.*

integris, Pagisque aliarum plurimis, absorptis, miserandum in modum afflixit, Calamitas. Cum enim cœterarum, quibus Chersonesus hæc olim à Numine Irato subinde fuit castigata, Inundationum vel nulla, vel exigua, superlit memoria; hujus tanta fuit noxa, & in Frisios nostros sævitia, ut Nomen Vernaculum Manndrenckelse unanimi illorum consensu obtinuerit, ac NICOLAO BRUNIO, Episcopo Slesvicensi, Parochiarum, quibus Violentia ejusdem Diœcesin suam spoliaverat, Catalogum concinnandi præbuerit occasionem. Ex MSto hujus Exemplari, situ & vetustate pene corrupto, Nomina istarum exhibuit Possessor illius, Joh. Ad. Cypræus (5) & ex hoc vicissim descripserunt Dancvverthius (6) atq; Heimreichius (7). *Commentarius*, qvem ab Huitfeldio (8) Nicolao huic tribui video, *Rerum suo tempore gestarum Historicus*, vereor ne idem sit cum *Catalogo* nostro, de qvo Rumor aliqvis, sed non satis certus atq; Distinctus, ad Virum Illustrem videtur esse perlatus. Autori Annum, in qvem Cataclysmus incidit, 1362. fuisse emortualem, Quatuorviri, qvos allegavimus, Clarissimi perhibent. Sed meo judicio, & vita, & Ἐπισκοπὴ Ecclesiæ Slesvicensis, diutius illi est proroganda. Ex Huitfeldio, enim sua ipsius vineta cædente

(5) *In Annal. Episcop. Slesv. p. 338. 339.* (6) *P. II. Chorogr. Cimbr. c. 5. pag. 93.* (7) *In Chronico Frisiæ Borealis, p. m. 174--177.* (8) *In Chronico Episcc. Daniæ p. 12.*

dente illum A. 1366. Comitiis in Seelandia Calundburgensibus interfuisse, liqvido constat.

III. A. 1474. Holsatia & Stormaria nostra, qvæ hactenus inter Comitatus Imperii Germanici numerabantur, à Friderico III Imperatore, Christiano I, Danorum Regi, gratificaturo, accedente Electorum Principumqve consensu, prærogativam hanc obtinuerunt, ut cum Dithmarsia, Ducum Holsaticorum Ditioni ab eodem adjecta, uno eodemqve Ducatus Holsatici titulo in posterum gauderent. Diplomatis, qvo Erectio hæc Ducatus Holsatiæ continetur, Cæsarei, à Rege, qvem diximus, Augustissimo, dum in Itinere Italico Fridericum, Rotenburgi ad Tubarim degentem, invisit, XVI Kal. Mart. A. 1474. impetrati, Editionem HENR. MEIBOMIO Seniori, debemus in cujus *Opusculorum Historicorum Sylloge*, A. 1660. edita (9), illud cum Qvadriga Diplomatum Antiqviorum, Ducatuum Brunsvicensis, Hennebergici, Lucensis & Lützenburgici Primordia detegentium, iterata vice est recusum. Soli ex Chersonesi hujus Incolis illi refragati sunt Dithmarsi, Libertatis, in qvam ab aliquot jam seculis se asseruerant, tenacissimi, nec, nisi Armata Manu, & seculo pene integro jam elapso, ut morem illi gererent, à Christiani Pronepote, Friderico II, Rege Daniæ, & Nepotibus, Johanne ac Adolpho, Ducibus Hol-

(9) Pag. 515 - 518.

Holſatiæ, adigi potuerant. Dithmarſicæ iſtius, qvæ in A.C. 1559. incidit, Expeditionis Hiſtoriam, perqvam memorabilem, Libris peculiaribus expoſuerunt HENR. RANZOVIUS (qvi ſub *Chriſt. Cilicii* Larva deliteſcere conſultum duxit), HIERON. OSIUS, CASP. ENSIUS, & Anonymi aliqvot, qvorum Recenſum *Pars IVta*, Dithmarſicam illuſtratura Hiſtoriam, ſibi vindicat.

IV. Annum Seculi XVI. Octuageſimum nobilitavit Actus Solennis, qvam vocant, *Inveſtituræ* Ducatus Sleſvicenſis, cujus Feudum Othonia, Fioniæ Metropolis, IV. Non.Maji, Johanni Seniori atqve Juniori, & Adolpho, Ducibus Holſatiæ, à Friderico II, Daniæ Rege, ingenti cum Pompa, vidit conferri. Vernaculam illius Deſcriptionem, Hamburgi A.1581. (10) excuſam (Hiſtoria von dem herlichen Triumpff und Ehren-Tage / ſo durch Friderich den Andern / König zu Dennemarck / und Herrn Adolphen / und Herrn Johann den Jüngern / Hertzogen zu Schleßwig Holſtein / zu Odenſee in Fünen / den 3. Maji A. 1580. iſt gehalten / ſampt allen Umbſtänden und Gelegenheit beſchrieben), reliqvit JAC. KRÖGERUS Eiderſtadienſis, Eccleſiaſtes in Civitate Hamburgenſi Jacobæus, biennio poſt (A. 1582.) defunctus. Exſtat etiam ANDR. VELLEJI, Theologi Ripenſis, & Hiſtoriographi Regii, *Oratio Panegyrica, Friderico*

(10) *In 4to.*

co II, Regi Daniæ, cum Ottoniæ, in publicis Regni Comitiis, d. 3. Maji A. 1580, Feudo Ducatus Slesvicensis Illustrissimos Holsatiæ Duces solenni ritu investiret, oblata, & Typis Hafniensibus eodem An. 1580. impressa (11).

V. Seculo hoc XVII. Coldinga, Oppidum Jutiam Borealem ab Australi distermimans, eundem Investituræ Fendalis Actum à Christiano IV. Rege A. 16:6. (in cujus locum Olearius (12) seqventem 1617. male substituit] d. 2. Dec. repetitum spectavit, cum Fridericus IV, Dux Holsato-Gottorpieusis, per Legatos suos, Godschalcum Wensinium & Johannem à Wisch, Feudum Slesvicense à Cognato hoc Monarcha peteret atq; impetraret. Historiam Solennitatis istius, sed Krögeriana longe breviorem, Qvaternioui inclusit unico NICOL. HELVADERUS, Mathematicus Regius, & Slesvigæ eodem Anno, Idiomate Vernaculo, publicavit. Scriptores de Cataclysmis, qvi præcedenti Qvadriennio Provincias Cimbriæ Maritimas, imprimis autem Nordstrandiam, grandi multarunt Infortunio, commendatos, *Pars hujus Isagoges IIIia*, in Insulæ illius Historicorum Recensu, indicabit.

VI. Decennio post [A. 1627.] alia, sed gravior longe, Chersonesum hanc Universam afflixit, & pene oppressit, Tempestas Bellica, à Milite Cæsareo, eandem ingresso, & per Annos

(11) *In 4to.* (12) *In Compend. Chron. Hols. Vernaculo, p. 187.*

nos aliqvot depopulato, concitata. Qvanta hujus fuerit ferocia, qvanta in Incolas miserrimos truculentia, ignorare Posteros noluit MART. CORONÆUS Junior, Kiloniensis, Ecclesiæ in Vicinia Oppidi Patrii Flintbeckensis Parochus, cujus MStum olim legi Vernaculum, Ironica hac Inscriptione istam perstringens: *Opera Supererogationis Militum Pontificiorum*; Uberflüssige gute Wercke der Papistischen Kriegs-Leute/ nachdem sie das Land Holstein A. 1627. überfallen und ausgeplündert/ und viele unmenschliche Thaten begangen; Insonderheit/ was sie vor Hostilitäten und Schand-Thaten in den Neutralen Fürstlichen Landen/ wieder gegebene Assecuration und Salvaguardie, verübet. Nec defuit, qvi currentibus, & sponte sua facinora patrantibus crudelissima, calcar incentivo plusqvam Hostili adderet, scriptor ψευδώνυμος profligatissimæ audaciæ, nec minoris maledicentiæ, CHRISTIANUS de PURA, qvi Illustrissimi Ducis Holsatiæ Consiliarium se appellare, præ immani meutiendi libidine, non dubitavit. Edidit is AN. 1627. (qvo *hoLsatIa, DIthMarsIa, sLesVIgIa & IVtIa sVperantVr*) (13) *Classicum Paciferum Daniæ, quo VIII. Rationes suggeruntur, cur cum Christiano IV, Rege Daniæ, ejusque Filiis, S. Cæsareæ Majestati non nisi Armis pax sit ferienda.* Libellum hunc, contra Monarcham istum Arctoum, subditosqve illius Uni-

(13) *In 4to.*

Universos, Famosum non ab Indigena, sed Extero, & Pontificio haud dubie Autore, esse profectum, calamus illius scurriliter dicax, & Religioni Lutheranæ infensissimus, liqvido testatur.

VII. A. 1633. Fridericus, Dux Holsato-Gottorpiensis, Princeps Literatissimus, & summæ in Historia Gentium peregrinarum Curiositatis, partim, ut huic satisfaceret, partim vero, ut Subditorum Commercia in ipsam usq; Asiam propagaret, Philippum Crusium & Ott. Brüggemannum, Consiliarios suos, ad Mich. Fedrovvizium, Magnum Moscoviæ Ducem, & Schach Sefi, Persarum Regem, misit Legatos, eosdemqve, post Iter Sexennale, Negotiis feliciter qvidem, sed exiguo Incolarum Chersonesi nostræ commodo, expeditis, in Aulam suam, cum Legatis Moscovitico & Persico, reduces, A. 1539. denuo spectavit. Totam & Itineris, & Legationis hujus Historiam ADAMUS OLEARIUS, Ascania Saxo, Legatorum in Persiam Holsaticorum Consiliarius ac Secretarius, &, post reditum ex Oriente, Ipsius Friderici, Ducis Holsatiæ, Bibliothecarius atqve Mathematicus, eleganter admodum exposuit in *Hodoeporico*, qvod Vernaculo conscripsit Idiomate, *Moscovitico-Persico* (der außführlichen Beschreibung der kundbahren Reise nach Moscau und Persien / so / durch Gelegenheit einer Holsteinischen Gesandschafft / von Gottorff aus ge-

geschehen / worinn die Gelegenheit der Oerter und Länder / wodurch die Reise gegangen / als Liefland / Rußland / Tartarien / Meden und Persien / samt dero Einwohner / Natur / Leben / Sitten / Hauß- Welt- und Geistlichen Stande / mit Fleiß sind auffgezeichnet / und mit vielen Figuren gezieret). Tres illius prostant Editiones Germanicæ, Typis Slesvicensibus A. 1647. 1656. & 1663. (14) excusæ, ac, cum aliis Elogiis Amicorum Autoris Metricis, tum Applausibus Inclytorum Aulæ Gottorpiensis Procerum, Joh. Ad. Kielmanni & Lev. Nic. Moltkenii, summi item Sacrorum in eadem Antistitis, Joh. Reinbothii, Epistolicis superbientes. Qvamprimum lucem illud aspexerat publicam, magno confestim in pretio cœpit haberi, non ab Hominibus solum Illiteratis, Narrationum Amoenitate & varietate captis, sed Viris etiam Eruditis, & magni in Rep. Literaria nominis, nullibi vel Certiorem, vel Accuratiorem Rerum Persico-Russicarum notitiam, qvam in Opere isto, inveniri, haud vane persuasis. Certe non Germanis solum, sed Exteris etiam, abunde illud satisfecisse, præter versiones qvamplurimas (Gallicam scilicet Adami Vicqvefortii, Electoris Brandeb. Consiliarii, & Legati in Aula Gallica Ordinarii, Parisiis A. 1659. 1666. & 1679 (15), Anglicam Johannis Davies, Londini A. 1666. (16), & Belgicam

(14) *In fol.* (15) *in 4to.* (16) *in fol.*

gicam Anonymi, Amſtelodami atq; Ultrajecti A. 1651 (17) impreſſam), Luculenta oſtendunt Elogia Sam. Bocharti, Pet Dan. Huetii & Georg Hier Welſchii Triumvirorum πολυμαθεστάτων, & inter Principes Ordinis Literarii merito ſuo numerandorum. Ex quibus illi (18) Olearius *Scriptor* audit *Doctiſſimus*, *& Teſtis de Rebus Perſicis* αὐτόπτης, *idemq;* ἀξιοπιστότατος, iſti (19) *Teſtis Oculatus*, *& Scriptor Integerrimæ fidei*, Huic autem (20) *Vir Rerum Perſicarum longe peritiſſimus*. Jungi Oleario, in Itineris hujus Hiſtoria, meretur Indivulſus ipſius in eodem Achates, PAULUS FLEMMINGIUS, Hartenſtenio Variſcus, Med Doctor, in Civitate Hamburgenſi A. Sal 1640. ætatis autem 31, denatus: Scriptor Cimbriæ noſtræ Adoptivus, Idemq; Poëtarum Germaniæ Vernaculorum, ne ipſo quidem Opitio excepto, Buchneri, Gudii atq; Morhofii Judicio, facile Princeps. In Sylloge enim Carminum illius Vernaculorum Eleganti (cujus Editionem, poſt tot Mendis oppletas innumeris, Novam, eamq: Emendatiſſimam hactenus ab Illuſtri Gudio ſperavimus, & nunc, poſt illius Exceſſum, ab Ampliſſ Amiciſſimoq; Axenio expectamus), & Collectione Latinorum, magnâ etiamnum Partem Ineditorum, MSta, plurima offendes

(17) *In 4to. & 120.* (18) *In Hierozoico, lib. 2. cap. 1. & 32, pag. m. 66. & 312.* (19) *In Demonſtrat Chriſtiana pag. 137.* (20) *In Exerc. de Vena Medinenſi pag. 6.*

Poemata, in Itinere hoc ipsi nata, & Historiam ejusdem egregie illustrantia. Quæ, uti in iisdem, quibus *Libros Tristium, & de Exilio Pontico*, Ovidianos debemus, Regionibus sunt concinnata, ita Inventionis etiam Acumine, & Metrorum Venustate, istis proxima, imo, si Genium Linguæ & Poëseos Germanicæ accuratius inspicias, omnino conferenda.

VIII. Tribus post Tempestatem Belli Cæsarei, amica in Civitate Lubecensi Transactione, sedatam lustris, Nova, eaq; ista haud mitior, ac magis etiam improvisa, Chersoneso nostræ, Suecis ex Vicina Germania Arma sua in illam, præter omnium Expectationem, transferentibus, biennio integro incubuit. *Historiam Belli* hujus *Danico-Suedici, An. 1643. 1644. & 1645. gesti*, Libris III, Holmiæ A. 1676. (21), & Argentinæ A. 1679. (22) excusis, Christinæ, Suedorum Reginæ, Jussu, est complexus JOH. HENR. BOECLERUS, Publicus Eloq. & Hist. in Academiis Argentoratensi atq; Upsaliensi Interpres, ac Regni Suedici Historiographus. Quoniam autem Ille Affectui suo in Hostes nostros, quorum merebat stipendia, justo propensiori Scriptionis Historicæ leges non raro posthabuit, conferenda sunt, à Rerum Patriarum studiosis, cum Libro hoc Bœcleriano, Scripta Danorum Publica, quibus Irruptionis istius iniquitas ὀφθαλμοφανερῶς,

(21) *In 4to.* (22) *In 8vo.*

ξῶς, flagrante etiamnum Incendio Bellico, est demonstrata. Talia sunt: 1. *Dania ad Exteros, de Perfidia Suecorum*, A. 1643. in 4to; *Scriptum*, Joh. Decklero (23) judice, *Tenue quidem, sed famæ Suecorum grave & molestum*, quod Rumor pervulgatus Viro summo, THEOD. REINKINGIO, Regio in Holsatia Cancellario, attribuit, sed invito, qvem modo allegabamus, JCto Κρλικωτάτῳ; 2. *Succincta Relatio de Exercitus Suecici in Holsatiam & Jutiam improvisa Irruptione*, A. 1644. in 4to. (*Lat.*, *Gall. & Germanicè*); 3. *Refutatio Manifesti Suecici*, A. 1644. in 4to. (*Lat. Dan. & Germanicè*); 4. Ertzbischöffliche Bremische abgenöthigte Defension; Das ist: Kurtzer Bericht / welcher gestalt Ihre Hoch-Fürstl. Durchl. von der Königl. Schwedischen Generalität / wieder die auffgerichtete klare Verträge / erhaltene völlige Neutralität / Königliches Wort und Versicherung / ohne eintzige dazu gegebene Ursach und Warnung / mit Heers Macht feindlich sey überzogen und tractiret / und dahero die Defensions-Waffen zu ergreiffen genöthiget; Glückst. 1644. in 4to; 5. *Diarium Tychopolitanum*; Oder kurtze Verzeichniß dessen / was / zeit wehrenden Schwedischen Einfalls in Holstein / gegen dieselben / aus Glückstatt tentiret und effectuiret worden; A. 1646. in 4to. Adde his, quod eodem tempore (A. 1645.) prodiit, Poemation Vernaculum ψευδώνυμον:

(23) *In Conjecturis de Scriptis Adespotis pag. 177. 178. Edit zia Amstelod.*

Friedliebs von Sanfftleben Holsteinisches Klag- und Jammer-Lied / an Georg. Philip Harsdörfern; cujus se Autorem esse JOH. RISTIUS, 7. post annis, publice est professus (24). Pro Suecorum Partibus militant: 1. Schwedisches Manifest, worinn die Ursachen angeführet werden / welche Ihre Königl. Majestät in Schweden bewogen / einen Krieg wieder Christianum IV, König in Dennemarck / zu resolviren; 2. Wiederlegung des Dänischen Manifests wieder die Kron Schweden. Utrumq; Scriptum Holmiæ, non Germanico solum, sed & Latino ac Suecico Idiomate, A.1644. est excusum.

IX. Halcyonia Cimbriæ nostræ, post Bellum hoc, Duodecennalia A. 1657. turbavit Iterata Suecorum, Nostratium Armis lacessitorum, ex Polonia in eandem Irruptio. Quantis quibusve Chersonesus hæc, à Milite, non Hostili solum, sed & Fœderato (Cæsareo, Pollonico & Brandeburgico), afflicta, integro, quo Bellum istud, post pacem infidam à Suecis denuo instauratum, duravit triennio, pene succubuerit Calamitatibus, JOH. RÖLINGIUS, Lütkenburgo Holsatus, Poeseos postmodum in Acad. Borussica PP., in Poematio Eleganti, Rostochii (*sub Tit.* Θρηνοπάτρεια) excuso, Graphice expressit atq; deploravit. Plurima, triennali isto temporis

(24) Im Teutschen *Parnasso p.* 606.

poris spatio, & à Nostris, & ab Hostibus, divulgata sunt scripta Polemica, nec segnius Calamis aculeatis, quam Telis ac Gladiis, depugnatum. Omnia enumerare nostri non est instituti, quibus ἐξοχωτάτων, & Res in Cimbria gestas persequentium, sufficit Notitia. In hunc censum referri merentur ex Danicis: 1. *Jus Feciale Armatæ Daniæ*, Hafniæ 1657. in 4to; 2. *Causæ Manifesta Belli, à Serenissimo Principe, Friderico III, Daniæ & Norw. Rege, adversus Carolum Gustavum, Suediæ Regem, suscepti*, Hafn. 1658. in 4to. 3. *Narratio, qua exponetur, Suecos Pacem Roeskildensem rupisse*, Hafn. 1658 in 4to; 4. *Perspicua, Actorum Scriptorumq; Prototyporum fide fulta, Narratio, qua, quæ, post factam Roeskildiæ d. 26. Febr. A. 1658. Pacem, in consecutis paulo post Hafniensibus Tractatibus, inter Commissarios Danicos, & Legatos Suedicos, ut & alibi, acta sint, exponitur; manifestum toti Orbi reddens, Suedos, Pace Tractatibusq; illis ruptis, nulla Belli Denunciatione præcedente, nullo, vel in speciem, Jure, Regiam sedem Hafniam, & Castellum Croneburgum, d. 9. Aug. ejusdem Anni obsidere coepisse.* Hafn. 1658. in 4to; 5. *Speculum Fidei Danicæ, & Perfidiæ Suedicæ*, A. 1659. in 4to; 6. *Refutatio Manifesti Suecici, super Bello post pacem Roeskildensem continuando*, Hafn. 1660. in 4to. Suecis patrocinantur, ac partim EDVARDO PHILIPPI EHRENSTEINIO, Aulæ Suedicæ Consiliario & Cancellario (25) partim vero, uti ab Amico mihi est relatum,

(25) V. Joh. Schefferi *Suecιam Literatam* p. 175.

DAVIDI MEVIO, Tribunalis Wismariensis Vice-Præsidi, debentur, cum alia complura, tum hæc cœteris celebriora: 1. *Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub Titulo Juris Fecialis, alterum sub nomine Manifesti exiit*, Gryphisvv. 1657. 4to; 2. *Expositio Causarum, ob quas Rex Sueciæ Bellum etiam post Pacem Roeskildensem continuare fuit coactus*, A. 1658. in 4to; 3. *Relation* von demjenigen/ was zwischen Ihrer Königl. Majestät zu Schweden Herren Deputirten, eines/ und Ihro Chur-Fürstl. Durchläuchtigkeit zu Brandeburg Abgesandten / andern theils/ im Junio des 1658. Jahrs zu Flenßburg vorgegangen; A. 1658. in 4to. Favet etiam iisdem scriptum Vernaculum Anonymum, A. 1657. & 1659. (26) excusum, sub Tit. Ein Holländisches Pratgen / zwischen Peter Janson Kauffmann/ und Mag. Peer / Feld-Predigern / von dem jetzigen Kriege zwischen den beyden Nordischen Kronen gehalten. Autor illius est *Joh. Balth. Schuppius*, Theol. Hamb. Eximius, cujus Judicio in Sacris accurato & παῤῥησιαστικῷ quamvis plurimum merito tribuatur, hoc tamen in Negotio, mere πολιτικῷ, nec à Partium studio est immunis, nec à Reatu πολυπραγμοσύνης videtur posse absolvi.

CAPUT

(26) *in 12o. Recensum est, inter Opera Schuppii Vernacula, pag. m. 380 - 402.*

CAPUT IX.

De controversiis Cimbriæ, hoc atque Superiore Seculo, Illustribus, & scriptis, quibus illa ventilatæ sunt, Publicis.

§. I.

MEntionem etiam in Isagoge hac aliquam merito, cũ Partem Historiæ nostræ constituant haud Infimã, sibi vindicant Controversiæ, quæ, vel inter ipsos Chersonesi nostræ Principes sunt enatæ, vel iisdem cum Exteris Magnatibus atque Rebuspublicis intercessêrunt, Illustres. Quoniam autem Accuratior & Uberior de plerisque istarum Tractatio, uti Poeta Venusinus (1.) recte jam olim monuit, *Periculosæ est plenum opus Aleæ*, quod aggressurum, *per Ignes cineri Doloso suppositos* assidue oportet *incedere*, prolixiori illarum Narratione, & Judicio de iisdem, abstinebo, Nomenclatoris tantum Partes, in Libellis Polemicis præcipuis, utrinq; editis, enumerandis, mihi vindicaturus. Quam etiam ob causam, de solis istis commentari mihi est decretum, quæ Scriptis Typorum Beneficio publicatis sunt agitatæ, reliquis, quæ per Antilogias & Apologias Ineditas ventilari cœperunt, plane omissis. Probe enim memor sum, Scriptorem me esse Privatum, cujus non est Palæmonem hic agere, aut

(1.) *V. Horat l. 2. Od. 1.*

tantas Procerum *componere Lites.*

II. Has inter primas se nobis offert, quæ Seculo superiore, inter Christiernum II. a Regia apud Danos Dignitate per Ordines Regni deturbatum, &, qui in eadem ipsi subrogabatur, Fridericum I. Patruum ejus, & Chersonesi nostræ Principem, enata, Bello Ferali, & diuturnæ Christierni Captivitati, præbuit occasionem. Consulendæ de illa sunt Literæ Friderici Publicæ, ad Imperii Romani Electores atque Principes A. 1523. exaratæ, quibus causas Belli, adversus Cognatum a se suscepti, iisdem exposuit; quasve Joh. Petræus noster, in *Chronico Holsatiæ.* (2.) Germanico, & Har. Huitfeldius, in *Annalibus Danicis,* (8.) Danico Idiomate, legendas nobis exhibuerunt. Reposuit iis CORN. DUPLICIUS SCEPPERUS, Neoportuensis Flander, Christierni Consiliarius (ab Erasmo, ob Doctrinā multiplicem, & Stylum, in soluta pariter atque ligata Oratione, facilem ac Expeditum, in *Ciceroniano* maximopere commendatus,) Apologiam pro Rege suo, Monarcharum istius Ævi infelicissimo, Typis Melch. Lotteri A. 1524. (4.) cum hac excusam Inscriptione: *Christiani II. Daniæ & Sueciæ Regis, Responsio ad duas Epistolas Friderici, Ducis Holsatiæ, de Bello adversus eum suscepto.* III. Suc-

(2.) *P. IV. p.* 140 143. (3.) *P. VI. p.* 1220. 1221. (4.) *in 4to.*

III. Succedat huic Controversia, quæ Anno Seculi jam ad finem decurrentis XXmo, Ernesto Schauenburgico, Principibus Imperii à Cæsare adscripto, ob Titulum Ducis & Comitis Holsatiæ (sub hoc Prætextu, quod & à Priscis Holsatiæ Comitibus esset oriundus, & Partem ejusdem aliquam, Comitatum sc. Pinnebergicum possideret,) temere usurpatum à Christiano IV. Daniæ Rege, est mota, & Anno sequenti 1621, quo Rex Ernestum armata manu, ut isto abstineret; adegit, composita. Historia illius petenda est è scriptis, cum Regiis (1. Schreiben an Graff Ernsten zu Schaumburg / wegen Anmassung des Fürstlichen Holsteinischen Tituls. Schleßwig 1620. in 4to. 2. Zwey Schreiben / so zwischen Ferdinando II. Römischem Käyser / und dem Könige von Dennemarck / wegen Erhöhung Graff Ernsten von Schaumburg zum Fürsten-Stande / ergangen sind; A. 16 1. in 4to.) à Mich Casp. Lundorpio *Tomo Actorum Germaniæ Publicorum Tertio* postmodum insertis (5), tum Schauenburgico, cujus Titulum hunc, sed absqve mentione Anni, quo prodiit, alicubi observavi: Schauenburgische Deduction und Bericht vom Uhrsprung / Herkommen Zustand und Bewandniß der Alten Fürstlichen Graffschafft Hol-

(5) *Cap. 39. & 40.* V. Speneri *Syllogen Historico-Genealogicam, p. 143.* & Ad. Olearii *Compend. Chron. Holsatici,* l. 10. c. 3. p. 192- 197. qui Autores compendiariam etiam exhibent Controversiæ hujus, ex opere Lundorpiano, Historiam.

Holſtein / darinn gründlich und außführlich deduciret wird / was es mit derſelben vor eine Gewohnheit ſo wol vor / als nach dem Vertrage zwiſchen König Chriſtiano I. zu Dennemarck / und den Graffen zu Holſtein Schaumburg / A. 1460. zu Oldesloe auffgerichtet / jederzeit gehabt / und was die Graffen zu Schaumburg vor Herrſchafften / Rechte und Gerechtigkeiten / in derſelben Graffſchafft Holſtein / ihnen vorbehalten / und biß auff gegenwertige Zeit erblich beſeſſen; mit Beylage der Documenten / worauff ſich der Bericht referiret *(6)*.

IV. Anno 1640. Ramus Familiæ Comitum Schauenburgicorum Weſtphalicus in Ottone, ultimo illius Surculo, defecit, &, mox ab Exceſſu illius, Comitatus Stormariæ Pinnebergicus, cujus Dominio Linea iſta jam per Annos 170. erat gaviſa, tanquam Apannagium Holſaticum, à Chriſtiano IV. Rege Daniæ, & Friderico IV. Duce Holſatiæ, denuo eſt occupatus. Mota quidem eſt ipſis à Fiſci Cæſarei Patrono de ſucceſſione hac Controverſia. Sed cum Jure hanc illis deberi, Scripto peculiari Vernaculo (des Hauſes Holſtein Jura über Pinneberg. (7)) fuiſſet oſtenſum, & Grandis Æris alieni, à Comitibus Schauenburgicis contracti, Summa ab iisdem diſſoluta, ipſe tandem Cæſar, ut Comitatus hic ad Ducatum, à quo avulſus erat Holſaticum poſtliminio rediret, haud gravate conceſſit

(6) *In fol.* (7) *In 4to.*

cessit (8). Duces quoque Saxo-Lauenburgici aliquid sibi juris in Ditiones Schauenburgicas, ac forte in hunc etiam Comitatum, putarunt competere, eaque de causa A. 1641. (9) luci exposuerunt publicæ: Einen kurtzen Bericht des wolbefugten Rechtens/ so das Alte Hauß Sachsen/ Engern und Westphalen zu denen von Graf Otto zu Holstein verlassenen Land und Leuten hat. Quod Scriptum, olim obiter tantum à me inspectum an Ducibus Holsatiæ sit oppositum, jam non recordor.

V. Intestinæ fuere Duæ quæ, ab A. 1667. ad A. 1676. Augustissimus Daniæ Regibus, & Christiano Alberto, Duci Holsato-Gottorpiensi, cum Joachimo Ernesto, Duce Holsato-Plönensi, intercessere controversiæ, ad Judicium tandem Imperiale Aulicum delatæ, & per sententiam istius definitivam sublatæ. Priori occasionem subministravere Dissidia de Jure supremi Domini, & Exactionum seu *Collectarum*, quod Ducibus Holsatiæ, quos vocamus, *Regentibus*, in ditiones Parenti suo, Johanni Juniori, Apanagii loco assignatas, competere Joachimus Ernestus negabat. Ventilata est ista scriptis sequentibus: 1. Königl. Dänischer und Fürstl. Gottorfischer kurtzer/ jedoch gründlicher/ Bericht des nicht weniger unfüglich/ als gar unförmlich/ geführten Processus Hertzog Joachim Ernsten zu

(8) V. Danckwerthii *Chorogr. Cimbr. P. III. c. 14. p.* 275. 276. (9) *in 4to.*

Digitized by Google

zu Holstein Plön / wieder Ihre Königl. Majestät und Hertzog Christian Albrecht zu Holstein Gottorff / als regierende Hertzoge zu Holstein / in puncto Collectarum, A. 1667. in 4to 2. Fürstl. Plönische Schutz-Rede / wieder den Königlichen und Gottorfischen Bericht des unförmlich geführten Plönischen Processus; A. 1668. in 4to. 3. Dänischer und Gottorfischer erwiedrigter Bericht / warumb Hertzog Joachim Ernst zu Plön die im Hertzogthum Holstein hergebrachte Collecten ohnweigerlich abzutragen schuldig; mit beygefügter Rechtlicher Wiederlegung der Schutz-Rede des Gegentheils A. 1668. in 4to. 4. Plönische Defension-Schrifft wieder den so genandten erwiedrigten Bericht, A. 1669. in 4to.

VI. Controversia hac nondum decisa, alteri, de Successione in Comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano, ansam præbuit Annus 1667. Antonio Günthero, Comitum Oldenburgicorum ultimo, Emortualis. Hanc enim successionem, quam Rex Daniæ, & Dux Holsato-Gottorpiensis, ob Expectativam Cæsaream, & Pactum cum Defuncto initum, & Testamento ipsius confirmatum, sibi deberi affirmabant, Joachimus Ernestus Dux Plônensis, ceu Proximus Antonii Guntheri Agnatus, suæ vindicabat Familiæ, & A. 1676, per Dicasterii Aulici Imperialis Sententiam, * in Comitatus

tatus utriusqve possessionem immittebatur. Immissus confestim utroqve Regi Daniæ, quocum jam A. 1671. (quinquenniæ ante latam sententiam) transegerat, cessit, &, in locum illorum, alias in Ducatibus Slesv. ac Holst. Ditiones obtinuit (10). De Controversia hac, Primo illius Triennio (ab A. 1668. ab A 1671), quo Plönensibus, & cum Rege Daniæ, & cum Duce Holsato-Gottorpiensi, erat disceptandum, hæc utrinque prodiere Scripta Polemica: 1. **Plönische Vorstellung des näheren** Successions-**Rechten Herzog Joachim Ernsten zu Holstein-Plön/ an den Grafschafften Oldenburg und Delmenhorst/vor Ihrer Königl. Majestät zu Dennemarck / und Fürstl. Durchläuchtigkeit zu Gottorf.** A. 1688. in 4to 2. Königl. Dänische und Gottorffische gründliche Informatio Juris & Facti, woraus augenscheinlich erhellet / daß Ihre Königl. Majestät / und Fürstl. Durchlauchtigkeit/ zu den Grafschafften Oldenburg und Delmenhorst privative bemächtiget seyn/ entgegen gestellet der Plönischen Vorstellung: A. 1668. in 4to. 3. **Die Plönische Vorstellung aufs neue wieder aufgelegt/ und mit einer Ablehnung der gegenseitigen** Information Juris & Facti **vermehret.** An. 1668. in 4to.

(10) V. de hac Controversia Jac. Wilh. Imhoffii *Notitiam Procerum S. Rom. Imp. lib. 4. cap. 9. pag. 335. 336. 337. Edit. Noviss. Tubing.*

in 4to. (11) in 4. Dänische und Gottorfische Acten mässige/ und zu Rechte vest gegründete Ursachen warum Ihre K. Majestät/ und Fürstliche Durchlauchtigkeit/ zu denen in wircklichen Besitz haben den Grafschafften / Oldenburg und Delmenhorst/ allein und privative berechtiget / und das Fürstl. Haus Plön mit ihrem Gesuchen nicht zu hören/ sondern abzuweisen sey. A. 1670. in 4to. Posteriori autem Quinquennio (ab A. 1671. ad A 1676.) quo cum solo Duce Holsato-Gottorpiensi res fuit Plönienſibus, sequentia: 5. Gottorfische kurtz verfaste Recapitulation der Ursachen / warumb das Fürstl. Hauß Holstein Plön/ & Consortes, zu den Graffschafften Oldenburg und Delmenhorst noch zur zeit kein Fug noch Recht haben; samt einer Summarische Erzehlung/ was/ die Oldenburgische Succession betreffend/ zwischen Ihrer Königl. Majestät zu Dennemarck/ respective dem Fürstlichen Hause Gottorff / und dem Fürstl. Hause Plön / zu Kopenhagen jüngsthin vorgegangen; An. 1671. in 4to (12). 6. Des Fürstl. Plönischen Hauses Oldenburgische und Delmenhorstische Successions-Sache Summarischer Weise vorgestelket / in 4. Theilen/ und der Gottorfischen Recapitula-

(11) Scriptum hoc Plönense recusum est Christ. Gastelii *Odere de statu Europæ novissimo, Noribergæ A. 1675. in fol. impresso, cap. 19. p. 637--665.* (12) Recusa est in Gastelii *Opere jam allegato, cap. 19. pag. 665--692.*

tulation eingesetzet: Anno. 1671. in 4to 7. Gottorffische Summarische Information, und angehengte Responsa dreyer/theils Catholischen/ theils Evangelischen/ Juristischen Facultäten/betreffend die Oldenburgische Successions-Streitigkeit: A.1672.in 4to. 8. *Gottorpiensium vera & succincta Deductio Facti, in causa successionis Oldenburgicæ* (recusa Germanice, sub. Tit. Kurtzer / aber wahrhafftiger Bericht / wie es mit der Gräfflichen Oldenburgischen Succession seine eigentliche Bewandniß habe;) A. 1673. in 4to 9. Plönische Annotationes, über den Gottorfischen kurtzen warhafften Bericht/ von der Eigentlichen Bewandniß der Oldenburgischen Succession, betreffend die Käyserliche / vor das Fürstl. Hauß Hollstein Plön ohnlängst gesprochene / Definitiv Sentenz. Plön 1673. in 4to. 10. Gottorfische abgenöthigte Widerlegung der Plönischen Annotationum, in puncto Sententiæ Imperialis, de successione Oldenburgica latæ; in 4to. 11. *Epistola Amici ad Amicum, de Sententia Imperiali*; in 4to.) scriptum Gottorpiense.)

VII. Nuperrimæ de Ducatu Slesvicensi Controversiæ, & Scriptorũ, quibus ea utrinq; discussa est, plurimorũ, etiamnum in recenti omnium memoria versantium, Mentione, ne incommoda Publica, & Chersonesi nostræ, de redintegra-

ad Lit. K.

tegrata Principum suorum concordia sibi gratulantis, Tranquillitatem injurii cuiquam videamur, consulto abstinemus. De Controversiis autem, quæ Augustissimis Daniæ Regibus, & Inclytæ Familiæ Holsaticæ, cum Civitatibus Lubecensi ac Hamburgensi, vel olim intercesserunt, vel etiamnum intercedunt, *Parte IVta*, ubi de Historia illarum, istiusque Scriptoribus, prolixius erit differendum, quæ, pro Instituti nostri ratione, monitu videbuntur necessaria, in medium afferemus.

Comitibus Groitzensibus atque Lisnicensibus, ex stirpe hac oriundis, ejusdemque deinceps Propagatoribus, nobis innotuerunt. SCIPIONIS AMIRATI Itali, Trium Hetruriæ Ducum Historiographi, *Arborem* Illustrissimæ hujus Familiæ *Genealogicam* nondum vidi, æri tamen, jussu ac sumptibus Henrici Ranzovii, esse incisam, ex Ipsius ad Incomparabilem hunc literatorum omnium Evergetam Epistola, A. 1593. scripta (32.) didici. MELCHIOR etiam NEOFANIUS Brunsvicensis, Ecclesiæ in Patria Petrinæ, sub finem seculi superioris, Antistes, in ejusdem Herois gratiam Caso, Filio Ipsius, Johannis Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliario, & Arcis Gottorpiensis Præfecto, immatura morte A. 1591. Patriæ erepto, prolixum scribere cœpit Poema Epicedium, cui se *Brevem Majorem Gentis hujus Antiquissimæ Catalogum, Factorumque eorundem Delineationem*, velle intexere, Parenti A. 1591. (33.) significavit. Verum, an lucem illud publicam viderit, imò, an ab Autore Coronis eidem sit imposita, non immerito dubitamus.

VII.

(32.) V. Epistolas Regnum, Principum, Virorum item Nobilium & Doctorum ad Henr. Ranzovium, a Georg. Ludov. Frobenio collectas, p. m. 285. 286. (33.) in Epistola ad eum, quæ occurrit in Sylloge Frobeniana, modo allegata, p. 255. 256.

VII. Illustriores ejusdem Familiæ Heroas, præter MICH. BEUTHERUM, & VALEN. THILONEM Lignicensem (de quorum *Elogiis*, quibus Reges Daniæ & Ranzovios aliquot seculo superiore ornarunt, *Capite* jam XI (34.) est dictum) celebravit, & Metris haud incultis (35.) Posterorum memoriæ commendavit, HENNINGUS Hamburgensis, Domesticus initio Filiorum Pauli Ranzovii (qui Henrici erat Frater, & Adolpho, Duci Holsatiæ, a Consiliis) in Oppido Svavestedensi Præceptor, deinde autem Scholæ Patriæ Novennio integro (ab A. 1575. ad An. 1584.) Conrector, morbo lento ac diuturno simul cum Vita A. 1590. defunctus. Exstat ejus *Epigrammatum Liber Historicus, continens Encomia Heroum, Imperatorum & Ducum, superioribus, & nostro seculo, Virtute Bellica maxime Illustrium, quos in Arce sua Bredenbergensi depingi, & Versibus, partim a seipso compositis, partim hinc inde collectis, ornari curavit Henr. Ranzovius; Fortium item & Clarorum aliquot Antiquæ & Nobilis Familiæ Ranzoviæ Virorum, qui CCC. hucusque Annis pace & Bello floruerunt;* excusus Antwerpiæ A. 1581. in Typographeo Plantiniano (34.) Exstant etiam ejusdem *Elegia*

(34.) §. 21 (35.) V. Borrichii *Diss. IV. de Poetis*, p. m. 128. (36.) in 4to.

giæ & Epigrammata aliquot in Obitum Patris, Fratris, & Liberorum Henrici Ranzovii, cum adjectis illorum Epitaphiis, ab ipso Henrico Ranzovio publicatis, impressa Lipsiæ A. 1584. *in 4to*.

VIII. Seculo Superiore Salutem Patriæ Publicam, adversus Hostium quorumvis Moliciones, feliciter asseruit, ac Exteros in sui rapuit Admirationem, Virtus Bellica JOHANNIS RANZOVII, Equitis Aurati, Toparchæ Hæreditarii in Bredenburg, Bothkamp, &c. Supremi Trium Daniæ Regum (Friderici I. Christiani III. & Friderici II.) Strategi, & in Ducatibus hisce Pro-Regis, d. 12. Dec. A. 1565. rebus Humanis exempti. Immortali Posterorum Memoriæ Heroem hunc commendavit Autor Anonymus *Binorum* ipsius *Elogiorum, sive Narrationum de Vita ejus, ac Rebus Gestis*, quas M. MART. CORONÆUS Senior, Holsatus, Filiorum Henrici Ranzovii tunc Pædagogus, postmodum autem Ecclesiæ Kiloniensis, ad Annum usque Emortualem 1586. Antistes, Biographiam ejusdem moliens, in Bibliotheca Bredenbergensi invenit, &, cum Epistola eleganti, JOACHIMO, Abbati Reinfeldensi, cujus Beneficio lucem viderunt publicam, A. 1565. M. Decembri, transmisit. Inserta sunt post-

poſtmodum a Georg Lud. Frobenio ſuæ *Epiſtolarum ad Henr. Ranzovium Conſolatoriarum Sylloga*, aliquoties excuſæ, ac a Sim. Schardio *Rerum Germanicarum Tomo III* Quanta, cum Styli Elegantia, tum Judicii accuratione, ſint conſcripta, diſces ex Honorifico, quo Juſtus Lipſius, *in Epiſtola ad Henr. Ranzovium*, (35.) hæc olim Elogia dignatus eſt, Elogio: *Elogia illa*, inquit, *ad Æternæ Famæ Virum, Parentem tuum, profecto preſſo & rotundo Stylo ſcripta. Quiſquis is Autor, ſcio non inviſum vixiſſe melioribus Muſis. Doctrina Vetus, nec Affectata, in iis apparet, & Judicium ante omnia directum quoddam in togatis ſagatisque rebus. Uno verbo, Præco ille non indignus eo Achille.* Autor, qui Lipſio etiam fuit ignotus, me Judice non eſt alius, quam ipſe Coronæus, paulo ante laudatus. Licet enim *in Epiſtola* ad Abbatem Reinfeldenſem ſtudioſe hoc diſſimulet, Dictionis tamen, quæ & in iſta, & Narratione ipſa, nitida eſt, gravis, & ſupra quam dici poteſt, terſa ac inaffectata, ſimilitudo ab eodem utramque Calamo profluxiſſe, haud obſcure ſignificat. Vidi præterea olim Libellum Roſtochii A. 1566, & Francofurti A. 1567. (36.) excuſum, hoc Titulo

(35.) Scripta eſt Kal. Jun. A. 1587. & exſtat *in Sylloge Frobeniana p. 182, 183.* (36.) *in 4to.*

la præfixos: *M. Martini Coronæi Holſati Vita & Res Geſtæ Johannis Rànzovii.* Quem licet, eundem cum Elegiis his eſſe, certo jam non liceat, ob penuriam illius, definire, conjectare tamen haud vane mihi videor. Oratione Ligata Herois ejusdem Laudes decantavit CHRISTOPHORUS KELLINGHUSIUS Hamburgenſis, J. U. D. cujus *de præcipuis Rebus Geſtis Illuſtris Viri, D. Joh. Ranzovii, Eqv. Aurati, Poëma* Heroico-Panegyricum, Libris III. comprehenſum, & Filio Johannis Henrico, inſcriptum, ſeorſim A. 1567. Typis prodiit Francofurtenſibus (37.) & in *Tomo Scriptorum de Rebus Germanicis, a Sim. Schardio collectorum, Tertio* itidem comparet. *Narratio* ejusdem Kellinghuſii Proſaica de Joh. Ranzovii Sepultura & Exequiis, ab Henrico Ranzovio Epitaphiis Cognatorum ſuorum, Lipſiæ A. 1584 editis eſt adjecta (38.) ab Hieron. Henningio autem *Genealogiis Familiarum Saxoniæ, quæ Epiſcopos protulerunt, Nobilium*, (39.) & a Sim. Schardio eidem, quem jam allegabamus, Collectionis ſuæ *Tomo* inſerta. Occurrit etiam in Frobeniana *Epiſtolarum ad Henr. Ranzovium Sylloge* (40.) quæ plura inſuper, ad Vitæ, Rerumque Geſtarum Archiſtrategi

P hujus

(37.) *in 4to,* (38.) *pag.* 51-59. (39.) *fol.* 22-26. (40.) *p. m.* 39-47.

hujus Regii Historiam pertinentia, in ipsi exhibet Frontispicio (41.) Belli, quo Dithmarsia A. 1559. est subacta, ejus consilio atque Ductu in senili ætate gesti, Historia ex quibusnam petenda sit Scriptoribus, nostra de Rebus Dithmarsicis Tractatio, quam *Parti hujus Isagoges IVtæ* reservamus, fusius exponet.

IX. Filium Johannis, HENRICUM RANZOVIUM, Trium Daniæ Regum (Christiani III. Friderici II. & Christiani IV.) in Ducatu Chersonesi hujus utroque Producem, & Consiliarium Intimum, Præfectum item Segebergensem, Kal. Jan. A. 1599. defunctum, illaudatum h. l. præterire, piaculo proximum esse, non immerito arbitramur. Tanta enim sunt illius in omne Bonarum Literarum genus, harumque Cultores, tanta in Chersonesum Patriam, ejusque, quam illustramus, Historiam, tanta denique in suam, de qua commentamur, familiam, ipsius beneficio tot adeptam Encomiastas, Merita, ut Honorificum de eo Judicium, vel ipsis Hostibus invitis, nedum nobis, suo Virtutes illius summas pretio æstimare dudum edoctis, extorqueant.

In freta dum fluvii current, dum montibus Umbræ

Lu-

(41.) *pag.* 1 - 47.

Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
Semper Honös, laudesque Ejus, nomenque manebunt.

Habuit ille, famæ suæ superstes, Summorum, quæ commemoravimus, in Patriam & Remp. Literariam Meritorum Præcones, cum etiamnum viveret, Viros, non Cimbriæ solum ac Germaniæ, sed reliquæ etiam Europæ, Eruditissimos, qui Communem hunc Mecœnatem suum, Hetrusco longe superiorem, innumeris grata mente celebrarunt Elogiis, Metricis atque Prosaicis, quæ Monumentis Herois hujus Literariis partim præfixa sunt, partim autem subjuncta. Nec defuere, qui Libris integris ac peculiaribus Incomparabilem hunc studiorum suorum Patronum ex professo deprædicarent. Hos inter eminet PETRUS LINDEBERGIUS Rostochiensis, P. L. C. triennio ante Virum hunc Illustrem, qui suas ab illo Res gestas Immortalitati donatum iri sperabat (42.) in patria A. 1596. exstinctus, quem *Ranzovianæ Laudis Præconem*, κατ' ἐξοχὴν, Celeberr. Schurtzfleischius (43.) apposite salutat. Debemus huic *Epigrammata* sua ipsius atque aliorum *Ranzoviana*, in unum collecta Fasciculum, & Rostochii An.

(42.) V. Joh Posselii Jun. *Orat. Funebrem Lindebergio habitam* p. 20. 21. (43.) *in Diss. de Regimine Veneto* §. 4.

1590. (44.) edita. Debemus Tres Ἡδυσμάτων, *sive Poematum Juvenilium*, Classes, Hamburgi A. 1592. & Francofurti A. 1595, excusas (45.) quorum Pars fere dimidia, vel laudes Henr. Ranzovii continet, vel postulatu ejusdem est conscripta. In Editione Posteriori, quam auctiorem esse Priori Titulus significat, desiderantur, quibus hujus Appendix se commendabat, Henr. Ranzovii ipsius *in Heroas Marte & Arte Illustrissimos, quorum Effigies in Arce sua Bredembergensi visebantur, Epigrammatum Libellus*, Joh. item Lauterbachii, & aliorum, *de Cimbris, & illorum Fortitudine* Meletemata Metrico-Prosaica, & Virorum aliquot Doctorum in Laudem Ranzovii Carmina. Debemus denique eidem Lindebergio *Hypotypos in Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliscorum, Cipporum, Molarum, Fontium, Monumentorum & Epitaphiorum, ab Illustri & strenuo Viro, Henr. Ranzovio, Pro-Rege & Equite Holsatico, conditorum, cum Ectypis nonnullorum Ligneis, & additis* Poetarum aliquot Celebriorum *Epigrammatis*, Rostochii initio A. 1590. editam, &, cum novo, eoque non exiguo, Augmento, Hamburgi A. 1591. & Francofurti A. 1592. (64.) recusam. Editio II da, sive Hamburgensis præter

(44.) *in 4to.* (45.) *in 8vo.* (46.) *in 4to.*

ter Præfationem de Vita & Studiis Henrici Ranzovii, *Capita* complectitur XVIII. Horum Imum Herois hujus Prædia, Arces, ac Bredembergenſem imprimis, ejusque Bibliothecam; IIdum Palatia in variis Civitatibus condita; IIIium Scripta ipſius Edita & Inedita, Aliorum item, vel ex Bibliotheca, vel Sumptu ejus, evulgata, aut ipſi dedicata; IVtum, Vtum, VItum & VIImum Pyramidas, Obeliſcos, Melos, Fontesque, ab ipſo exſtructos; VIIIvum Epitaphia Majoribus, Liberis & Cognatis poſita, & Conditorium Itzehoenſe; IXum Emblema ejus Sepulchrale, Spicas ſiſtens Triticeas, ex Cranio Humano progerminantes, & Clepſamion iſtis ſuperimpoſitum; X. Virorum Doctorum in Laudem ejus Carmina; XI Comitum Lisnicenſium, Majorum ipſius, Vitas, Effigies atque Genealogiam; XII. denique: Ultima Epigrammata illius in Holſatiæ Urbes, Arces atque Fluvios, alia item Autoſchediasmata Poetica, exhibent atque deſcribunt. Alia Aliorum Monumenta hujusmodi Hiſtorico-Panegyrica brevitatis ſtudio prætereo. Non tacebo tamen *Epiſtolas* Rudolphi II. Imperatoris, Friderici II. & Chriſtiani IV. Regum Daniæ, Henrici IV. Monarchæ Gallici, X. Principum, VII. Comitum, III. Baronum, *alio-*

liorumque Virorum Nobilium, Clarissimorum & Doctissimorum, ad Henricum Ranzovium Consolatorias atque Encomiasticas, cum Ipsius ad plerasque Responsionibus, & Cognatis quibusdam Accessionibus, a GEORG LUDOV. FROBENIO, Iphovia Franco, Typographo ac Bibliopola Hamburgensi, collectas, ac tertio prælo subjectas. Duæ priores illarum Editiones, Francofurti A. 1593. & 1595. (47.) publicatæ, solas exhibent Consolatorias, ad eum, ex morte Patris, Liberorum, aliorumque Consanguineorum, luctu affectum, exaratas. Tertia autem, quæ, Petri Fischer, Impensis, sine Anni mentione, ibidem prodiit (48) alias istis adjunxit Virorum Illustrium diversi Argumenti Epistolas. Ex Lectione Sylloges hujus nemo non perspiciet, quantus, in Cimbrico hoc Mecœnate laudando, omnis Ordinis atque Dignitatis Hominum fuerit Consensus, quantoquo favore & admiratione ipsi etiam Summi Orbis Christiani Monarchæ, ac Germaniæ, Belgii, Italiæque Principes, Dotes ac Virtutes ejus eximias sint prosecuti.

X. Defuncto, &, ex Terrenis hisce Sordibus, ad Astra sibi cognata eluctato, prætor M. STEPHANUM MACROPUM, Andreæ montanum (cujus exstat *Immortalitas Viri Illustris Hen-*

(47.) *in* 8vo. (48) *in* 8vo.

Henrici Ranzovii, Herois Gloriosissimi, Mortabus Induviis exuti, in ejusdem Exequiis Oratione publica Æternitati demandata, & Hamburgi A. 1599. (49.) excusa) nemo hactenus Nostratium parentavit, aut Monumento aliquo Biographico Laudes, uti par erat, posthumas est admensus. Et merebatur tamen Herois hujus, Natalibus, Literis, Armis, Meritisque in Patriam Universam innumeris, nec unquam intermorituris, Illustrissimi, Vitæ Historia, non obiter saltem atque perfunctorie, sed eadem, qua Nicolaum Claudium Fabricium Peirescium, Senatorem Aquisextiensem, Galliarum Mecœnatem, sed nostro inferiorem, Pet. Gassendus celebravit, Cura atque Diligentia, percenseri. Nos, *quid* in Argumento hoc Illustri *Humeri* nostri *valeant*, *quid ferre recusent*, in *Cimbria* aliquando *Literata* Periclitabimur, quave Scriptorum Nostratium (si ipsos Patriæ Patres seponas) Nobilissimum veneratione prosequamur, publice testabimur. Interest certe Patriæ, ut *bona* etiam *sua* se *nosse* ostendat, nec ab Exteris vinci se hac in parte patiatur Regionibus, quarum Eruditi, & hoc, & superiore seculo, facile Principes, cum effuse Heroem hunc nostrum laudarent, laude tamen sua su-

P 4

(49.) *in 4to.*

Digitized by Google

ſuperiorem eſſe, haud inviti agnoverunt. Eſt penes me Apographum Epiſtolæ Joſephi Scaligeri ad illum, VIII. Kal. Oct. A. 1595. ſcriptæ, & hactenus (nec enim, vel inter Scaligerianas, vel inter Conſolatorias ad Ranzovium, comparet) Ineditæ, in qua his Noſtrum verbis compellat: *Tua virtus, Eruditio, Generis Splendor, ejusmodi ſunt, ut & ab invitis Confeſſionem aliquam exprimere poſſint. Quid putas amantes tui facturos, qui ea tacere non poſſunt? In quibus ego aut Principem locum teneo, aut ſaltem nemini concedo. ---- Amici mei teſtes ſunt, quantum amem eos, de quibus non poſſum loqui, niſi prius laudaverim. Sed quid te moror? Scito te a me tanti fieri, quanti neminem.* Juſti Lipſii de illo Judicium, ex Epiſtola A. 1585. ad ipſum data, itidem accipe: (50) *Omnes Mortales ſeſe laudari expetunt, ait Poeta Vetus: Non valde tamen ego, niſi a Laudatis. Inter eos autem quis ante Ranzovium mihi ſit? Genus tuum intueor? Nobilisſimus es: Famam? Clarisſimus: Virtutem & Doctrinam? utraque maximus: Nec facile, quem his junctim rebus prætulerim tibi, reperiam in Europa.* Gemina habet, ne in Literis hiſce eum Viro Illuſtri putes eſſe aſſentatum, in aliis ad Joh. Eſychium: *De Ranzovio, Illuſtri ad ſeptentrionem ſidere,*

(50.) *V. Centuriam I. Epiſtolarum Miſcell. num. 88.*

dere, gaudeo te nosse. Revera inter paucos ille Vir, & qui Nobilitati suæ magnum Decus est pariter & Exemplum. Innotuit mihi ejus Virtus & Doctrina e Libris dudum, Amor in me ex Literis Benevolentiæ plenis. David Chytræus(51) *Apicem* eum vocat *Nobilitatis Eruditæ, Oculum Reip. & Rectorem Scientissimum, Vatem Bonum, Virum Sapientia, virtute & Dignitate præstantem, Literarum ac Literatorum Mecœnatem, Nobilissimo genere ac Ingenio*; Abrah. Bucholzerus (52.) *Cimbricæ Nobilitatis Apicem, Heroem omni Doctrinarum genere perpolitum, & Scriptorum plurimorum Elucubratione clarum, Literatorum Nobilissimum, & Nobilium Literatissimum*; Joh. Is. Pontanus (53.) *Cimbricæ Nobilitatis uti Apicem & Decus, ita animi vel maxime præclaris dotibus, omnique Liberali Doctrina, oppido insignem, cui ob Eruditi Ingenii Opera Astrologica, Historica, Politica, Mathematica, Philologica, Philosophica, vix pares habet gratias, quas persolvat, Posteritas*; Gerh. Ioh. Vossius (54.) *Virum magnæ Doctrinæ, Daniæque suæ perpetuum Decus, in quo cum Genere Illustri Illustris certavit Eruditio, ac alienæ proinde Laudis non indigum*; Fridericus

(51.) in Epist. Dedic. Partis II. Chronici Saxoniæ, & in ipso Scripto p. m: 78. 257. (52.) In Indice Chronol. ad An. 1526. 1565. & 1595. (53.) in Chorogr. Daniæ p. 786. (54.) in lib. de Scient. Mathem. cap. 65. §. 51.

denique Taubmannus (55.) ut alios taceam complures,

Heroum palmare Decus, quem, Solis ab Ortu,
Solis ad occasum, felici Gloria curru
Porrigit, & late differt rumore calenti,
Quâ sua sunt Marti, sua sunt Commercia Phoebo.

Vere scilicet atque apposite, de summa Ranzovii in Rep. Literaria Autoritate, olim cecinit Casp. Conradus, Poliater Uratislaviensis: (56.)

Ranzovio Pro-Rege potens se Dania (Cimbria) *jactat,*
Sed mage Pro-Phœbo Musicæ turba suo.

XI. Vicaria Partis Chersonesi hujus Regiæ Gubernatio, per duo jam Secula, Lineæ Ranzoviorum Bredenbergensi, singulari Augustissimorum Daniæ Regum in istam beneficio, pene fuit propria. A JOHANNE enim & HENRICO in Filium hujus GERHARDUM, a GERHARDO in CHRISTIANUM, a CHRISTIANO in Generum FRIDERICUM, Comitem ab ALEFELD, ab hoc autem in DETHLEVUM, Christiani Filium, qui ista etiamnum Dignitate, ingenti cum Patriæ Applausu, fungitur, est derivata. CHRISTIANO, qui Comitum Imperii

(55.) *in Carmine ad eum, Lib. 2. Epicorum, p. 171. 172.* (56.) *In Millenario I. Prosopographia Melica, p. 140. 141.*

perii Titulum, quo Majores ipsius in Misnia, & Vicinis Regionibus, jam olim inclaruerunt, Familiæ atque Posteris suis, a Ferdinando III. Imperatore, A. 1648 circiter, postliminio impetravit. *Panegyricum* eodem tempore scripsit, & Typis Martzanianis Hafniæ(57) edidit, Civis meus, STEPHANUS KENKELIUS, Theol, postmodum Doctor, & Ecclesiarum Præfecturæ Tunderensis Antistes, ante bimestre tempus vivis exemptus. Comitivæ Palatinæ Hæreditariæ, quæ, cum Privilegiis amplissimis eidem Comiti, ac Posteris ab Imperatore est collata, Vernacula A. 1659. Glückstadii (58.) prodiit Descriptio, hoc Titulo conspicua: die Herrn Christiano, Grafen zu Ranzou / Herrn zu Breidenburg / von Käyser Ferdinando III. ertheilte *Comitiva Palatina*. Cognatus Henrici Ranzovii fuit DANIEL RANZOVIUS, Godschalci Fil, Dynasta in Nienhof, Troceburg & Woldenhorn, supremus Friderici II, Regis Daniæ, in Bello contra Suecos septennali, seculo superiore Strategus, non Literis minus quam armis illustris, & in Castris ipsis (e quibus Elegidion Latinum non inelegans Henrico Ranzovio transmisit) Musarum sacris, inter Martios Tubarum & Lituorum Clangores, vacare solitus.

(57.) *A*. 1648. *in 4to*. (58.) *in 4to*.

litus. De Herois hujus (qui in Arcis Warpurgensis Obsidione, globo, ex Tormento æneo exploso, ictus, d. 11. Nov. A. 1569. expiravit, & Sponsam, Catharinam a Damme, Petro, Fratri suo, Præfecto Flensburgensi, ducendam reliquit) *Vita, præcipuis Rebus Gestis, & Obitu, Brevis* exstat *Narratio* HENNINGI CONRADINI Hamburgensis, Scholæ Patriæ Conrectoris, cum aliorum in Excessum ejusdem Epicediis, & Ipsius *Querela Daniæ, ac Responsione Cimbriæ*, Hamburgi A. 1570. (59.) excusa. Conferri de Eodem possunt GEORGII CRUSII Appendix peculiaris, *Descriptioni Arcis Bredembergensis* A. 1569. adjecta, & Sylloge *Epistolarum ad Henr. Ranzovium Consolatoriarum* Frobeniana. In hac (60.) non Effigies solum Ipsius, ac Biga Epistolarum ad Carolum Mornæum, Archistrategum Svedicum Captivum, & Henr. Ranzovium Latinarum, sed & hujus, ac Johannis Senioris, Ducis Holsatiæ, Pauli Ranzovii, Joachimi Hinckii, Decani Bremensis, & Mich. Rhederi, Decani ac Syndici Hamburgensis, de obitu Laudibusque ejusdem Epistolæ Amoebææ, una cum Epitaphio, in Templo Westenseensi sumptibus Henrici Ranzovii erecto, exhibentur.

XII. Inter cæteras Nobiles, quæ etiamnum in

(59.) *in 4to.* (60.) *p. m. 47-68.*

in Chersoneso nostra superant, Familias, Florentissimæ sunt, nec, quoad Antiquitatis Prærogativam, aliis secundæ, ALEFELDIA (quæ a Baronibus in Episcopatu Hildesiensi Alfeldensibus suam derivare creditur Originem,) REVENTLOVIA & BUCHWALDIA. De iis, cum nemo seorsim quicquam sit commentatus, HENRICUS RANZOVIUS (*in Exegesi Epigrammatum Elverfeldianorum*,) *Andr. Angelus* & *Casp. Danckwerthius* omnino sunt consulendi. Duarum Priorum (quarum Lineæ aliquot Comitum etiam Titulum, Friderici III. & Christiani V. Regum Daniæ, beneficio, sunt consecutæ) Genealogiam invenies etiam in HIERONYMI HENNINGII *Genealogiis, Nobilium Saxoniæ, quæ Pontifices & Episcopos protulere, Familiarum*. In harum enim Censum, uti supra diximus, quinque refert Cimbrias, Meinstorfiam, Ranzoviam, Alefeldiam, Reventloviam & Halliam. Potuisset autem, si plene hoc Argumentum voluisset persequi, quinque istis decem alias ex Chersoneso nostra adjungere, Buchvvaldiam scilicet, Dorniam, Krummendikiam, Munckiam, Pogvvischiam, Splietiam, Traloviam, Wischiam, Wittorpiam & Wulfiam, quæ itidem Ecclesiis Lubecensi, Slesvicensi, Ripensi & Ratzeburgensi, Episcopos olim dederunt

non

Digitized by Google

non incelebres. Tribus hisce, quas laudavimus, Familiis, Alefeldiæ, Reventloviæ & Buchvvaldiæ, Lucem & Famam fœnerati sunt ingentem Heroes quamplurimi, cum Sagati, tum Præcipue Togati, suis in Patriam Meritis, & insigni Literarum peritia, Illustres. Illi scilicet GODESCHALCUS ab ALEFELD, Dynastes Hæreditarius in Stubbe, Episcopus ab A. 1437. ad 1541. Slesvicensis, BENEDICTUS ab ALEFELD, Toparcha Geltingensis, Monasterii Prezensis Præpositus, A. 1586. defunctus, BENED. ab ALEFELD, Dn in Haseldorf, Adolphi, Ducis Holsatiæ, Consiliarius, BENED. ab ALEFELD, Dynasta in Lehmkulen, Friderici II. Regis Consiliarius & Aulæ Mareschallus, ac Præfectus Steinburgensis, A. 1606. denatus, hujusque Filius, de cujus Indole Joh. Wovverius, Domin. Baudius & Ignat. Hanniel, in Epistolis suis, summa quævis Patriæ sunt polliciti, FRIDERICUS BERTRAMUS; DETHLEVIUS item ab ALEFELD, Toparcha in Haselau & Haseldorf, Consil. Regius Intimus, & Præfectus haud ita pridem Flensburgensis. Adde his Ministros Aulæ Danicæ & Gottorpiensis nostra ætate Principes, FRIDERICUM, Comitem ab ALEFELD, in Langeland & Rixingen, Baronem a Moersburg, Friderici III. Regis Daniæ, in Ducatibus hisce

Pro-

Pro-Regem, Christiani autem Vti Magnum Cancellarium, Consil. Sanctiorem, & Præfectum Steinburgensem atque Dithmarsicum, Incomparabilis Doctrinæ & Prudentiæ Heroem, An. 1686. mortuum, sed meritis in Chersonesum Natalem, nunquam intermorituris, post Fata superstitem; &, qui etiamnum, Virtutis summæ merito, summa apud Serenissimum Ducem Holsatiæ, Christianum Albertum, pollet Autoritate, JOACHIMUM ab ALEFELD, Dynastam Hæreditarium in Bockhagen & Olpeniz, Consiliarium Principis sui Provincialem ac Intimum. supremum Aulæ Ministrum, & Præfectum Tunderensem. Istam (Reventloviam) Virtute ac Eruditione sua illustrarunt Tres Dethlevi. Horum Primus Dethlevi Filius, Dynasta Rixtorfiensis, Friderici I. Regis Daniæ Cancellarius, & tandem Episcopus, sed unius tantum Anni spatio, Lubecensis, non autem (qui Conr. Aslaci (61.) est Error) Slesvicensis, An. 1536. defunctus, cum secundo, ipsi Coævo, Ottonis Filio, Mathematico ac Astrologo Insigni, Carolo V. Imperatori, Friderico item I. & Christiano III. Daniæ Regibus (quibus suas adversus Protestantes & Christiernum II. Victorias, Diem item Natalem atque Sexum Libero-

(61.) *in Chronologia, Orationi Jubilaæ annexa.*

Digitized by Google

berorum suorum, imo ipsam in Regno Danico Successionem, diu ante fertur (prædixisse) acceptissimo, & prope Ingolstadium tandem, cum ex Castris Cæsareis in patriam abiret, occiso (62.) ab Huitfeldio (63.) ab insigni Errore confunditur, & in Magiæ suspicionem temere vocatur. Tertius autem, Christiani IV, Regis Daniæ, Consil. Intimus atque Cancellarius, Præfectus Hatherslebiensis & Romsdalensis, Canonicusque Hamburgensis & Slesvicensis. a Steph. Klotzio Sermone Funebri Vernaculo est laudatus (64.) & IV. Chersoneso nostræ reliquit Filios Patrissantes, summæ jam apud Augustissimum Daniæ Regem, & in hisce Provinciis Autoritatis. Huic denique (Buchvvaldiæ scilicet) summo olim fuere Ornamento JOHANNES, ab Anno 1309. ad A. 1332. Episcopus Slesvicensis, CONRADUS, Monasterii Prezensis circa A. 1286. Præpositus, & ANNA, ejusdem ab A. 1484. ad A. 1508. Antistita, Meritis in istud haud Vulgaribus, & Scriptis suis, Inclyta. Hodie gloriam eidem conciliat haud minorem GODSCHALCUS, Dynasta Olpnicensis, Friderici III. ac Christiani V. Regum Daniæ, Consilia-

(62.) Hunc Dn. Spenerus in *Sylloge Historico-Geneal.* p. 119. male *Respuentlosp.* vocat, Medicumque Frid. I. fuisse tradit. (63.) P. *VII. Chron. Danici p.m.* 1107. (64.) *Klotzii* Geistl. Cypressen-Kräntzlein / *Dec. IV. num.* 1.

siliarius Intimus ac Provincialis, & Cœnobiorum Itzehoensis atque Uterſenſis Præpoſitus, pari Eruditione & Prudentia conſpicuus, quem Muſæ, quibus Bibliothecam ſuam deſtinaſſe dicitur, Kilonienſes mori olim poſt fata vetabunt.

XIII. Reliquarum Cimbriæ Familiarum Nobilium nulla Encomiaſten aliquem, aut Hiſtoriæ ſuæ Scriptorem, eſt nacta, præter Tienianam, cujus Seriem Progonologicam JOH. DANIEL EBERUS, Acad. Kilon. Secretarius, *in Genealogia Nobilium Dnn a Tienen*, Kilonii A. 1670. (65.) impreſſa, exhibuit. Neque id mirum cuiquam videtur, ſi reſciverit, ne Catalogos quidem illarum, quos Hiſtorici & Genealogi Noſtrates concinnarunt, plenos eſſe aut perfectos, ſed multas, quæ, ante ſecula aliquot in Cherſoneſo hac florentiſſima, jam expirarunt, in iisdem deſiderari. In Dancwerthiano certe, qui recentiſſimus eſt, Familiarum Cimbriæ Emortuarum Indice (66.) nulla occurrit Memoria Dorniorum; occurrit autem apud Krantzium (67.) in Vita Volradi, Epiſcopi circa A. 1340. Ratzeburgenſis, quem ille ait *natum fuiſſe Genere Miniſterialium Holſatiæ de Dorne*.

Q ex

(65.) *in fol.* (66.) *P. I. Chorograph. Cimbr. Cap. 3 p. 19. 20. 21.* (67.) *l. 9. Metrop. c. 25.*

ex quo nemo nunc superexstat. Incassum in eodem vestigabis Familias Ascheebergam (e qua oiunda fuit, quæ seculo superiore, ab A. 1589. ad A. 1599. Cœnobii Prezensis sanctimonialibus præfuit, Emerentia Aschebergia,) Barmenstediam, Bersebeckiam, Blockiam, Borchoviam, Buschiam, Dunckeriam, Glodeniam, Godalandiam, Golenbekiam, Horstiam, Kalemiam (nisi forte eadem hæc est cum Qualenia) Küliam, Küreniam, Lasbekiam, Lubbetyniam, Marutiam, Mystorpiam, Parsoviam, Pronestorpiam, Rastorpiam, Rethwischiam, Rixtorpiam, Rugiam, Sandbergiam, Slammerstorpiam, Stoveniam (unde genus derivabat Catharina a Stoven, Cœnobii Prezensis, seculo hoc ineunte Antistita) Svvagerseniam, Torentiam, Traloviam (quæ Ecclesiæ Lubecensi dedit Johannem Tralovium illius per 16. Annos, ab A. 1260. ad A. 1276. Episcopum) Vizzoviam, Wesenbergiam, Wiltbergiam. At Mentio istarum omnium, sive Nobilium potius utriusque Sexus, ex iisdem oriundorum, non infrequens observatur in Monasterii Nobilissimarum Sanctimonialium Prezensium Benedictini Diplomatis, aliisque Monumentis vetustioribus, seculo XIII. XIV. & XV. exaratis, quæ, voluntati Generosarum harum Virginum

ginum obſecutus, hoc ipſo A. 1691. M. Aprili, excuſſi ac perluſtravi. Nonnullæ illarum Nomina Gentilitia, vel a prædiis ſuis videntur adſciviſſe, vel iisdem impoſuiſſe. Neque id inſolens cuiquam debet videri. Familiæ enim Nobiles in Cimbria & Germania pleræque (uti a Viro Ampliſſimæ in hiſce Terris dignationis accurate, in prolixis de iſto Argumento ad me Literis, non ita pridem eſt oſtenſum, & Lectio Scriptorum ac Monumentorum Ævi Medii me itidem edocuit) ante Seculum XIII. nulla habuerunt Cognomina Gentilitia, ſed, Patronymicis aut Perſonalibus antea contentæ, illa, decurrente hoc ſeculo, primum cœperunt adſciſcere, & ab Arcibus ut plurimum ac Prædiis, quæ poſſidebant, mutuari. Hæc vera eſt Origo Gentilitiorum Nominum, quibus vel olim ſunt gaviſæ, vel etiamnum gaudent, Familiæ in Cherſoneſo noſtra Illuſtres Alefeldiorum, Bockvvoldiorum, Brocktorfiorum, Heiſteniorum, Itzehudiorum, Knopiorum, Krummendikiorum, Lankiorum, Meinſtorfiorum, Qualeniorum, Ranzoviorum, Rathloviorum, Rumoriorum, Schinckeliorum, Seeſtediorum; Sigghemiorum, Uckiorum, Walſtorpiorum, Wenſiniorum, Weſtenſeenſium, Wittorpiorum. Patriæ Loca, quæ etiam-

iamnum ſuperant, iis ὁμώνυμα id liquido teſtantur, & Dancvverthius noſter de plerisq; jam ante me obſervavit.

XIV. Ex iisdem, quæ allegavi, Monaſterii Prezenſis Diplomatis, Indigenas eſſe didici, non autem Adoptivas, Rennoviorum, Stuviorum & Lanckiorum noſtratium Familias, ac falli proinde Dancvverthium, qui illam ex Dania, iſtam ex Svecia, derivare velle videtur, hanc autem Pomeraniæ diſertis verbis vindicat, nec quenquam ex ea, ante Ægidium a Lancken Seniorem, Adolphi, Ducis Holſatiæ, Conſiliarium, Aulæ Magiſtrum, & Præfe&um Bordesholmenſem, in Cherſoneſo noſtra vixiſſe opinatur. Diverſum docent de Poſtrema hac Diplomata, quibus Albertus Comes Orlamundenſis A. 1221. Adolbhus IV. Comes Holſato-Schauenburgicus A. 1226. & Bertholdus, Epiſcopus Lubecenſis, A. 1220. Cænobium iſtud partim fundarunt, partim dotarunt, in quibus Ludolphus a Lancken, ceu Teſtis Fundationum & Donationum illarum, una cum aliis Equiribus Holſaticis, allegatur. Accedit Etymologia Nominis Familiæ iſtius, non aliunde meo judicio deducenda, quam a (Stagno in Wagria Lanckenſi(dem Lanckerſen/) cujus Partes duas Waldemarus Ranzovius Virginibus

Cœ-

Cœnobii Prezensis A. 1435. vendidit, tertiam autem Aschebergii ea tempestate possederunt. Ex Familia Rennovia, in Cimbria, seculo XIII exeunte (A. 1266. 1306. 1307.) vixerunt Bartholdus & Johannes Rennovii, ex Sturia autem A. 1343. Henricus, & A. 1495. Wulfoldus, Henricus, Nicolaus & Henningus. Breidiorum Familiam, quem Danckwerthius ejusdem cum Penziana Originis esse credit, nisi Insignum, quam ille urget, cum Penzianis similitudo obstaret, Ranzovianæ Ramum aliquem esse, haud absurde forsan quis conjectaret. Præterquam enim, quod Prænomen Breidonis, a quo Cognomen hoc Gentilitium recte deducit Danckwerthius, nulli Familiarum apud nos Nobilium æque fuit Familiare & proprium, atque Ranzoviæ, in VI Diplomatis Prezensibus Mentionem observavi *Waldemari Ranzou, alias dicti Breyde*, qui A. 1365. Partem aliquam Villarum Ebbendorff & Vogelsang Cœnebio vendidit, & aliis postmodum Venditionibus, eidem factis, tanquam Testis, interfuit.

XV. Post Familias Nobiles, dicendum jam quoque esset de Chersonesi nostræ Urbibus, quarum Cives atque Incolæ secundam Ordinum Patriæ Provincialium Classem constituunt.

 tuunt.

tuunt. Sed quoniam præter Chorographos, Elverfeldium, Andr. Angelum (qui singularum Nomen, Situm, Conditores, Calamitates Publicas & Insignia, *Parte Chronici Holsatici IIda*, Quinque Sectionibus exhibuit) Casp. Dancvverthium, & horum Descriptores, nemo omnium Historiam junctim proposuit, qui autem de singulis seorsim sunt commentati, *Tertia & Quarta hujus Isagoges Parte* enumerabuntur, h. l. de iisdem silere consultius putamus. Sola mentionem aliquam merentur Viri Per-Illustris, HENRICI RANZOVII, *Encomia Urbium Utriusque Ducatus* Elegiaca, a Petro Lindebergio *Capite XII. XII. & XIII. Hypotyposeos Ranzovianæ* A. 1591. publicata.

CAPUT XV. ac ultimum.

De Juribus atque Legibus, tum Cimbricæ Chersonesi Universæ, tum singulorum Ducatuum, Slesvicensis, & Holsatici, seorsim considerandorum, Ἐπιχωρίοις *seu Provincialibus.*

§. I. JUris Chersonesi nostræ Publici, cum Antiquioris, tum moderni, Notitia petenda est partim ex Scriptoribus, quos hactenus recensuimus, Historicis, partim vero ex *Concordatis*, quæ vocant, inter Augustissimos

ſimos Daniæ Reges, ſereniſſimos Holſatiæ Principes, & Univerſos Ducatus Utriusque Ordines, Privilegiorum item, quæ hi ab iſtis obtinuerunt, Codicibus, aliisque iſtius generis Monumentis Publicis Ineditis. Autographa illorum, Sigillis Principum atque Ordinum munita, in Communi Archivo Provinciali, Apographa autem in Privatorum etiam Bibliothecis paſſim inveniuntur. Adde his Diploma, de quo ſupra (1.) diximus, Cæſareum, Erectionem Ducatus Holſatici, A. 1474. factam, continens, & ab Henr. Meibomio editum. Adde pleraque, quæ Lucem eidem haud exiguam afferent, Scripta de Controverſiis Patriæ Illuſtribus Polemica, Capite IX. enumerata. Juſto enim illius Syſtemate hactenus deſtituimur.

II. Jus Privatum quod attinet, dubitari haud immerito poteſt, an Vetuſtiſſimis Temporibus, quibus Pagana etiamnum ſuperſtitio Cherſoneſum noſtram deformabat, Incolæ ejus Legibus uſi ſint ſcripto comprehenſis, an vero Mores tantum & Conſuetudines, a Majoribus ad ſe derivatas ſecuti, Controverſias, ſi quæ ſibi cum aliis intercedebant, Gladio diremerint. Legibus certe, quales apud gentes Moratiores iſta ætate receptas fuiſſe

 con-

(1.) Cap. VIII. §. 3.

conſtat, parum conformis fuit Vita illorum, Piratica, & Latrociniis aſſiduis, etiam tunc, cum Chriſtianis jam Sacris eſſent initiati, infamis, *Tres*, ait Helmoldus, (2.) *ſunt Nordalbingorum Populi, Sturmarii, Holzati, Thetmarzi, nec habitu, nec Lingua multum diſcrepantes, tenentes Saxonum Jura & Chriſtianum Nomen, niſi quod, propter Barbarorum Viciniam, Furtis & Latrociniis operam dare conſueverunt, Hoſpitalitatis gratiam ſectantur. Nam furari & largiri apud Holzatos oſtentatio eſt: qui vero prædari neſciat, hebes & inglorius.* Gemina his narrat Cap. 67. (3.) ſcribens: *Multum laboris Adolphus II. adhibuit in edomandis Rebellibus Holzatorum. Gens enim Libera & Cervicoſa, Gens Agreſtis & Indomita, detrectabat ferre jugum Pacis. Sed vicit eos Altior ſenſus Viri, & Philoſophatus eſt in eis. Multis enim Præcantationibus allexit eos, quousque duceret ſub lorum, illos, inquam, Onagros indomitos. Viderit, qui voluerit, faciem Gentis hujus immutatam, illos ſcilicet, qui ſoliti quondam fuerant*

Sa-

(2.) *Lib. I. Chronici Slavorum c. 47. p. 104. Edit. Bangertinæ.* Confer, quæ ad h. l. monuit Jac. Thomaſius *in Diſſ. de Latrocinio Gentis in Gentem* §. 18. (3.) *p. mi* 156. Apud Dancvverthium (qui utrumque hunc locum itidem adduxit, P. *III. Chorogr.* (*Cimbr, c. 2. p.* 172.) falſo allegatur *Cap. LIV.* Helmoldi.

- - - - *Sævum caput abdere larvis,*
Et deprædandis tendere decipulas,
Furari,quæ rapere non poterant; *viderit* , *inquam, eos convertisse mores,& revocasse gressus ad Iter Pacis, Nonne hæc est Mutatio Dexteræ Excelsi?*

III. Introducta in hasce Terras Religione Christiana, Leges etiam paulatim ferri cœperunt, quibus Gentes, eas inhabitantes, in Vita Civili obsequerentur. Quanquam istud illarum, apud Homines, innata sibi ferocia in Vetitum nitentes, & Consuetudinum, licet pravarum, tenacissimos factum fuit, ut aliquamdiu, Phrasi Plautina, *se a malis moribus in potestatem suam esse perductas*, conqueri potuerint, aut Horatianum illud: *Quid Leges sine Moribus vanæ proficient?* ingeminare. Cujus autem Generis Leges istæ fuerint, a quibus item Principibus aut Populis, quove tempore, latæ aut transsumptæ, in tanta Ævi Cimbriæ Anterioris Caligine, tamque pertinaci Scriptorum Vetustiorum Silentio, vix conjectare nobis licet, nedum certo definire. Seculo X, Trans Albinos diversa a cœteris Saxoniæ Populis Jura habuisse Witichindus, Monachus circa A. 972. Corbejensis,hisce,quæ Conringius (4.) ex *Libro* ejus *Imo* allegat,ver-

 bis

(4.) *in Comm. de Orig. Juris Germ. c.19.p. 69.*

bis testatur: *Suevi Transalbini illam, quam incolunt, Regionem eo tempore invaserunt, quo Saxones cum Langobardis Italiam adiere, & ideo aliis Legibus, quam Saxones, utuntur.* Ab HARALDO VI Danorum Rege, Seculo eodem, Frisiis & Saxonibus nostris Novas Leges esse præscriptas, a M. Adamo, qui seculo vixit sequenti, edocemur. (5.) *Certissimum vero est*, inquit ille, *Haraldum tam nostro populo* (Bremensi,) *quam Trans-Albianis & Fresonum genti, Leges & Jura constituisse, quæ adhuc pro tanti Auctoritate Viri servare contendunt.* Adamum verbotenus describunt Helmoldus & Albertus Stadensis, ex quibus ille (6.) Haraldum ait *in iis, quæ ad Regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruisse, ut Leges & Jura statuerit, quæ, pro Autoritate tanti Viri, non solum Dani, sed & Saxones, adhuc hodie servare contendunt.* Albertus autem ad A. 974. ita scribit: *Haraldus Transalbianis & Fresonum Genti Leges & Jura constituit, quæ adhuc pro tanti Auctoritate Viri servare contendunt.* Recte autem monet Henr. Meibomius Junior, (7.) Helmoldi & Alberti Ver-

(5.) *V. Lib. 2. Hist. Eccl. cap. 19. p. 55. Edit. Maderiana,* & confer, quæ ad locum illum annotarunt Conringius *in Comm. de Orig. Juris Germ. c. 19. p.* 68. 69. & Lambecius *in Origg. Hamb. p.* 102 103. (6.) *lib. 1. c. 15. p* 47. (7.) *in Introd. ad Hist. Saxon. Infer. p.* 79. 80.

Verba Ultima de Legum iſtarum Obſervantia, non de iis, quibus ipſi vixere, temporibus (Seculo ſci. XII. & XIII.) ſed Adami potius, cujus Verba retinuerunt, quive ſeculo XI. vixit, Ævo eſſe accipienda. Helmoldi enim ætate Leges iſtas Haraldinas apud Stormarios, Holſatos & Dithmarſos jam abrogatas fuiſſe, alius, quem §. præcedenti adduximus, ejusdem Locus oſtendit, in quo Populos iſtos Nordalbingicos *Saxonum* ſuo tempore *Jura tenuiſſe* affirmat.

IV. Si Conjecturæ noſtræ in re perquam obſcura eſt locus, putaverim Legibus Haraldinis Univerſam Cherſoneſum noſtram paruiſſe, non ad Tempora tantum Adami, ſed ad Initium usque Seculi XII. quoad ſcilicet Comites Dynaſtiæ Billingicæ Holſatis imperarunt, Danorumque Potentiæ & Crebris in ditiones ſuas Irruptionibus reſiſtere non potuerunt. Ex quo autem, Seculo XII. ineunte, Regiones Nordalbingicæ Comitibus Schauenburgicis a Lothario, Duce Saxoniæ, in Feudum ſunt conceſſæ, Jura etiam Saxonum in easdem arbitror introducta; Ducatum autem Slesvicenſem, in quem illis nihil Juris aut Dominii competebat, iisdem cum reliquis Danorum Provinciis, etiam poſt iſta tempora, Legibus eſſe uſum. Quantum

ſane,

Digitized by Google

ſane, jam ſub initium Seculi XIII. quo Hol-tia, Adolpho III Comite ejus, in Exilium jecto, a Canuto VI. & Waldemaro II. Dan Regibus, in ſuam redacta erat Poteſtaten Juris Danici & Holſatici fuerit Diſcrimen quantave pertinacia Nobiles Holſati, Legum Patriarum tenaciſſimi, Danorum in Arce Se-gebergenſi Præfecto, Jus Danicum ſibi obtru-denti, reſtiterint, prolixe ſatis expoſuit Pres-byter Bremenſis, qui *Chronicon Slavorum Hel-moldinum* continuavit, Anonymus Verba Operis Ipſius Inediti, quæ Lambęcius (8.) mutila, Joh. Ad. Cypræus (9) autem integra exhibuit, hunc ſecuti repetemus: *In palu-dem, ab alia parte Fluminis Store jacentem, mul-ti de Holſatis Nobilibus, propter tutum locum, timentes Danorum potentiam, neque Danis ſub-jici volentes, ſe contulerunt. Volebant enim Da-ni, ſicut cœperant, totam terram Holſatiæ ſub-jicere ſibi & Legibus ſuis, ita ut Lex Holſatorum, & Jus Vulgare penitus exſtingueretur, & de-inceps ſecundum Legem & Librum Danorum Loboke judicari deberet. De quo Holſati, Danis ſubjecti, magnopere ſunt conqueſti, quod Legi-bus ſuis ſolitis ab antiquo deberent privari, no-vaque & incognita uti, ita ut etiam remurmu-*

rare

(8.) *in Origg. Hamb. p.* 102. (9.) *in Annal. Epiſc. Sleſvic. l.* 2. *cap.* 5. *p.* 246 - 252.

rare contra Capitaneum, in Castro Segeberg positum, inceperint, quando aliam Legem, & aliud jus, quam suum solitum, imponerere visus fuit, dicentes uti Lege sua velle Holsatica, &c. - - - - *In adventum Adolphi IV.* (Comitis Schauenburgici) *Holsatis, in Palude ItZehoe, & etiam sub Dominio Danorum positis, magna exultatio & lætitia exorta est. Tunc Holsati conglobati, hinc inde reversi, Capitaneum & Advocatum prope Segeberghe iterum rogarunt, jus sibi HolZatense administrari. Respondens eis dixit: Quale Jus eligitis habere in patria vestra? Tunc ex Primis, & Majoribus, & Nobilibus, HolZatenses, extracto Gladio vibrante, imperterrita voce clamabant: Jus nostrum solitum ab Antiquo retinere volumus, & gladio tueri. A quo facto vulgare Verbum postmodum in Holsatia exstitit, & hodie adhuc dicitur: Jus nostrum Gladio defendimus. Unde dictus Capitaneus, videns Holsatorum tam præsumptam audaciam insolitam, nesciens, quod aliud Caput, Novum Dominum & Principem, super se statuissent, timens, in fugam se vertit, quem & ipsi Holsati subsequentes interfecerunt.*

V. In Arnoldi Lubecensis *Continuatione Chronici Slavorum Helmoldini*, (9.) & Narratione istius de Urbe Lubecensi, post Henricum

(9.) *lib. 2. cap. 35 p. 295. Edit. Bangertina.*

cum Leonem, illius Principem, Ditionibu Avitis exutum, ab Incolis Friderico I. Imperatori A. 1182. Certis Conditionibus, dedita, locus occurrit Vexatissimus, quem Viri aliquot Eruditi de Jure Holsatiæ Antiquo intelligendum esse sibi persuadent. Verba Arnoldi hæc sunt: *Post aliquot Dies Burgenses, reversi cum Guncelino Comite, ex Præcepto Ducis, Civitatem in manu ejus* (Imperatoris) *tradiderunt. Verum, priusquam ei Civitatem aperuissent, exierunt ad eum rogantes, ut Libertatem Civitatis, quam a Duce prius traditam habuerant, obtinerent, & Justitias, quas in Privilegiis prius scriptas habebant, secundum Jura SOSATIÆ, & Titulos, quos in Pascuis, Sylvis, Fluviis possederant, ipsius auctoritate & munificentia possiderent. Imperator vero annuit petitioni eorum*, &c. Primus in hisce verbis Mendum occurrere, & pro voce SOSATIÆ, nomen Holsatiæ substituendum esse, suspicatus est, dubitanter tamen, Vir summus, Herm. Conringius: (10.) ejusque postea Conjecturæ majori audacia sunt patrocinati Pet. Lambecius (11.) & Henr. Bangertus (12.) Pro Vulgata contra, quæ in MStis omnibus occurrit, Lectione, ceu vera & genuina, depugnarunt, &

(10.) *in Comm. de Orig. Juris Germ. cap. 28. p. m. 123.* (11.) *in Origg. Hamb. p. 101.* (12.) *in Notis ad h. l. Arnoldi p. 225.*

& per SOSATIAM Susatum, Celebrem Westphaliæ Civitatem, intelligi, asseruerunt Reinerus Reineccius, (13.) Henr. Meibomius Senior, (14.) ejusque Nepos Cognominis, (15) &, quos ille una cum Avo suo allegat, Joh. Gryphiandet (16.) & Casp. Dancvverthius noster (17.) Quibus ego etiam Calculum meum adjicere non dubito. Quamvis enim Juris Susatensis nulla fere apud Antiquos superfit memoria, quamvis item Conjectura Conringiana in majorem Holsatiæ nostræ gloriam vergat, & Primas Decantatissimi Lubecensium Juris Origines illi vindicet, nos tamen, quibus relligio est, patriæ laudes Argumentis dubiis & suspectis augere, Lectionem, quam tot Codd. MSti exhibent, veram esse, & Conjecturis fallacibus haud sollicitandam arbitramur. Henr. sane Meibomius Jun. Lubecensis, Sagacissimus Antiquitatum Patriæ Scrutator, sententiam hanc de Jure Susatensi, primo Lubecensis fonte, quam & mihi παράδοξον antehac visam esse non diffiteor, nuper satis reddidit probabilem. Monuit enim, non Henricum solum Leonem, Civitatis Lubecensis Conditorem, & Primum Juris

(13.) *in Notis ad h. l. Marginalibus.* (14.) *in Notis ad VVitichindum Corbesensem.* (15) *in Introd. ad Hist. Saxon. infer. p.* 86. 87. 88. (16.) *in Lib. de VVeichbildis Saxonicis, cap.* 80. *num.* 15. (17.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c.* 7. *p.* 216.

ris ejusdem Autorem, Westphaliæ etiam, & Urbi in hac Susatensi, imperasse, ac ex ista regione, eo ipso, quo Lubeca condebatur, tempore, Colonias aliquot in Viciniam ejusdem, ab Adolpho II. Comite Holsatiæ, & Henrico, Comite Ratzeburgensi, Helmoldo teste, esse evocatas; sed inter primos etiam Senatores Lubecenses, circa A. 1161. electos, Westphales complures, & in his *Volquinum de Susato, ac Hermannum de Susato*, occurrere. Accedit Locus Illustris, quem Lambecius Ipse Antagonistis suis, ex Diplomate, quo Adolphus IV. Comes Holsatiæ, Hamburgensium Privilegia confirmavit, inedito, suppeditavit: *Et in pascuis, & in Lignis ad comburendum, Libertate gaudebunt, quam constat eos retroactis temporibus possedisse. Et in reliquis Jure fruantur SUSATENSIUM & Lubecensium.* Magnum hæc verba Vulgatæ apud Arnoldum Lectioni pondus addunt; Critica autem Lambecii Audacia, qui, *τῇ ὑποθέσει δουλεύων*, in hoc etiam Diplomate, pro *Susatensium* legi vult *Holsatensium*, Meibomii Virgulæ Censoriæ merito fuit obnoxia.

VI. Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ Habitatores, post abrogatas Leges Danicas, sive Haraldinas, eodem in hodiernum usque diem Jure, cum cœterarum Saxoniæ Inferio-

ris

ris Provinciarum Incolis, ſunt uſi, Legibus ſcil. & Statutis Caroli M. Ottonum, aliorumque Imperatorum Saxonicorum, ac Conſuetudinibus Saxonum & Majorum ſuorum non ſcriptis. Acceſſit his ſeculo XIII. *Speculum*, quod ex utrisque ab EPKONE REPKOVIO, ejusque, (uti Schurtzfleiſchius (18.) conjectat) *συνέργῳ*, Alberto Stadenſi, eſt congeſtum, *Juris Saxonici* Latino-Germanicum; XVto autem, vel paulo etiam ſerius, Jus Civile Juſtinianeum, vel potius Tribomaneum. De Juribus hiſce, quæ ſoli Holſatiæ non ſunt propria, ſed ab aliis Gentibus mutuo accepta, prolixe diſſerere, nec Inſtituti noſtri eſt, neque Neceſſarium, cum Hiſtoria illorum dudum a Viris Eruditis fuſe & accurate ſit expoſita. Nos ſolum jam Lectori commendamus HERMANNI CONRINGII, Viri ſtupendæ in omni pene Literarum Genere Doctrinæ, Aureolum *de Origine Juris Germanici Commentarium Hiſtoricum*, occaſione Controverſiæ, quam Georg. Calixto, Theologo *πολυμαθεστάτῳ*, & Æterno Cimbriæ noſtræ Ornamento, de Juris Juſtinianei in Scholas & Fora Reductione, movebat Bartholdus Nihuſius, A. 1643. (19.) Helmſtadii editum, & tertia vice Ibidem A. 1665, cum Augmento inſigni, re-

R cu-

(18.) *V. Cap. VI. §. 12.* (19.) *in 4to.*

cusum. Illius enim *Capite* XIII de Saxonum & Frisiorum Legibus jussu Caroli M. conscriptis, *Capite* XIX de illorum Ævo sequiori Additamentis, *Capite* XXX. de *Speculo Juris Saxonici*, ejusque Autore, Versione & Glossatore, *Juris* item *Feudalis Saxonici*, qui seculo itidem XIII. debetur, Codice, *Capite* denique XXXII. de Juris Justinianei in Scholas & Fora Germaniæ Introductione, Seculo XV. facta, ea affert Monita & observata, quæ non sitim solum Lectoris Eruditi possunt restinguere, sed assensum etiam eidem haud difficulter extorquere. Sed & legi ab Incautis Juris Tribonianei, ad Lites, credo, multiplicandas & protrahendas inventi, Admiratoribus, Antiquarum autem Germaniæ legum, easdem minuentium, & via breviori terminantium, Contemptoribus, meretur Caput ejusdem Libri XXXIII ium. Perspicue enim in isto ostenditur, nulla Sanctione totius Imperii Publica & Communi, vehas esse abrogatas, vel illud in fora Germaniæ introductum, sed tacita id consuetudine, & Liberrimo singulorum Ordinum Arbitratu esse receptum, ac eadem potestate ab iis iterum posse, ubi visum fuerit, abrogari, pristinamque Legibus Majorum Antiquis (quam tamen apud Homines Cordatos nondum amiserunt

runt

runt) reddi Autoritatem, aut Novum etiam, in ejusdem Locum, Jus ἐπιχώριον substitui. Quod Beneficium Chersoneso nostræ Serenissimi Patriæ Patres *in Judicii Provincialis Ordinatione* dudum sunt polliciti. Juris Lubecensis, quo Civitates IV. Holsatiæ, Rendesburga, Kilia, Itzehoa & Oldesloa, ac, quæ ad harum Dicasterium Commune Superius provocant, Crempa, Segeberga, Wilstria, Hierolimenia, Neapolis Wagrica, Oldenburga, Lutkenburga, Tundera, ac Burga tandem, Femariæ Metropolis, singulari Antiquorum Holsatiæ sive Comitum, sive Ducum, beneficio, utuntur, Historiam *Parte IV.* ubi de ipsa Civitate Lubecensi erit dicendum, paulo curatius proponemus.

VII. Ducatus Slesvicensis, sive Jutiæ Australis, incolæ, uti ante initium Dynastiæ in Holsatia Schauenburgicæ, ita & quoad illa, &, post istam exstinctam, Oldenburgica rerum est potita, eodem cum Vithis Borealibus Jure Privato a Danorum Regibus condito, sunt gavisi. Legum Jutico-Cimbricarum, Seculo XIII. antiquiorum, nulla supersunt Monumenta, imo, si Haraldinas, de quibus paulo ante diximus, excipias, vix ulla memoria. Exstat quidem etiamnum in LL. Antiquarum Germanicarum, quæ Basil. Joh. Heroldus

R 2 Hoch-

Höchstettensis & Frid. Lindebrogius publicarunt, Syntagmatis *Lex Angliorum & Werinorum, h. e. Thuringorum*, Capitibus XVII. comprehensa. Sed hanc neque apud nostrates in Ducatû Slesvicensi Anglos, nec apud Britanniæ Magnæ, qui ab ipsis descendunt, & eodem nomine gaudent, Incolas, unquam fuisse receptam, sed solis Thuringis a Francorum Regibus latam, recte observat Conringius (20.) &, quid de Inscriptione illa sit statuendum, incertus, *Angliorum* & *Werinorum* Nomen ab imperita manu irrepsisse suspicatur.

VIII. NOMOCANON (quem, ceu Normam, in disceptandis & dijudicandis Controversiis Forensibus, ab Annis jam 450. in Ducatu hoc Slesvicensi, & ab octennio quidem soli, sequimur) JUTICUS (dat JUTSCHE LOWBOOK) A. 1240. M. Martio, jussu WALDEMARI II. Danorum Regis (biennio post defuncti,) in Comitiis Wordingburgensibus, ex Jure Divino, Cæsareo, Pontificio & Patrio, Avitisque Consuetudinibus, Danico Idiomate est congestus, & in III. Libros (quorum Imus LVII. IIdus CXV. IIIius LXX. continet Titulos) divisus. Collegerunt eum, &, quo ipsis consultum videbatur

(20.) *in Comm. de Orig. Juris German. c. 13. p. m. 36. 37.*

tur, Ordine dispoſuerunt Proceres Regni Danici, cum Eccleſiaſtici (Offo ſcil. Archiep. Lundenſis, ſeptemque Epiſcopi illius Suffraganei, Nicolaus Roeskildenſis, Ivarus Othonienſis, Petrus Aarhuſienſis, Gunnerus Viburgenſis, Gunnerus Ripenſis, Johannes Aalburgenſis & Johannes Slesvicenſis,) tum Politici (21.) ad Comitia iſta, præſentibus Tribus Regis Filiis, Erico, Abele & Chriſtophoro, ac toto Ordine Equeſtri, celebrata, hoc fine evocati. Occaſionem ejus conſcribendi præbuit, ſumma, quæ in Dicaſteriis Danicis obſervabatur, Ἀταξία, dum quidam Incolarum illius Regni, diu in Galliis ac Italia verſati, Epiſcopi imprimis, aliique Homines Eruditi, ſecundum Leges, quibus illic aſſueverant, Pontificias ac Juſtinianeas, ſibi jus dici cupiebant, quidam contra, iſtis & prudentiores, & patriæ Honori magis conſulentes, Antiquas ejusdem Conſuetudines, Legesque Scanicas & Seelandicas, a Parente Regis, Waldemaro I non ita pridem publicatas, Exoticis præferebant (22.) Conſcriptum Rex, & Regni, qui Comitiis intererant, Ordines reviderunt, reviſum approbarunt; approbatum confeſtim promulgarunt, Legesque Antiqui-

R 3 ores,

(21.) *V. Prologum Nomocanonis*, in quo Epiſcoporum Nomina recenſentur. (22.) V. Haraldi Huitfeldii *P. II, Chronici Danici, p. m.* 206.

1590. aſpexit publicam, Chriſtiani IV. Regis juſſu, ab ipſius Conſiliariis, ſedulo eſt reviſa, cum MSS. collata, emendata, ac ubicunque, vel ob Vetuſti & Hodierni Danorum Idiomatis Diſcrimen, vel ſenſus ipſius obſcuritatem, ab Idiotis quibusvis Leges patriæ non poterant intelligi, Verba Uſitatiora, & magis perſpicua, adjecto interdum Augmento aliquo ἐξηγητικῷ, in priorum locum ſubſtituta. Hanc, cujus curam in ſe ſuſcipere NICOL. KAASIUS, Cancell. Regius, haud dubitavit, Editionem, Receſſibus, quos vocant, & Edictis Regiis, Nomocanone ipſo Recentioribus, auctam, expreſſerunt duæ ſequentes, A. 1600, & 1642. (29.) Hafniæ itidem impreſſæ, quibus an aliæ inveniantur Recentiores, ignoro.

XI. *Latinam* illius *Verſionem*, *Legumque & Jurium Ejusdem Expoſitiones*, cum Jure Romano *Concordantias*, *& Allegationes quasdam*, (Hafniæ A. 1508. (cum ipſo Textu Danico, ac *Parvi* THORDONIS DEGHN, *Diaconi & Daniæ Legiferi* (30.) *Articulis & Correctionibus Legum, ex conſenſu Meliorum Regni, in Parlamento Danorum Neoburgi compoſitis*) a Godofredo Gheman excuſas, debemus CANUTO, Epiſcopo, ab Anno circiter 1460. ad

Emor-

(29.) *in 4to.* (30) V. Thom. Bartholini *Diſſ. IV. de legendis Libris p.* 107. 108. & Alb. Bartholini *Tr. de Scriptis Danorum p.* 141.

Emortualem 1481. Wiburgensi. Juris is Utriusque fuit Doctor, &, ob insignem hujus pariter, atque Doctrinæ Civilis, peritiam, a Christiano I. Danorum Rege, in Belgium, Galliam & Burgundiam non una vice est ablegatus (31.) Inedita etiamnum latet Translatio PETRI SCHRAMMII, Equitis Danici, itidem Latina, eodem Seculo XV. Sed Stylo longe, quam Canutiana, Elegantiori scripta, cujus mentionem, apud Autorem *Operis de Familiis Daniæ Nobilibus Genealogici* atque MSti Anonymum, Pet. Resenius (32.) se observasse significat. In Idioma etiam Saxoniæ Inferioris & Cimbriæ nostræ Vernaculum Nomocanon hic, a non uno Autore, in gratiam Incolarum Ducatus Slesvicensis (qui, cum Jure hoc omnes teneantur, non omnes tamen Linguæ, qua conscriptum est, Danicæ sunt periti, est transfusus, & isto aliquoties, sub finem Seculi XV. publicatus, antequam ipsum Prototypon Danicum, Seculo XVI, Typorum beneficio prodiret. Primæ Versionis Holsaticæ, quam vocat, A. 1483. sed absque Titulo, excusæ, mutilæ præterea deformis, ac admodum mendosæ, Alterius i-

(31.) V. de Illo Haraldi Huitfeldii *Chronicon Episcc. Daniæ Vernaculum* p. 105. Pet. Resenii *Prolegomena Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ, sive Krabbianæ*, p. C, 4. a. b. & Alb. Barthol. *l. c.* p. 95. 128. (32.) *l. c.*

MSta etiamnum latet, & a Pet. Resenio Bibliothecæ Hasniensi Academicæ, cum aliis Libris suis, est donata (39.) Exhibet illa (uti *Index Parti I. præfixus* testatur :) 1. Synopsin Nomocanonis Jutici Tabularem; 2. Synopsin ejusdem Mnemonico-Metricam; 3. Tractationes varias de Juramentis; 4. Waldemari Regis *Constitutiones, & Articulos ac correctiones Legum* Thordonis Deghn, *Daniæ Legiferi*; 5. Tr. de Emptione Agrorum; 6. Admonitiones de Processibus Causarum aliquot singularium; 7. *Jus Municipale* (das Birckerecht) ab Erico Glipping, R. Daniæ, Neoburgi in Fionia A. 1269. publicatum, & a Christophoro Bavaro deinceps auctum; aliaque Cognati Argumenti Meletemata complura. Seorsim Eckenbergerus Slesvigæ A. 1594. (40.) edidit, ac Versioni deinde suæ in Edit. Secunda A. 1603. subjunxit *Repertorium Nomocanonis Jutici Alphabeticum*, darinn die schweren Dänischen Wörter des Lowbooks/ nach Ordnung des Alphabeths/erkläret/und mit den Concordantiis Thordonis Deghn, und aller anderen Waldemaro II. gefolgten Könige Constitutionen, Recessen, Privilegien, &c. den Erbverträgen zwischen Dennemarck/ und den

(39.) *V. Ejus Prolegomena Versionis German. Krabbiana. p. d. 1. a.* (40.) *in 4to.*

den beyden Fürstenthümern / Schleswig und Holstein / auch mit der An. 1593. publicirten Landgerichts-Ordnung verglichen worden; welchem auch hinzugethan ist die Conciliation oder Vergleichung des Textes des Jütischen und Seelandischen Lowbookes.

XIII. Germanicam sive Misnicam Versionem A. 1557. concinnavit, & Christiano III. inscripsit, ERICUS KRABBIUS, Tychonis Fil. Equ. Aur. Danicus, Regni Patrii, Christiano III. & Friderico II. Imperantibus, Senator, horumque Regum ad Imp. Romanum, Reges Gall. & Poloniæ, Magnum Ducem Moscoviæ, aliosque Principes & Provincias, decies octies Legatus, Vir πολιτικώτατος, Jurisque Patrii peritissimus, Bostrupii An. 1512. natus, & Aastrupii A. 1564. denatus. Versio hæc, cujus geminum in Biblioth. Gottorpiensi invenitur MStum, nuper demum A. 1684. Hafniæ (41.) est publicata a PET. RESEMIO Hafniensi, J.U. D Consil Regio, Civitatis Patriæ Præside, & Acad. Antecessore, præclare & de Jure, & de Antiqq. Danicis, merito. Præmittuntur ei Prolegomena Editoris Danica prolixa de Nomocanonis hujus Historia, Waldemari II. Regis, & Krabbii Interpretis, Vita, Familiarum Krabbiæ, Reventloviæ & Skram-

(41.) *in 4to maj.*

MSta etiamnum latet, & a Pet. Resenio Bibliothecæ Hasniensi Academicæ, cum aliis Libris suis, est donata (39.) Exhibet illa (uti *Index Parti I. præfixus* testatur :) 1. Synopsin Nomocanonis Jutici Tabularem; 2. Synopsin ejusdem Mnemonico-Metricam; 3. Tractationes varias de Juramentis; 4. Waldemari Regis *Constitutiones*, *& Articulos ac correctiones Legum* Thordonis Deghn, *Daniæ Legiferi*; 5. Tr. de Emptione Agrorum; 6. Admonitiones de Processibus Causarum aliquot singularium; 7. *Jus Municipale* (das Birckerecht) ab Erico Glipping, R. Daniæ, Neoburgi in Fionia A. 1269. publicatum, & a Christophoro Bavaro deinceps auctum; aliaque Cognati Argumenti Meletemata complura. Seorsim Eckenbergerus Slesvigæ A. 1594. (40.) edidit, ac Versioni deinde suæ in Edit. Secunda A. 1603. subjunxit *Repertorium Nomocanonis Jutici Alphabeticum*, darinn die schweren Dänischen Wörter des Lowbooks/ nach Ordnung des Alphabeths/erklaret/und mit den Concordantiis Thordonis Deghn, und aller anderen Waldemaro II. gefolgten Könige Constitutionen, Recessen, Privilegien, &c. den Erbverträgen zwischen Dennemarck / und den

(39.) *V. Ejus Prolegomena Versionis German. Krabbiana. p. d. 1. a.* (40.) *in 4to.*

den beyden Fürstenthümern / Schleswig und Holstein / auch mit der An. 1593. publicirten Landgerichts-Ordnung verglichen worden; welchem auch hinzugethan ist die Conciliation oder Vergleichung des Textes des Jütischen und Seelandischen Lowbookes.

XIII. Germanicam sive Misnicam Versionem A. 1557. concinnavit, & Christiano III. inscripsit, ERICUS KRABBIUS, Tychonis Fil. Equ. Aur. Danicus, Regni Patrii, Christiano III. & Friderico II. Imperantibus, Senator, horumque Regum ad Imp. Romanum, Reges Gall. & Poloniæ, Magnum Ducem Moscoviæ, aliosque Principes & Provincias, decies octies Legatus, Vir πολιτικώτατος, Jurisque Patrii peritissimus, Bostrupii An. 1512. natus, & Aastrupii A. 1564. denatus. Versio hæc, cujus geminum in Biblioth. Gottorpiensi invenitur MStum, nuper demum A. 1684. Hafniæ (41.) est publicata a PET. RESEMIO Hafniensi, J.U. D Consil Regio, Civitatis Patriæ Præside, & Acad. Antecessore, præclare & de Jure, & de Antiqq. Danicis, merito. Præmittuntur ei Prolegomena Editoris Danica prolixa de Nomocanonis hujus Historia, Waldemari II. Regis, & Krabbii Interpretis, Vita, Familiarum Krabbiæ, Reventloviæ & Skram-

(41.) *in 4to maj.*

MSta etiamnum latet, & a Pet. Resenio Bibliothecæ Hasniensi Academicæ, cum aliis Libris suis, est donata (39.) Exhibet illa (uti *Index Parti I. præfixus* testatur :) 1. Synopsin Nomocanonis Jutici Tabularem; 2. Synopsin ejusdem Mnemonico-Metricam; 3. Tractationes varias de Juramentis; 4. Waldemari Regis *Constitutiones, & Articulos ac correctiones Legum* Thordonis Deghn, *Daniæ Legiferi*; 5. Tr. de Emptione Agrorum; 6. Admonitiones de Processibus Causarum aliquot singularium ; 7. *Jus Municipale* (dat Birckerecht) ab Erico Glipping , R. Daniæ , Neoburgi in Fionia A. 1269. publicatum , & a Christophoro Bavaro deinceps auctum ; aliaque Cognati Argumenti Meletemata complura. Seorsim Eckenbergerus Slesvigæ A. 1594. (40.) edidit, ac Versioni deinde suæ in Edit. Secunda A. 1603. subjunxit *Repertorium Nomocanonis Jutici Alphabeticum*, darinn die schweren Dänischen Wörter des Lowbooks/ nach Ordnung des Alphabeths/erkläret/und mit den Concordantiis Thordonis Deghn , und aller anderen Waldemaro II. gefolgten Könige Constitutionen, Recessen, Privilegien, &c. den Erbverträgen zwischen Dennemarck / und den

(39.) *V. Ejus Prolegomena Versionis German. Krabbianæ. p. d. 1. a.* (40.) *in 4to.*

den beyden Fürstenthümern/Schleswig und Holstein / auch mit der An. 1593. publicirten Landgerichts-Ordnung verglichen worden; welchem auch hinzugethan ist die Conciliation oder Vergleichung des Textes des Jütischen und Seelandischen Lowbookes.

XIII. Germanicam sive Misnicam Versionem A. 1557. concinnavit, & Christiano III. inscripsit, ERICUS KRABBIUS, Tychonis Fil. Equ. Aur. Danicus, Regni Patrii, Christiano III. & Friderico II. Imperantibus, Senator, horumque Regum ad Imp. Romanum, Reges Gall. & Poloniæ, Magnum Ducem Moscoviæ, aliosque Principes & Provincias, decies octies Legatus, Vir πολιτικώτατος, Jurisque Patrii peritissimus, Bostrupii An. 1512. natus, & Aastrupii A. 1564. denatus. Versio hæc, cujus geminum in Biblioth. Gottorpiensi invenitur MStum, nuper demum A. 1684. Hafniæ (41.) est publicata a PET. RESEMIO Hafniensi, J.U.D. Consil. Regio, Civitatis Patriæ Præside, & Acad. Antecessore, præclare & de Jure, & de Antiqq. Danicis, merito. Præmittuntur ei Prolegomena Editoris Danica prolixa de Nomocanonis hujus Historia, Waldemari II. Regis, & Krabbii Interpretis, Vita, Familiarum Krabbiæ, Reventloviæ & Skram-

(41.) *in 4to maj.*

Höchstettensis & Frid. Lindebrogius publicarunt, Syntagmatis *Lex Angliorum & Werinorum, h. e. Thuringorum*, Capitibus XVII. comprehensa. Sed hanc neque apud nostrates in Ducatû Slesvicensi Anglos, nec apud Britanniæ Magnæ, qui ab ipsis descendunt, & eodem nomine gaudent, Incolas, unquam fuisse receptam, sed solis Thuringis a Francorum Regibus latam, recte observat Conringius (20.) &, quid de Inscriptione illa sit statuendum, incertus, *Angliorum* & *Werinorum* Nomen ab imperita manu irrepsisse suspicatur.

VIII. NOMOCANON (quem, ceu Normam, in disceptandis & dijudicandis Controversiis Forensibus, ab Annis jam 450. in Ducatu hoc Slesvicensi, & ab octennio quidem soli, sequimur) JUTICUS (dat JVTJSCHE LOWBOOG) A. 1240. M. Martio, jussu WALDEMARI II. Danorum Regis (biennio post defuncti,) in Comitiis Wordingburgensibus, ex Jure Divino, Cæsareo, Pontificio & Patrio, Avitisque Consuetudinibus, Danico Idiomate est congestus, & in III. Libros (quorum Imus LVII. IIdus CXV. IIIius LXX. continet Titulos) divisus. Collegerunt eum, &, quo ipsis consultum videbatur

(20.) *in Comm. de Orig. Juris German. c. 13. p. m. 36. 37.*

tur, Ordine diſpoſuerunt Proceres Regni Danici, cum Eccleſiaſtici (Offo ſcil. Archiep. Lundenſis, ſeptemque Epiſcopi illius Suffraganei, Nicolaus Roeskildenſis, Ivarus Othonienſis, Petrus Aarhuſienſis, Gunnerus Viburgenſis, Gunnerus Ripenſis, Johannes Alburgenſis & Johannes Slesvicenſis,) tum Politici (21.) ad Comitia iſta, præſentibus Tribus Regis Filiis, Erico, Abele & Chriſtophoro, ac toto Ordine Equeſtri, celebrata, hoc fine evocati. Occaſionem ejus conſcribendi præbuit, ſumma, quæ in Dicaſteriis Danicis obſervabatur, Ἀταξία, dum quidam Incolarum illius Regni, diu in Galliis ac Italia verſati, Epiſcopi imprimis, aliique Homines Eruditi, ſecundum Leges, quibus illic aſſueverant, Pontificias ac Juſtinianeas, ſibi jus dici cupiebant, quidam contra, iſtis & prudentiores, & patriæ Honori magis conſulentes, Antiquas ejusdem Conſuetudines, Legesque Scanicas & Seelandicas, a Parente Regis, Waldemaro I non ita pridem publicatas, Exoticis præferebant (22.) Conſcriptum Rex, & Regni, qui Comitiis intererant, Ordines reviderunt, reviſum approbarunt; approbatum confeſtim promulgarunt, Legesque Antiqui-

R 3 ores,

(21.) *V. Prologum Nomocanonis*, in quo Epiſcoporum Nomina recenſentur. (22.) V. Haraldi Huitfeldii *P. II, Chronici Danici, p. m.* 206.

ores, ei contrarias, ſolis, quas modo allegabamus, Seelandicis & Scanicis exceptis, abrogarunt, & maximam partem Vulcano conſecrarunt. Ex eo tempore Nomocanon hic Juticus, Novis ſubinde Conſtitutionibus Regiis auctus, in Provinciis Regni Danici, præter Scaniam & Seelandiam, univerſis, ac Ducatu Slesvicenſi, Juris Provincialis Autoritatem, ad noſtra usque Tempora, obtinuit, & a ſingulis Regibus, quando inaugurabantur, ad nuperam usque Regni iſtius ex Electivo in Hæreditarium Mutationem, Juramento ſolenni eſt confirmatus (23.)

IX. Quanta Cura, Judicio & Circumſpectione Autores, in eo conſcribendo, & Sanctionibus, cum Patriæ, tum aliarum Gentium, Saluberrimis atque præſtantiſſimis undecunque in illum comportandis, ſint verſati, haud facile eſt dictu, & jamdudum Viri Eruditi deprædicarunt. Hos inter Paulus Cypræus, JCtus Cimbriæ noſtræ Eminentiſſimus, in *Annalibus Epiſcc. Slesvicenſium*, a Filio editis & continuatis: (24.) *Colligere hinc*, inquit, *licet, Waldemarum Regem fuiſſe ſapientiſſimum & juſtiſſimum, ut qui ad rem tantam in conſilium adhiberet Viros Doctrina & Pietate præſtantiſſimos, ut ea, quæ eſſent ex uſu Regni, in com-*

(23.) V. Huitfeldium *l. c.* (24.) *Lib.* 2. *cap.* 5. *p.* 45.

commune consulerent. Nam & Compositio illarum satis Argumento ac Indicio est, Autores earum, non solum in S. Literis Versatissimos, verum etiam Juris Pontificii & Cæsarei peritissimos fuisse, ex quibus multa Capita Legum de verbo ad verbum desumpta esse constat. ὁμόψηφος huic Haraldus Huitfeldius, Regni Danici, Christiano IV. imperante, Cancellarius, ac Historicorum ejusdem Princeps, (25.) summas Waldemaro Laudes & Gratias a Danis omnibus, ob Nomocanonem hunc, deberi agnoscit, utque Idem in Seelandia etiam & Scania pro Norma Rerum forensium habeatur, atque ita Harmonia Dicasteriorum Regni patrii omnium, toties desiderata, obtineatur, serio exoptat.

X. Sex ejus Editiones Danicæ mihi hactenus innotuerunt. Harum prima, Pet. Resenio (26.) Teste, Ripis Cimbrorum A. 1504. a Matthia Brandio; Secunda vero, una cum Canuti, Episcopi Viburgensis, Versione & expositione Latina, quadriennio post (A. 1508.) Hafniæ, (27.) a Godofredo Gheman, est excusa. Tertiam ibidem A. 1580. prodiisse testatur Alb. Bartholinus (28. Quarta, quæ in eadem Regni Danici Metropoli, Lucem An.

(25.) *l. c.* (26.) *in Prolegomenis Versionis Germ. Krabbianæ p. C. 4. a. b.* (27.) *in 4to.* (28.) *in Tr. de Scriptis Dan. p.* 127.

1590. aspexit publicam, Christiani IV. Regis jussu, ab ipsius Consiliariis, sedulo est revisa, cum MSS. collata, emendata, ac ubicunque, vel ob Vetusti & Hodierni Danorum Idiomatis Discrimen, vel sensus ipsius obscuritatem, ab Idiotis quibusvis Leges patriæ non poterant intelligi, Verba Usitatiora, & magis perspicua, adjecto interdum Augmento aliquo ἐξηγητικῷ, in priorum locum substituta. Hanc, cujus curam in se suscipere NICOL. KASIUS, Cancell. Regius, haud dubitavit, Editionem, Recessibus, quos vocant, & Edictis Regiis, Nomocanone ipso Recentioribus, auctam, expresserunt duæ sequentes, A. 1600. & 1642. (29.) Hafniæ itidem impressæ, quibus an aliæ inveniantur Recentiores, ignoro.

XI. *Latinam* illius *Versionem*, *Legumque & Jurium Ejusdem Expositiones*, cum Jure Romano *Concordantias*, & *Allegationes quasdam*, (Hafniæ A. 1508. (cum ipso Textu Danico, ac *Parvi* THORDONIS DEGHN, *Diaconi & Daniæ Legiferi* (30.) *Articulis & Correctionibus Legum, ex consensu Meliorum Regni, in Parlamento Danorum Neoburgi compositis*) a Godofredo Gheman excusas, debemus CANUTO, Episcopo, ab Anno circiter 1460. ad

Emor-

(29.) *in 4to.* (30.) V. Thom. Bartholini *Diss. IV. de legendis Libris* p. 107. 108. & Alb. Bartholini *Tr. de Scriptis Danorum* p. 141.

Emortualem 1481. Wiburgensi. Juris is Utriusque fuit Doctor, &, ob insignem hujus pariter, atque Doctrinæ Civilis, peritiam, a Christiano I. Danorum Rege, in Belgium, Galliam & Burgundiam non una vice est ablegatus (31.) Inedita etiamnum latet Translatio PETRI SCHRAMMII, Equitis Danici, itidem Latina, eodem Seculo XV. Sed Stylo longe, quam Canutiana, Elegantiori scripta, cujus mentionem, apud Autorem *Operis de Familiis Daniæ Nobilibus Genealogici* atque MSti Anonymum, Pet. Resenius (32.) se observasse significat. In Idioma etiam Saxoniæ Inferioris & Cimbriæ nostræ Vernaculum Nomocanon hic, a non uno Autore, in gratiam Incolarum Ducatus Slesvicensis (qui, cum Jure hoc omnes teneantur, non omnes tamen Linguæ, qua conscriptum est, Danicæ sunt periti, est transfusus, & isto aliquoties, sub finem Seculi XV. publicatus, antequam ipsum Prototypon Danicum, Seculo XVI, Typorum beneficio prodiret. Primæ Versionis Holsaticæ, quam vocat, A. 1483. sed absque Titulo, excusæ, mutilæ præterea deformis, ac admodum mendosæ, Alterius i-

 tem,

(31.) V. de Illo Haraldi Huitfeldii *Chronicon Episcc. Daniæ Vernaculum* p. 105. Pet. Resenii *Prolegomena Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ, sive Krabbianæ*, p. C. 4. a. b. & Alb. Barthol, *l. c. p.* 95. 128. (32.) *l. c.*

tem, eadem Dialecto Hafniæ A. 1495. publicatæ, Blasius Eckenbergerus noster injecit mentionem (33.) An diversa ab his sit, quæ, Henr. Gieseberto (34.) teste, A. 1486. in Charta Octuplicata prodiit, cum nullam earum videre mihi hactenus contigerit, nequeo definire. Versio Belgica, quam A. 1539. editam esse Alb. Bartholinus (35.) Affirmat, vereor ne in Utopia sit quærenda, & ex Saxonicarum aliqua a Viro Docto, sed non satis accurato, nostrique & Belgici Idiomatis affinitate decepto, in Belgicam transmutata.

XII. Versionum Saxonicarum omnium Recentissima quidem, sed accuratissima, est Eckenbergeriana, Autorem agnoscens BLASIUM ECKENBERGERUM Lubecensem, Scribam Præfecturæ Flensburgensis, per Annos LVI. & quod excurrit, Publicum, & Judicii simul Provincialis Slesvico-Holsatici Grammateum, A. 1603. (æt. 80mo) etiamnum superstitem (36.) Is, cum insignem Juris Provincialis Peritiam assiduo sibi Rerum forensium usu parasset, hortatu Consiliariorum in Cimbria

(33.) Illius scil. in *Præfat. Primæ Editionis Versionis suæ Saxonicæ, A. 1593. impressa*; Hujus autem, *in præfat. Repertorii, eidem adjuncti.* (34.) *in Præf. Periculi I. Harmoniæ Statutorum* Practicæ. (35.) *l. c. p.* 128. (36.) Vitam ejus & Effigiem, a nobis ipsi transmissas, Pet. *Resenius* A. 1648. in *Versionis Krabbianæ* Prolegomenis exhibuit.

bria Regiorum & Ducalium, ac Pro-Regis Henr. Ranzovii, Versionem hanc est aggressus, & Editionem Danicam, A. 1590 revisam, in eadem præcipue secutus. Verbum Verbo reddidit, & quoties hoc ob diversum Linguæ utriusque Genium commode fieri non poterat, Prototypi Danici Textum Versioni Saxonicæ, Canuti, Interpretis Latini (cujus eum Vestigiis presse institisse Resenius observat,) Exemplo, adjecit. Laborem hunc suum Consiliariis Regiis Anderschoviæ in Seelandia obtulit, quorum jussu Georg. Schomakerus J. U. D. eum revidit, & Autor postmodum, cum Nicolao Kaasio Cancellario is itidem magnopere placuisset, Slesvigæ, Typis Wegnerianis, A. 1593. (37.) publicavit; nomine suo in Titulo quidem dissimulato, sed *Epistolæ ad Christ. IVtum Dedicatoriæ* subjecto. Secundæ, quam Bipertitam dare constituerat, illius Editioni, A. 1603. (38.) impressæ, & plurimis Egregiis Accessionibus, Legumque Danicarum omnium Concordantiis locupletatæ, Nomen suum præfixit, sed Primam tantum illius Partem divulgavit. Pars altera, cui Titulum Præfixit *Enchiridii*, *sive Manuductionis ad Nomocanonis hujus Praxin & Processum, aliis etiam Danorum Legibus illustratum*, MSta

(37.) *in 4to*, (38.) *in 4to sine loci mentione*,

MSta etiamnum latet, & a Pet. Resenio Bibliothecæ Hasniensi Academicæ, cum aliis Libris suis, est donata (39.) Exhibet illa (uti *Index Parti I. præfixus* testatur :) 1. Synopsin Nomocanonis Jutici Tabularem; 2. Synopsin ejusdem Mnemonico-Metricam; 3. Tractationes varias de Juramentis; 4. Waldemari Regis *Constitutiones*, & *Articulos ac correctiones Legum* Thordonis Deghn, *Daniæ Legiferi*; 5. Tr. de Emptione Agrorum; 6. Admonitiones de Processibus Causarum aliquot singularium; 7. *Jus Municipale* (dat Birckerecht) ab Erico Glipping, R. Daniæ, Neoburgi in Fionia A. 1269. publicatum, & a Christophoro Bavaro deinceps auctum; aliaque Cognati Argumenti Meletemata complura. Seorsim Eckenbergerus Slesvigæ A. 1594. (40.) edidit, ac Versioni deinde suæ in Edit. Secunda A. 1603. subjunxit *Repertorium Nomocanonis Jutici Alphabeticum*, darinn die schweren Dänischen Wörter des Lowbooks/ nach Ordnung des Alphabeths/erkläret/und mit den Concordantiis Thordonis Deghn, und aller anderen Waldemaro II. gefolgten Könige Constitutionen, Recessen, Privilegien, &c. den Erbverträgen zwischen Dennemarck / und den

(39.) *V. Ejus Prolegomena Versionis German. Krabbiana. p. d. 1. a.* (40.) *in 4to.*

den beyden Fürstenthümern/Schleswig und Holstein / auch mit der An. 1593. publicirten Landgerichts-Ordnung verglichen worden; welchem auch hinzugethan ist die Conciliation oder Vergleichung des Textes des Jütischen und Seeländischen Lowbookes.

XIII. Germanicam sive Misnicam Versionem A. 1557. concinnavit, & Christiano III. inscripsit, ERICUS KRABBIUS, Tychonis Fil. Equ. Aur. Danicus, Regni Patrii, Christiano III. & Friderico II. Imperantibus, Senator, horumque Regum ad Imp. Romanum, Reges Gall. & Poloniæ, Magnum Ducem Moscoviæ, aliosque Principes & Provincias, decies octies Legatus, Vir πολιτικώτατος, Jurisque Patrii peritissimus, Bostrupii An. 1512. natus, & Aastrupii A. 1564. denatus. Versio hæc, cujus geminum in Biblioth. Gottorpiensi invenitur MStum, nuper demum A. 1684. Hafniæ (41.) est publicata a PET. RESEMIO Hafniensi, J.U.D. Consil Regio, Civitatis Patriæ Præside, & Acad. Antecessore, præclare & de Jure, & de Antiqq. Danicis, merito. Præmittuntur ei Prolegomena Editoris Danica prolixa de Nomocanonis hujus Historia, Waldemari II. Regis, & Krabbii Interpretis, Vita, Familiarum Krabbiæ, Reventloviæ & Skram-

(41.) *in 4to maj.*

Skrammiæ Genealogia, Ordinibus Daniæ Equestribus, &c. Lectu non injucunda. Præfert is illam omnibus aliis versionibus, hanc ob causam, quod, Terminos Juris Danici Vetustos & Obscuriores, quos reliquæ, sine ulla Exegesi, Danico Idiomate repetiverunt, Paraphrastice explanando, Lectori ad Nomocanonem intelligendum, non parum afferat adjumenti.

XIV. Inter Commentatores Pandectarum Juris Cimbrico Danici, primum ætatis merito locum sibi vindicant CANUTUS, Episc. Wiburgensis, & THORDO DEGHN, *Daniæ Legifer*, de quorum monumentis huc spectantibus §. II. diximus. Proximum meretur BLAS. ECKENBERGERUS, cujus *Repertorii* Editi, & *Enchiridii* Inediti, itidem paulo ante facta est mentio. Ejusdem cum *Repertorio* est Argumenti, sed, præter Nomo-Canonem Juticum, alia etiam Jura Borealia illustrat, CHRISTIANI OSTERSON, Vedelensis, Senatoris Roeskildensis, *Glossarium Juridicum Danico-Norvvegicum, sive Explicatio Vocum omnium Antiquarum Forensium, in Seelandiæ, Scaniæ, Jutiæ & Norvvegiæ Legibus, Recessibus, &c. occurrentium*, Danico Idiomate Hafniæ A. 1652, & 1665. (42.) excusum. MStum Anonymi

(42.) *in 4to.*

nymi *in quosdam Nomocanonis hujus Articulos Commentarium*, sibi visum, allegat Ericus Mauritius nostras, JCtus Germaniæ Universæ h. t. Eminentissimus, monetque JOACH. BLUTINGIO, Judicii Provincialis Advocato, vulgo tribui, qui, cum Typis illum destinaret, Christiani IV. Regis, qui fieri id noluerit, autoritate sit prohibitus (43.) Incidi & Ipse aliquando in Blutingii Observationes Vernaculas Ineditas, von wem/wann/woraus das Jüdische Lowbook gestifftet und gemacht/ und von desselben *Præcellentia*. Quæ an eædem sint cum Comm. isto, certo non possum affirmare. JOH. MEIERI, Civis mei, & Urbis Patriæ Secretarii (A. 1616. M. Jul defuncti,) *Methodus*, quam Mauritius itidem laudat, *Juris Danici*, a Genero ejus, & in Officio successore, Corn. Steenhusio, Dithmarso, Editioni destinata, nec mihi hactenus est visa, nec in hac Civitate reperitur. In Biblioth. Hafniensi *Processum Juris Cimbrici* MStum, *Notasque & Glossas in Nomocanonem* illius Danicas, itidem Ineditas, &, pariter atque ille, ab Incerto Scriptas Autore, inveniri, Pet. Resenius (44.) testatur.

XV. Claudat Exegetarum Agmen, qui omni-

(43.) *V. Præfat. Speciminis Consiliorum Kiloniensium.*
(44.) *in Prolegomenis, sæpe, jam allegatis, p. b. 3. a.*

Digitized by Google

omnibus haud dubie, quotquot in Nomocanonem noſtrum quippiam vel ediderunt, vel moliti ſunt, palmam extorquere facile potuit, PAULUS CYPRÆUS Slesvicenſis, IV. Ducum Holſato Gottorpienſium Conſiliarius, ab Herm. Vultejo (45.) Ob Ingentem de Studiis Jurisprudentiæ bene merendi facultatem, prolixe commendatus. Scripſit ille, cum in Academia Aurelianenſi verſaretur, *Commentarios in LL. & Conſuetudines Patrias, ſive Slesvicenſes*, iſtosque, e Galliis in Italiam abiturus, apud Guilh. Fornerium, ejusdem Scholæ Antecesſorem, depoſuit, qui hiſce eos verbis in ſuis *Selectionum Libris* (46.) allegat: *Et hoc Acutus Vir vidit, Paulus Cypræus Slesvicenſis, Auditor Aureliæ, cujus Immortales in patrias LL. Commentarios exſpectamus.* A Fornerii Filio Vir Illuſtris, Jac. Bongarſius, Regis Gallici Legatus, eos, rogatu Autoris, A. 1595. repetiit, &, redditos ſibi eſſe, peculiari Epiſtola, Kal. Oct. ſcripta, (47.) eidem ſignificavit, tandem-

(45.) *in Epiſt. Libro Cyprai de Jure Connubiorum præfixa.* (46.) *Lib.* 2 *p.* 74. Citat hunc locum Filius Pauli, Joh. Adolphus, *in Annalibus Epiſce. Sleſv. l.* 3. *p.* 464. 465. (47.) Exſtat illa in Sylloge Epiſtolarum *Bongarſii & Georg. Mich. Lingelshemii, Argentinæ A.* 1660. *publicata, p.* 37. 38. Irrepſit autem in eam Sphalma, ſive Bongarſii Mnemonicum, ſive Operarum Typographicum, quo Cypræo *Commentarii in LL. Brunsvicenſes* affinguntur, cum, non has, ſed *Slesvicenſes*, is illuſtrarit.

demque, post Excessum illius, Hæredibus, cum Literis aliis Honorificentissimis, Slesvigam transmisit. Delituerunt postea apud Filium Joh. Adolphum, qui Editionem illorum in *Annalibus Episcc. Slesv.* A. 1634. (48.) pollicitus quidem est, sed patriæ & Orbis Eruditi Expectationi non satisfecit.

XVI. Plura his, quæ de Nomocanonis Jutici Historia hactenus attulimus, e duobus haud dubie Scriptis Ineditis totidem Celeberrimorum Daniæ & Cimbriæ ICtorum, ubi prodierint, edocebimur. Horum alterum est PETRI RESENII (in cujus etiam *Prolegomenis Versionis Krabbianæ* multa invenies huc spectantia) *Chronologia Danico-Latina Juris Civ. & Ecclesiastici, Danici, Norvvagici, Islandici & Gronlandici, ad Imitationem Chronologiæ Juris Civilis & Canonici Romani, a. I. Wolfg. Freymonio, Hub. Cifanio, A. Contio & M. Frehero conscriptæ, elaborata*, quam in *Historia Acad. Hafn. Vindingiana* (49.) ac *Edda Islandicæ Præfatione* (50.) promisit, & jam ferme absolutam esse significavit. Alterum est OTTONIS SPERLINGII, Augustissimi Regis nostri Consiliarii, *Historia Juris Danici ab ovo repetita, in qua omnia inde Jura Saxonica originem suam derivare ostenditur*, itidem, uti ex Autoris

S Do-

(48.) l. l. (49.) p. 428. (50.) lit. l. 2. b.

Doctissimi ad me Literis didici, ad Umbilicum jam perducta.

XVII. Mentionem paulo ante fecimus (51.) Voti Huitfeldiani, de Nomocanone Jutico in Scaniam etiam & Seelandiam introducendo, & Jure hoc pacto Eodem atque Uniformi in omnibus Regni Danici Provinciis stabiliendo. Desiderarunt hanc Harmoniam, ante illum, & alii Regni Proceres, imo ipse Rex Fridericus II. cujus jussu Metaphrastes LL. Juticarum Germanicus, ERICUS KRABBIUS, Sec Superiore, *Corpus Juris Danici Universale*, ex LL. Seelandicis, Scanicis, Juticis, aliisque Constitutionibus Regiis coagmentatum, in patriæ gratiam est molitus, sed labori, jam pene maturo, A. 1664 immortuus (52.) Reservabantur scilicet hæc Daniæ Felicitas nostris Temporibus, & Imperio CHRISTIANI V. Monarcharum Europæorum nemini, vel PIETATE, vel JUSTITIA, secundi. Hujus enim Auspiciis CODEX CHRISTIANEUS, ex omnibus Patriæ Legibus Antiquis, Regiisque Edictis, ordine pulcherrimo, collectus, & ad modernam Imperii Hæreditarii faciem accommodatus,

(51.) §. 9. (52.) V. Pet. Resenii *Prolegomena Versionis Krabbianæ p. d* 3. *b. d*. 4. Epitaphium item Krabbio erectũ, ibid. *p. e*. 2. *a*. *b*. ac, quam Resenius allegat, Nic. Hemmingii *Epistolam ad Krabbium Dedicatoriam, Methodo Legis Naturalis Apodictica A*. 1562, *præfixam*.

datus, A. 1683.(53.) Danico Idiomate, Lucem Hafniæ vidit publicam, & jam in omnibus Regni Dicasteriis, ceu Norma Rerum & Controversiarum Forensium Catholica, observatur. Cœptum est jam de illo cogitari a Friderico III. mox post Regni Electivi in Hæreditarium Mutationem, ejusque, & Filii Successoris, jussu, ab Anno, qui mihi fuit Natalis, 1661. ad A. 1684. per lustra quatuor, & quod excurrit, in eo colligendo, conscribendo, &, cum Scriptio A. 1669. esset absoluta, quinquies sexiesve, ne quid desiderari posset, revidendo, a Viris totius Daniæ Præstantissimis, assidue laboratum. Ex Ordine Equestri Laborem hunc in Patriæ gratiam, exantlarunt Belovii, Juelii, Krabbii, Kragii, Langii, Pasbergii, Powischii, Reetzii, Scheelii, Seefeldii, Trollii, Vindii, Illustria Septentrionis Lumina; Ex Procerum Aulicorum & Doctorum Academicorum Collegiis, Vibii, Ernstii, Lassonii, Nansonii, Reseni, Scavenii, Brochmanni, Vindingii, Schöleri, Viri de Re Publica & Literaria Optime meriti; Ex Ordine tandem Ecclesiastico, cui Revisio Partis Jura Sacra complexæ demandabatur, Suaningii, Wandalini, Baggeri, Lethii, Noldii, Ecclesiæ Borealis Columina. In conscribendo Codice hoc

 præ-

(53.) *in 4to maj.*

Digitized by Google

præcipuæ fuerunt Partes ERASMI VINDINGII, Consil & PP. Regii, Summique Tribunalis Assessoris, in edendo autem Casp. Schöleri, Cancellariæ Danicæ Consiliarii (54) Post factam Illius, ante octennium, & in reliquis Daniæ Provinciis, & in Jutia Boreali, Promulgationem, huius Incolæ Legibus Nomocanonis Jutici non amplius sunt obstricti, atque adeo is solius jam Jutiæ nostræ Australis, sive Ducatus Slesvicensis, Jus est ἐπιχώριον.

XVIII. Dictum est hactenus de Juribus Provincialibus, quæ Ducatum Cimbricorum alterutri sunt aut fuerunt propria: Jam vero etiam dicendum de Sanctionibus Forensibus & Politicis, utrique hac tempestate communibus. Harum facile Princeps est *Ordinatio Judicii Provincialis Slesvigo-Holsatici* (die Schleswig-Hollsteinische Landgerichts-Ordnung) jussu Friderici II. Regis, Johannisque Senioris & Adolphi, Ducum Holsatiæ, ex Jure Communi & Saxonico, a Sex illorum Consiliariis congesta, in IV. Partes, & Titulos L. distincta, Annoque 1573. Hamburgi (55.) publicata. A Friderico Labor hic commissus est HENR. RANZOVIO, Cimbriæ Pro-Regi, & ERASMO

(54.) Prolixiorem Juris hujus Danorum Novissimi Historiam invenies in Pet. Resenii *Prolegomenis ad Versionem Nomocanonis Jutici Krabbianam*, e quibus nostra hæc est derivata Narratio. (55.) *in 4to.*

RASMO KIRSTENIO J.U.D. a Johanne, SIGFRIDO RANZOVIO, & Cancellario ſuo HIERON. OLGARDIO, J. U.D. ab Adolpho denique BENEDICTO ab ALEFELD, Dynaſtæ Haſeldorfienſi, & AD. TRATSIGERO, J. U.D. & Aulæ ſuæ Cancellario, cui Scriptionem illius deberi Illuſtris Gudius mihi ſignificavit (56.) Hamburgenſem Sanctionis hujus Editionem verbotenus expreſſit Secunda Glückſtadienſis, quæ, A. 1635. excuſa, ſed mihi hactenus non viſa, ab Fr. Mauritio (57.) allegatur. An. ſeqv. 1636. eadem, juſſu Chriſtiani IV. Regis, & Friderici IV. Ducis Holſ. a quibusdam ipſorum Conſiliariis, Ordinumque Deputatis eſt reviſa, & *remotis*, uti Dn. Mauritius loquitur, *illis*, *quæ fori Uſus non amplius admittebat, additisque Dubiorum, quæ Ordines proponebant*, *Novis Deciſionibus*, ac aliis Conſtitutionibus, Editione Veteri recentioribus, Glückſtadii A. 1637. (58.) prælo iterum ſubjecta. Reviſionis hujus Curam atque Onus HENRICO ab HATTEN Segebergenſi, Intimo Regis ac Ducis Conſiliario, perque annos XXII. Cancellario Provinciali, præcipue incubuiſſe, a Gudio, τῷ μακαρίτῃ, itidem ſum edoctus. Ad Reviſum hoc Exem-

 plar

(56.) De Tratſigeri Vita & Fatis plura afferentur *Parte IV.* ubi de *Chronico* ejus *Hamburgenſi* erit agendum. (57.) (*in Præfat. Speciminis* Conſiliorum *Kiloenienſium*, *Quaternione X.* (58.) *in 4to.*

plar aliquoties postea, nec sine Augmento. Glückstadii est recusa, A. 1665. scil. cum *Matricula Provinciali*, Constitutione de Jure Repræsentationis in Ducatu Slesv. A. 1649. promulgata, & Regio de Usuris Usurarum Pupillarium Edicto; A. 1690. autem, cum Summariis Marginalibus, & Indice Pleniori, sed non eadem, qua Liber ipse, forma impresso (59.) *In Constitutionem Sanctionis hujus Holsaticam Provincialem de Jure obstagii Hypomnemata Fortuita* IOH. ADOLPHI BUCHWALDII, Dynastæ Gersbeckensis, ICto Clariss. IOH Tabore, Præside, in Treboccorum Academia publice defensa, Argentinæ A. 1644. (60.) prodierunt.

XIX. *Judicii Provincialis Ordinationi* subjungimus: 1. Sanctionem Politicam Regio-Ducalem (Kön. Christiani IV. und Hertzogs Friderici, Schleßwig-Holsteinische Policey-Ordnung/) Tychopoli A. 1636. & 1665. excusam, (61.) cujus Autorem esse HENRICUM ab HATTEN, Cancell Provincialem, Fama Publica testatur; 2. Hertzogs IOH. ADOLPHI Ordnung von Kleidungen/ Hochzeiten/ und anderen gemeinen Politischen Sachen / erstlich A. 1601. außgegeben/ hernach A. 1605. erneuert / itzo abermahl mit nöthiger Restriction, und fernerer Erklä-

(59.) [illegible] er enim excusus est *in 4to.* Index *in 12o.* (60.) *in 4to.* (61.) *in 4to.*

Erklärung und Verbesserung etlicher Artickel/ aussgelegt. Schleswig 1615. *in 4to.*; 3. Constitutiones alias Particulares, Regias, Ducales, & Regio-Ducales, quarum potissimum tamen Ducalium, Catalogum prolixum quidem, sed imperfectum tamen, Ant. Heimreichius *in Chronico Frisiæ Borealis* (62.) exhibuit. Jura singulis Utriusque Ducatus Provinciis propria, Civitatum item Præcipuarum Municipalia, *Parte III & IV*, una cum Historiæ earundem Scriptoribus, enumerabuntur.

XX. Praxeos Juris, uti Communis, ita etiam Cimbrici Studiosis Viam commonstravit Tutissimam, & vere Regiam, Fricus Mauritius, JCtus Illustris, &, ex Acad. Kiloniensis Antecessore, Cam. Imp. Assessor, in prolixa & Erudita, quam *Consiliorum Kiloniensium Specimini* A. 1669. præmisit, Præfatione. Processus autem, in Judiciis nostris recepti, Rationem breviter exposuit Joh. Fuchsius, Schkôla Thuringus, Consul Kiloniensis, in Opusculo, quod A. Emortuali 1687 Kilonii (63.) publicavit, Vernaculo: Holsteinisch Ding und Recht. Prolixius autem & accuratius eandem illustravit, cum in *Introductione ad Processum Holsaticum, in IV. Libros* (quorum I. agit *de Processibus Holsaticis omnium Judiciorum, i-*

 tem

(62.) *Cap.* XI. *Editionis Prioris, p.* 273- 279. (63.) *in 4to.*

tem Recessuum Dispositionibus ; II. *de Partibus Processus ejusdem Specialibus*; III. *de Processibus in Causis quibusdam Propriis* ; IV. *de Processu Criminali Ordinario, Inquisitorio & Bannitorio*) *tributa*, *& Formulis ad singulos Processus aptatis aucta* ; tum in *Practica Formulari Holsatica, ad Ordinem Justitutionum Juris congesta*. Utriusque hujus Scripti Inediti Notitiam debeo *Programmati*, quo Morhofius noster, Magnum & Jurisprudentiæ,& omnis Elegantioris Literaturæ,Decus, Autoris Exequias A. 1687. indixit, Funebri. Is MSta hæc *magnopere* ait esse *profutura*, *non tantum Tyrocinia in Judiciis Holsaticis posituris, sed & Exercitatioribus*, *qui observata πραγματικά, e multorum Annorum Experimentis, in rem suam vertent*, *atque in lucro deputabunt*. *Introductionem* imprimis *in Processum Holsaticum*, licet in quibusdam ultimam Autoris manum nondum expertam, ob Ordinem Elegantem & Concinnum commendat, Luceque publica judicat dignissimam, imo cum Grotiana *in Jus Batavicum Introductione* conferre non veretur,& ingenioso hoc ornare Epigrammate:

Ipsa Themis cæca est: Si Dux sit cæcus ad illam,
Si lippus, luscus; non via recta fori est.
Cæcus enim cæcum ducit per opaca Clientem,
Cui Pes, Mens, Lingua est cæca, oculata manus.

Sed

Sed cæcis oculos, lippis collyria confert
Fuchsius, & causis invigilare docet.
Qui nunc ergo oculis oculatos pluribus armat;
Cæcos esse Duces qui vetat, Argus erit.

XXI. Multum etiam Juri & Processui Cimbrico lucis afferunt, quæ ICti aliquot nostrates Celeberrimi publicarunt, Consilia. Huc pertinet FRICI MAURITII *Consiliorum Kiloniensium Specimen, seu Responsa de Jure XXX, quæ nomine Collegii JCtorum, quadam etiam suo, in Acad. Kil. conscripsit, una cum XII. aliis Tubingensibus, & Præfat. ad Lectorem, qua Brevis ad Praxin Introductio continetur*, Kilon. A. 1669. (64.) excusum. Adde huic HENR. MICHAELIS Lubecẽsis ex ICto Acad. Kilon. Patriæ Proto-Syndici, *Librum responsorum, seu Deductorum Juris Kilon. aliorumq; Selectorum*, Lubecæ A. 1673. 65.) editum, &, Cl. Hinckelmanno. (66.) teste, ab Excel. quodam ICto tanti æstimatum, ut cum Opere, quod in isto genere est Classicum, Meviano comparare non dubitaverit Quantum hujusmodi Consiliis, & Prudentum Responsis, in Foro Autoritatis competat, docte, & eadem, qua de Præjudiciis Forensibus jam commentatus est, παῤῥησίᾳ, aliquando definiet Antecessor Acad. Cimbricæ h. t. Primarius, NICOL. MARTINI, ICtus Cordatissimus, & a Vulgi Legulejorum

(64.) *in 4to.* (65.) *in 4to* (66.) *in Programm. quo A. 1678. Autorem defunctum laudabit, Funebri.*

Præjudiciis alienissimus, cujus etiam *Tribonianum Errantem, sive Opus de Causis & Remediis vere Jurisprudentiæ corruptæ*, dudū promissum, cupide exspectamus. Mentionem forte etiam h. l. aliquam merentur, quæ Typorum Beneficio prodiere, Acta Controversiarum Forensium Cimbricarum, &, hæc inter, vel imprimis Grande & Sesquipedale illud Volumen, quod Lüneb. A. 1637. (67) sub hoc Titulo, est excusū: *Acta & Actitata corā Judicio Holf. Provinc. Processu Compromissorio ventilata, nec nō responsa & Consilia JCtorum ac diversarum Germ. Acad.* in Sachen Herren Wolff / Casp. und Fried. von Buchwald / Königl. Landräthe ꝛc. wider Herrn Christoffer Pogwisch und Hn. Martin von Meden. Königl. Rath ꝛc. nunmehr Hn. Christian Pentzen / Reichsgraf. allesamt in Vormundschafft Hn. Siegfried Pogwischen / Kön. Raths / und Probsten zu Uetersen / hinterlassener Kinder (als *ab Avia* Oligarda ab Alefeld eingesetzter Erben nachgelassener *Hæredum ab Intestato*,) Beklagte; *in puncto restituenda Dominis Actoribus, secundo gradu institutis ex Testamento, Avitæ Hæreditatis, Fructuumq; pendente conditione perceptorum*, Alias Actorum hujusmodi Collectiones, ex quibus insignis Processus nostri Notitia potest parari, allegare jam supersedemus. Musæ enim nostræ, invisos sibi Strepitus forenses, quibus præter opinionem h. l. implicitæ sunt, pertæsæ, eosque declinaturæ, ad hujùs de Universali Patriæ Historia Civili, ac Juribus ejusdem Ἐπιχωρίοις, commentationis

F I N E M

Cupide aspirant.

(67.) *in fol.*

AP-

APPENDIX.

τῶν παραλειπομένων,

Ab Autore, dum Folia *Isagoges* hujus excusa relegit, observatorum.

CAp, I. §. 4. p. 4. Aliud Scriptum de Chersoneso hac, & Vicino illi Regno Danico, Ineditum concinnasse HENR. RANZOVIUM, testatur Pet. Lindebergius in *Hypotyp. Ranzoviana*, (1.) & hunc ejus exhibet Titulum: *Regni Daniæ Status præsentis Expositio, cum Chorographia Daniæ; Nec non Holsatiæ, & ad hanc pertinentium Ducatuum singularis Descriptio.* Duo in Chorographiam hanc Daniæ & Cimbriæ Epigrammata inveniuntur in Ejusdem Lindebergii *Pœmatis Juvenilibus* (2.) Patet ex istis, Ranzovium in ea descripsisse

- - - Pulchri commoda cuncta situs,
Quotque Arces habeant, quot templa, quot Oppida & Urbes,
Quo nunc utantur Jure, simulque Statu.

Cap. II. §. 2. p. 12. Botanices Danico-Cimbricæ Studiosis Nomenclatoris vicem commode præstabit PETRI KYLLINGII *Catalogus Latino-Danico-Germanicus Plantarum in Dania Indigenarum*, Hafniæ A. 1688. (3.) excusus.

Cap. III. §. 5. p. 20. De Vandalis nonnulla etiam nuper congessit MATTHÆUS PRÆTORIUS, Mo-

(1.) *cap. 3.* (2.) P. *III, l. 2. p. 180. 181.* (3.) *in 4to.*

Memela Borussus, Regis Polonici Historiographus ac Secretarius, & Præpositus Waiheropolitanus, *Libro III. Orbis Gothici Quadripartiti*, Typis Monasterii Olivensis A. 1688. ac 1689. (4.) excusi (5.) Argumenta ipsius pro Origine illorum Sarmatica, cum nobis jam non vacet, excutianr, Viri, ad quos Cura hæc propius spectat, in vicinis Germaniæ Provinciis, Mari Balthico conterminis, Eruditi.

Cap. III. §. 6. p. 21. De Venedis sive Slavis consulatur Idem Matth. Prætorius, *Lib. 1. Orbis Gothici c. 6. §. 3. & 4. pag. 70. & seqq. ac Lib. 2. cap. 1. p. 1-9.*

Cap. III. §. 12, p. 30. lin. 4. Adjecta est Responsio Wormiana Thomæ Bartholini *de Armillis Veterum* Schediasmati, Amstelodami A. 1678. excuso.

Cap. IV. §. 2. p. 31. Alia Saxonis Editio, Stephanio ignota, nec mihi hactenus visa, memoratur a Pet. Resenio (6.) Excusam hanc esse tradit Basileæ A 1524. a Joh. Sphyracte, juxta Exemplar Editionis Parisiensis, ab Erico Krabbio, Regni Danici Senatore, in Galliis tunc peregrinante, sibi communicatum. Sed vereor, ne eadem hæc sit cum Oporiniana, & in locum A. 1534. facili Errore Annus 1524. irrepserit.

Cap. IV. §. 3. p. 33. Idem videtur Scriptor esse Ni-

(4.) *in fol.* (5.) *Lib. 3. c. 1. p. 1-19.* (6.) *in Prolegomenis Versionis Germanicæ Nomocanonis Jutici Krab. lit. d. 4. a. b.*

NIGELIUS hic, sive NICOL. SORENSIS cum Anonymo isto Cœnobii Sorani Monacho, quem Pet. Resenius,(7.) Johanne Danis imperante, *Chronicon* ait Scripsisse *de Regibus Daniæ* Vernaculum & Rythmicum, a Dani, Primi Regis, ævo, ad Christiani I. tempora deductum, ac Hafniæ a Gothofredo Ghemen A. 1496. excusum. Addit illud ab Erico Krabbio A. 1555. denuo esse recensitum, & Rerum Joh. Historia, Rythmis itidem Danicis comprehensa, auctũ.

Cap. IV. §. 9. p. 40. JOH. etiam JANUM ALANUM, Hallandum, Philos. in Acad. Hafn. Professorem, *Brevem ad Criminationes Joh. Goropii Becani, & aliorum similium, Saxoni objectas, Responsionem* Hafniæ A. 2627. edidisse,(8.) testantur Fr. Windingius(9.) & Alb. Bartholinus(10.)

Cap. V. §. 5. p. 47. 48. Eadem Veterum Loca Matthæo Prætorio opponimus, qui, *Lib. I. Orbis Gothici.*(11.) Cimbros Gentibus Sarmaticis accensere velle videtur, nihil tamen certi, Rudbeckio modestior, definit. Commune cum hoc ei est Ca coëthes in patriæ gratiam quidvis comminiscendi. Cui dum indulget, non dubitat, ut alias taceam Conjecturas ἀπροσδιονύσως, Longobardos ex Dania, & Gothos ex Suecia in Sarmatiam translocare, ipsamque Ultimam Ter-

(7.) *l. c. lit. d. 4. b.* (8.) *in 4to.* (9.) *in Hist. Acad. Regiæ Hafn. p.* 208. (10.) *in Tr. de Scriptis Dan. p.* 72. 73. (11.) *Cap. VI. §. 1. & 2. pag.* 68. 69. 70.

Terrarum Thulen in Prussia sua, ridiculo conatu, nobis commonstrare.

Cap. V. §. 6. & 7. *p.* 49. - 52. Scriptoribus de Cimbrorum cum Romanis Bello Recentioribus addendus est JOH. IANUS ALANUS, paulo ante laudatus, cujus exstat *Disputatio de Gentium quarundam Ortu & Primatu, præcipue de Cimbrorum Ortu & Migrationibus, donec in hisce oris consederunt*, Hafniæ A. 1628. (12.) impressa (13.) In Antiquiorum Recensu omissus est Scriptor Coævus, AULUS LICINIUS ARCHIAS, Antiochenus, Poeta Græcus, Iure Civitatis non ab Heracleensibus solum, Tarentinis, Rheginis & Neapolitanis, sed & ab ipsis Romanis, denatus, & summis in Urbe Viris, Mariis, Catulis, Lucullis, Metellis, Æmiliis, Crassis, Drusis, Octaviis, Catonibus, Hortensiis ipsique M. Tullio Ciceroni, qui Præceptori huic suo eleganti patrocinatus est Oratione, acceptissimus. Is Versibus Græcis, teste Cicerone, non solum Bellum, quod Lucullus confecit, Mithridaticum totum Libris aliquot expressit, ac Rerum in Consulatu Ciceronis adversus Catilinariam Factionem gestarum Historiam inchoavit, sed res etiam Cimbricas adolescens attigit, istoque Labore C. Marii, quamvis durior is esse ad hæc studia videretur, amo-

(12.) *in 4to.* (13.) V. Vindingium & Alb. Bartholinum *locis num.* 9. & 10. *allegatis.*

amorem promeruit. Magni hæc illius Poemata, quorum ne Fragmenta quidem ulla jam supersunt, a Tullio æstimantur. Nec enim Archiam solum *Poetam* vocat *Summum, Hominemque Eruditissimum*, sed & *quæ accurate is cogitateque scripserat* (solebat autem sæpe, etiam cum Literam scripsisset nullam, magnum optimorum Versuum numerum de iis ipsis rebus, quæ tum agebantur, ex tempore recitare,) *sic ab omnibus* ait *fuisse probata, ut ad Veterum Scriptorum laudem pervenirent.*

Deperditus etiam dudum est Q. LUCTATII CATULI, qui una cum C. Mario A. U. C. 651. Consulatum gessit, Cimbrorumque Exercitum clade ferali affecit, Liber de *Consulatu* hoc *suo & Rebus in eo gestis; ad A. Furium*, a Cicerone *in Bruto*, ob *genus Sermonis molle & Xenophonteum*, commendatus, de quo consuli potest Gerh. Joh. Vossius, *lib. 1. de Hist. Lat. c. 9. p. 38. 39.*

Cap. VIII. §. 6. *Alloquii* Laniæ *ad Exteros*, quod Reinkingio a nonnullis tribui diximus. Verum Autorem esse GUNDÆUM ROSENKRANZIUM, Regni Danici Senatorem, testatur Alb. Bartholinus (14.)

Cap. VIII. §. 9. *Speculi Fidei Danicæ & Perfidiæ Svedicæ.* Autor itidem est Gund. Rosenkrantzius, teste eodem Bartholino.

Cap XI. §. 1. Scriptoribus de Regibus Daniæ Historico-Genealogicis addantur: 1. ANONYMUS ille, cujus *Genealogia & Series Regum Daniæ*, ab HENR. ERNSTIO, cum Annotationibus, Soræ A. 1646. (15.) est publicata; 2. ERICUS OLAI TORMIUS, Matheseos in Acad. Hafn. PP. & deinde Ecclesiæ in Urbe Maria-

næ

(14.) *in Tr. de Scriptis Danorum p. 50.* (15.) *in 8vo.*

ad Lit. S.

næ Antiſtes, cui *Regum Danorum Effigies, cum Chronologia, & Compendioſa Rerum Geſtarum Narratione* Haſ. A. 1640. *in forma patenti* excuſas, debemus (16.)

Cap. XI. §. 4 Adde Monumentis de Regibus pariter atque Ducibus Dynaſtiæ Oldenburgicæ Genealogicis ANDREÆ VOSSII, Epiſcopi in Norwagia Bergenſis, *Genealogiam*, cujus Alb. Bartholinus mentionem injicit, (17.) *Regum Daniæ & Norvvegiæ, Ducumque Oldenburgenſium eorum, qui poſt ſinceram Religionem floruerunt*, Typis Hafnienſibus (18.) divulgatam.

Cap. XII. § 5. Edidit etiam, teſtè Petro Lindebergio, (19.) HENR. RANZOVIUS, *Res Geſtas Friderici II. Regis Daniæ, juſſu ſuo a Franc. Hogenbergio cupro inciſas, cum adjunctis Verſibus illas explicantibus.*

Cap. XII. §. 7. CHRISTIANI IV. Exceſſum deplorant etiam CHRISTIANI AARGARDI, Gymnaſii Ripenſis Rectoris, *Threni in Exequiis Monarchæ hujus Hyperborei*, Hafniæ A. 1648. (20.) editi, quibus *nihil cultius eſt aut caſtigatus*, judice Borrichio, (21.) apud quem inſigne Autoris hujus, & Poematum illius, Elogium reperies: *Manes* item Ejusdem *Cimbrici*, ſive Epicedion in Obitum Chriſtiani IV. ſatis prolixum, Johannis Svaningii, Seelandiæ Epiſcopi, *Laudationi Funebri* (22.) adjectum.

F I N I S.

ER-

(16.) V. Alb. Barthol. *l. c. p.* 44. 53. (17.) *l. c. p.* 4. (18.) *in* 8*vo.* (19.) *in Hypotypoſi Ranzoviana cap.* 3. (20.) *in fol.* (21.) *in diſſert. de Poetis p. m.* 164. (22.) *Hafniæ An.* 1648. *in fol. impreſſa.*

ERRATA.

SPhalmatibus, B. L. quamplurimis, Autore absente, Isagogen hanc esse fœdatam, qua es Prudentia & Æquitate, haud miraberis. Leviorum, quæ ipse nullo negotio deprehendes, Indicem texere nolui. Graviora autem, & in his Parachronismos imprimis, ac Soloecismos, quos Operæ Contextui passim affricuerunt, turpissimos, quo pacto emendare possis, sequenti significandum tibi duxi Catalogo. In Dedicat. lit. a. 3. a. lin. 2. pro PARENTES Lege PATRES, Lit. a. 3. b. lin. 2. pro STRADIO Leg. STADIO.

In Præfat. lit. a. 4. b. lin. 24. pro *Tedenburgius* L. *Teclenburgius*. lit. a. 5. b. lin. ult. pro *Lib. 1.* Leg *Lib. 5.* Lit. a. 6. a Lin. 11. pro *metiti* L. *metiri*. Lit. a. 6. b. lin. 23. pro *Materia* L. *Materiæ*. Lit. a. 7. a. lin 1. pro *Historiam* L. *Historicam*. Lin. 9. pro *Qua* L. *Quo*. Lit. b. 2. a. lin. 24. pro *Borussio* L. *Borussico*. Lit. b. 6. a. lin. 16, pro *ab* L. *ob*. In ipsa Isagoge pag. 4. lin. 27. pro *Ranzoviani* L. *Ranzovianæ*. P. 6 l. 26. pro *Ducatumque* L. *Ducatuumque* P. 8. l. 16. dele voculam *ac*. P. 15. l. 27. pro *ad populorum* L. *ac populorum*. P. 20. l. 4. pro 161. L. 1611. Lin. penult. pro 1665. L. 1655 P. 23. lin. 6. & 7. pro *Antistis* L. *Antistitis*. P. 25. l. 16. pro *Hortes* L. *Hortos*. P. 28. l. 10. pro *artificium* L. *Artificum*. P. 31. l. 14. pro *Avidii* L. *Hvidii*. P. 39. l. 4. pro *Annalos* L. *Annales*. l. 15. pro *Ævæ* L. *Æræ*. P. 40. l. 5. pro *ab eo* L. *ab eo tempore*. P. 42. l. 2. pro *Memoriaque* L. *Memoriæque*. l. 9. dele voculam *qui*. l. 16. pro 3895. L. 3859. P. 45. l. 21. pro *&* L. *a*. P. 46. l. 17. pro *nostra* L. *nostræ*. P. 47. l. 12. pro *qua* L. *quæ*. P.

T 48.

48. l. 1. pro *spatia* L. *& spatia*. P. 49. l. 7. pro *A. M.* leg. *ab A. M.* P. 50. l. 20. ante num. (22.) insere vocem *Eutropio*. Lin. 22. pro *Narratione* L. *Narrationes*. Paginæ duæ 65. & 66. quæ ab Operis erant mutilatæ, emendatius recusæ sunt in ultimo octernione, & inde huc transferendæ. P. 71. l. 17. & 18 pro *Pomeriam* L. *Pomeraniam*. P. 72. l. 3. pro *conscripta* L. *conscriptæ*. l. 23 pro *communibus* L. *de communibus*. l. 29. pro 1690. L. 1609. P. 75. l. 26. pro *Autoritas* L. *neque Autoritas*. P. 82. l. 24. ante voculam *seu* repone vocem *Schauenburgica* P. 86. l. 16. pro *Lipsiensis* L. *Lippiensis*. P. 87. l. 11. pro 1641. L. 1461. l. 22. pro *& A.* L. *& ad A.* P. 89. Lin. 13. post num. (111.) inserenda sunt hæc Verba, a Typotheta omissa: *aliisque Vetustioribus, & ab Erp. Lindebrogio in Syntagmate Scriptorum Historiæ Germanicæ Septentrionalis*. (112.) P. 90. l. 28. pro *Germanicæ* L. *Germaniæ*. P. 105. l. 5. pro *Saxonia* L. *Saxoniæ*. l. 14. pro *Cleinscorgis* L. *Cleinsorgii*. l. 15. pro *Ecclesiastæ* L. *Ecclesiasticæ*. P. 108. l. 16. pro *Superioris* L. *Superiori*. P. 111. l. 9. pro *fueris* L. fuerit. P. 116. l. 15. pro *Historica* L. *Historiæ*. P. 119. l. 18. pro *Cometis* L. *Comitis*. P. 122. l. 21. pro Welscreiß L. Umbkreiß. P. 123. l. 4 pro *Infelici* L. *ab Infelici*. l. 9. pro *quasi* L. *quæ si* P. 127. l. 8. pro *Historia* L. *Historiæ* l. 25. & 26. pro *Historia* L. *Historica*. P. 128. l. 19. pro *Pinacotheca* L. *Pinacothecæ*. l. 23. pro *offerret* L. *offeret*. l. 29. pro *Recentioris* L. *Recentiores*. P. 130. l. 11. pro *nihil Græcis* L. *nil Græcis*. P. 131. l. 7. pro *Lutrinus* L. *Lubinus* P. 140. l. 1. pro *potuerant* L. *potuerunt*. p. 141. l. 23. pro *commendatos* L. *commentatos*. P. 143. l. 19. pro 1539. L. 1639. P. 151. & 152. Folium hoc, ob plurima,

ma, quibus scatet, Sphalmata, omnino est removendum, & aliud, quod in ultimo invenitur Octernione, in locum ejus substituendum. P. 155. l. 13. pro *Augustissimus* L. *Augustissimis*. l. 19. & 20. pro *Domini* L. *Dominii* P. 157. l. 3. pro *Quinquennia* L. *Quinquennio*. l. 7 pro *ab A.* 1671. L. *ad A.* 1671. l. 16. pro 1688. L. 1668 P. 158. l. 26. pro *Christ. Gastelii* L. *in Christ. Gastelii*. Pagina 160. quam plurimis Operæ inquinarunt Soloecismis, tollatur, & in ejus locum aliud folium ex Octernione ultimo reponatur. P. 161. l. 10. pro *Dynastiis* L. *Dynastiis* P. 162. l. 19. pro *Dominum* L. *Dominium*. P. 164. l. 22. pro *Syllogæ* L. *Sylloge*. P. 165. l. 7. pro *Ineditæ* L. *Inedito*. l. 4. pro *Billinga* L. *Billingo*. l. 6. pro *Imperii petiti* L. *Imperio potiti* P. 167. ante vocem *semper*, insere duas hasce omissas: *tum Oldenburgica*, P. 169. l. 4. pro *adducta* L. *adductæ* l. 8. pro *Domino* L. *Dominio*. l. 15 pro *Historia* L. *Historiæ*. P. 170. l. 6. pro *Danæ Svedicæ* L. *Dano-Svedicæ*. P. 172. l. 1. & 2. pro *Parem I. ac*, L. *Partem I. Vitas & Res Gestas Christiani I. ac*. P. 174. l. 20. pro *enumerant* L. *annumerant*. P. 176. l. 10. pro *prætentibus* L. *patentibus*. l. 17. pro *Theologia* L. *Tokeologiæ*. P. 182. l. 1. pro BRODINGI L. BORDINGI. P. 183. l. 16. pro PESENII L. RESENII. P. 186. l. 13. post Vocem *Scripto* insere particulam *cum* P. 187. l. 11. pro *ab Wawerium* L. *ad Wawerium*. P. 200. l. 6. pro *prolixus* L. *prolixius*. P. 202. l. ult. pro *excusis* L. *excusus*. P. 204. l. 5. pro *Omni* L. *Omnia*. P. 205. l. 8. pro 1694. L. 1594. l. ult. pro *junctum* L. *junctim*. P. 208. l. 17. pro *Genealogica* L. *Genealogiæ*. P. 212. l. 18. pro *am* L. *jam*. P. 214. l. 6. pro *Meiendorfia* L. *Meiendorfia*.

fiæ. P. 215. l. 14. pro *Udus* L. *IIdus*. P. 216. l. 19. pro *Holsatia* L. *in Holsatia*. P. 219. l. 20. pro *PET*. L. *ALB*. P. 221. l. 8. pro *Ipsus* L. *Ipsius*. l. 14. pro *Caso* L. *Cajo*. l. 25. pro *Regnum* L. *Regum*. P. 222. l. 8. pro HENNINGUS L. HENNINGUS CONRADINUS. l. 25. pro *AntWerpia* L. *AntWerpiæ*. P. 225. l. 1. pro *la præfixos* L. *lo præfixo*. P. 227. l 20. pro *Immortalitati* L. *Immortalitate*. P. 229. l. 10. pro *Melos*. L. *Molas*. l. 19. pro XII. L. *VII*, P. 230. l. 20. pro *quantoquo* L. *quantoque* P. 237. l. 18. pro *Cimbrias* L. *Cimbricas*. P. 238. l. 9. pro 1417. L. 1517. P. 240. l. 5. pro *ab insigni* L. *insigni*, & dele vocem *ab*, P. 241. l. 14. pro *videtur* L. *videbitur*. l. 19. pro *florentissima* L. *florentissimæ*. P. 244. l. 24. pro *Equiribus* L. *Equitibus*. l. 27. pro Sanckersen L. Sanckersee. P. 245. l. 8. pro *quem* L. *quam*. P. 249. l. 5. pro *bac* L. *bæc*. P. 256. l. 9. pro *Westphales* L. *Westphalos*. P. 258. l. 3. pro *illorum* L. *illarum*. l. 21. pro *vehas* L. *velbas*. P. 266. l penult. pro 1648. L. 1684. P. 273. l. 21. pro *Edda* L. *Ednade*. P. 274. l. 16. pro 1664. L. 1564. l. 17. pro *Reservabantur* L. Reservabatur. P. 276. l. 12. pro *Ducatum* L. *Ducatuum*. P. 282. l. 2. pro *vere* L. *vera*. l. 20. pro *restituenda* L. *restituendæ* P. 286. l. 15. pro *denatus* L. *donatus*. P. 287. l. 17. pro *Perfidia* L. *Perfidiæ*. Vale, B. L. &, post menses aliquot, reliquas Isagoges hujus Partes, IIdam sc. IIIiam & IVtam expecta, quas emendatius, & majori, quam hanc, accuratione, excusum iri, Bibliopola sancte mihi est pollicitus.

FINIS.

ISAGOGES
AD
HISTORIAM
CHERSONESI CIMBRICÆ
PARS SECUNDA;
ſive
INTRODUCTIO
ad
Hiſtoriam ejus Eccleſiaſticam, & Literariam Univerſalem.

CAPUT I.

De Scriptoribus, qui Ethnicæ Majorum noſtrorum Idolelatriæ, Deorumque, quos iidem coluerunt, Hiſtoriam literis mandarunt.

§. I.

QUemadmodum, ad rectius agnoſcendam Lucis Diurnæ Præſtantiam, Nocturnæ, quæ hanc præceſſit, Caliginis Recordatio

Digitized by Google

plurimum confert momenti : Ita Gentes, quæ de Vera Unius Dei Agnitione sibi gratulantur, Divinum hoc in se Beneficium tum demum, quo par est, pretio, æstimabunt, ubi summam πολυθεότητος Majorum suorum Idololatricæ ob oculos sibi ponere cœperint fœditatem. Laude proinde sua, sub initium Partis hujus IIdæ, non sunt defraudandi, quotquot, in Incolarum Chersonesi hujus gratiam, Veterum de Superstitione, quæ olim eam deformavit, Pagana, Narrationes σποραδικὰς sedulo collegerunt, &, vel de omnium illius Populorum, vel de Unius tantum in eadem gentis, Idolomania & Deastris sunt commentati.

II. In priori Classe primus se nobis offert ELIAS SCHEDIUS Güstroviensis, Juvenis Eruditus, Warsoviæ d. 2. Mart. A. C. 1641. (æt. 26.) exstinctus, Autor *Quatuor de Diis Germanis, sive Veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum & Vandalorum Religione, Syngrammatum* Posthumorum, quæ, A. æt. 21. ab eo scripta, Parens Georgius, Ludi Lit. Güstrov. Rector, Typis Elzevirianis Amstelodami A. 1648. (1.) publicavit. Sed pauca Ille, quamvis non spernenda, de Diis atque sacris Germanicis, pauciora de Cimbrico-Slavicis tradidit, in Idolomaniæ Exoticæ Pa-

ral-

(1) *in 8vo.*

rallelismo longe prolixior. Ante Octennium ANT. HEIMREICHIUS, Parochus in Strandia Mohrensis, in *Hist. Eccl. Slesv.* (2.) nonnulla hujus argumenti Vernaculo congessit Idiomate, sed parce itidem, nec satis distincte aut accurate.

III. Hoc ipso Anno 1691, suæ in eodem Stadio diligentiæ Specimen Patriæ exhibuit Amicus noster, ob Pietatem pariter atque Eruditionem commendandus, M. TROGILLUS ARNKIELIUS, Præpositus Apenradēsis, Librum scil. Vernaculum, Hamburgi excusum (3.), cujus hæc est Inscriptio: Cimbrische Heiden Religion/was unsere Vorfahren Cimbrischer Nation/ die Sachsen/ Güthen/ Wenden und Fresen/ nebenst ihren Religions-Verwandten/ den Teutschen und Nordischen Völckern für Götter/ Opffer/ Götzendienst/ Gebet/ Festtage/ Altare/ Haynen/ Kirchen/ Priester/ Obrigkeit/ Ehstand/ Schulen/ Zaubereyen/ Weissagungen/ Oraculen/ Tauffe/ Leichbegängnisse/und Begräbnisse gehabt: Desgleichen/ was sie von der Welt Schöpffung und Regierung/ von guten und bösen Engeln/ von Landstraffen und Trübsalen/ vom Tode und der Seelen Unsterblichkeit/ der Aufferstehung der Todten/ Untergang der Welt/ und ewigen Seligkeit und Verdamniß geglaubt. Constat

A 2 ille

(2.) *lib. 1. cap. p. 7-16.* (3.) *in 4to.*

ille Capp. XLVI., Deorumque, & Cultus horum Idololatrici, tum Cimbriæ Universæ Gentibus communium, tum Vithis, Saxonibus, Venedis atque Frisiis propriorum, Historiam ex Edda Islandica, aliisque Autt. Antiquis Domesticis, proponit, ac prolixis de Novantiqua aliarum Nationum Idolomania Digressionibus illustrat. Prægustum Laboris hujus ante Octennium dedit in Scripto vernaculo de Cornu Christ. V., Danorum Principis, Aureo, ejusque Emblemara Hieroglyphica, ex hac Ethnicismi Majorum Historia, explanare est aggressus.

IV. Vithæ, ac Prisci Ducatus Slesv. Incolæ, & Deos (quos inter Thorus, Othinus & Freya eminebant), & Sacra, cum Danis, Svecis, cœterisque Gentibus Borealibus, habuere communia. Historiam Deorum istorum Mythologicam exhibent Duæ, quas vocant, *EDDÆ* (i. e. Matrices) Islandorum Poeticæ, quas uti in Historia Saxo Gramm. temere est secutus, ita in Theogonia Arctoa, Hesiodeæ æmula, utramque paginam facere & omnino consulendas esse, Cordatiores judicant. Quæ has inter Antiquior creditur, & a SÆMUNDO SIGFUSONIO, Parocho in Islandia Oddensi, ante Secula complura perhibetur conscripta, Rythmis constat Islandicis, adeo obscu-

ſcuris, ut ipſi Poetæ Gentis illius Recentiores vix ac ne vix quidẽ eos intelligant. Partẽ illius primã, VOLUSPA (i. e. *Vaticinium Sybillæ*) ſub Titulo *Philoſophia Antiquisſima Norwego-Danica*, Idam item HAVAMAAL (i. e. *Sermonem Celſum*), ſub Tit. *Ethica Odini*, cum Appendice ejusdem *Runa Capitule* (de Magia Odini), Islandice, cum Verſ. Lat. Steph. Olai, Parochi in Isl. Orient. Wallanæ ſenſis, ejusdemque ac Gudmundi Andreæ Scholiis, Variis item Lect. Codd. Regiorum ac Noldiani, Hafniæ A. 1665. *(4.)* publicavit PET. RESENIUS, Præſes Urbis Regius. Comitem his dedit EDDAM alteram Recentiorem, ex Antiquiori a SNORRONE STURLÆSONIO, Islandiæ Nomophylace, A. C. 1215. Serm. Patrio congeſtam, & in II diſtinctam Partes, quarum Ima Fabulas Theologiæ Borealis Mythicæ 78. Altera autem Onomaſticon Alphabetico-Poeticum, eandem illuſtrans, complectitur. Adjecit Textui Verſionem Anonymi Danicam, Latinam item, A. 1629. Thorlaci Schulonii, Epiſc. Holenſis, juſſu, a Magno Olai, Paſt. in Isl. Lautaſienſi, concinnatam, Alteriusque, a Stephano Olai A. 1646. hortatu Ol. Wormii, elaboratæ, Excerpta, cum Varr. LL. ex Codd. Regio. Wormiano & Stephaniano Collectaneis, ſuisque ipſius, & Magni Olai, Notulis

(4.) *in 4to.*

lis Exegeticis. Cum Edda utraque conferri merentur, quæ de Gentium Arctoarum Diis, Religione atque Sacris, ex Antiquis AD. BREMENSIS in *Libello de Situ Regionum Borealium*, (5.) SAXO Gramm. *in Hist. Danica*, (6.) SNORRO STURLESONIUS, Eddæ Autor, in *Chronologia Regum Norvvagorum*, a Wormio A. 1633. edita, (7.) ex Recentt. autem OL. WORMIUS in *Monumm Danicis*, (8.) THOMASQUE BARTHOLINUS Jun. in Opere *de Caussis contemptæ a Danis Gentilibus Mortis* Tripartito, ante biennium (9.) excuso, vel Historica fide tradiderunt, vel ex aliis congesserunt. Addi his Resenius in *Prolegg.* Eddæ (10.) jubet, quos ego nondum legi, Ol. Magnum, (11.) Joh. Svaningium Sen. (12.) Arngrimum Jonam Islandum, (13.) & JOH. VASTOVIUM, Gothum, Protonot. Apostolicum, & Sigism. III. R. Pol. bibliothecarium, qui *Viti* suæ *Aquilonari*, seu *Commentario de Sanctis Gentis Suetica*, Coloniæ A. 1623. (14.) impresso, Collectanea de Idolis Borealibus præmisit. Sed & consulenda est de iisdem prolixa JOH. SCHEFFERI, PP. Upsaliensis, Digressio in *Upsalia Antiqua*

(5.) p. 152. 153. Edit. Maderiana (6.) Lib. 1. p. 13; Lib. 6. p. 103. (7.) p. 2. - 9. (8.) Lib. 1. c. 4. (9.) Hafniæ A. 1689 in 4to. (10.) lit. b. 4. b. 1. I. a (11.) l. 3. Hist. Svec. c. 3. (12.) Tomo I. comment. de Rebus Danicis MStorum, Lib. 3. (13.) Lib. 1. Crymogaæ c. 4. & 7. ac in peculiari ad Steph. Joh. Stephanium Epistola, A. 1632. scripta. (14.) in fol.

quæ (quæ Septentrionis quondam Pagani fuit Metropolis) *Historia*, A. 1666. (15.) Juris facta publici. In hujus Capite 4. de prisco Paganorum apud Upsalienses Templo, c. 5. de Diis Borealibus in genere, c. 6 de Thorone, c. 7. de Othino, c. 8 de Frigga, c. 9. de Diis aliis Minorum Gentium, & Cap. tandem 10. & 16. de Deorum Upsaliensium Cultu, erudite commentatur. Affectui suo in Suecos is nimium indulget, dum Danos, Germanos, & cum iis Cimbros nostros, Religionem & Ritus suos Paganos a Suecis ac Upsaliensibus accepisse comminiscitur, (16.) applaudente Ol. Rudbeckio, qui, in *Atlantica*, Sacra totius pene Orbis Idololatrica, ex eodem Regno patrio, majori & audacia & absurditate, derivavit. Utrique Arnkielius noster recte nuper (17.) opposuit Locum *Prologi Eddæ recentioris*, Commento huic e Diametro adversantem. (18.) Tradit enim Snorro, Scriptores secutus Antiquissimos, Othinum (cui totum Theologiæ istius Mythicæ Systema, & cultus Gentium Borealium Idololatrici Reformatio debetur) *ex Asia in terram Aquilonis, quæ nunc Saxonia appellatur* (i. e. Chersonesum Saxo-Cimbricam,) profectum, *illic per Annos mul-*

 tos

(15.) *Upsaliæ in 8vo.* (16.) *Cap. 16. p. 293. 294.* (17.) in der *Cimbr.* Heiden-*Religion*, c. 2. §. 13. 14. 15. p. 21. 22. 23. (18.) *ex Cap. III.*

Digitized by Google

tos vixisse deinde in Reidgotolandiam (i. e. Jutiam sive Daniam) *migrasse, illique Filium suum Skioldum præfecisse, ac inde tandem in Suithiod* (i. e. Sueciam,) *cui Rex Gylfus tunc præerat*, esse progressum.

V. De Venedorum sive Slavorum, qui Wagriam, & vicinas habitarunt Regiones, Diis (quos inter Podaga Plönensibus, Prove Oldenburgensibus fuit proprius) & Sacris Idololatricis consulendus est HELMOLDUS in *Chronico Slavorum*, cum alibi passim, tum in *Libri* præsertim *I. Capitibus* 52. *&* 83. cum Exegeta suo. H. Bangerto. Prolixius de iisdem nuper est commentatus HECT. GOTOFR. MASIUS Megap. Theol. Hafniensis, in suo *de Diis Obotritis, ac præcipue Rodegasto Schediasmate*, quod, cum Notis Andr. Borrichii, Hafniæ A. 1688. (19.) est excusum. *De VII. Veterum Saxonum* (quos inter Holsati eminuerunt) *Deastris* (Sole, Luna, Thuiscone, Wodano, Thoro, Frigga & Satero,) a quibus totidem Hebdomadis Dies nomina Vernacula accepisse creduntur, Commentarium exstare CHRISTOPH. ARNOLDI, Ecclesiastæ & Prof. Norib. a Cl. Arnkielio (20.) edoceor. Vir ille fuit diffusæ in studiis Historico-Philologicis Lectionis, in cujus etiam *Epistolis ad Georg. Richterum*, Rich-

(19.) *in 8vo.* (20.) *l. c. c. 11. §. 1. p.* 107.

Richterianarum Appendici insertis, nonnulla hujus Argumenti, erudite atque ingeniose observata, me legisse recordor.

VI. Antequam hinc abeam, non dissimulabo, erroneam mihi semper visam esse quorundam Nostratium sententiam, qui Græcorum ac Romanorū Deos (Septentrioni olim Pagano, uti credo, plane ignotos) a Cimbris, Frisiis atque Saxonibus Chersonesi nostræ cultos fuisse sibi persvadent, non invito, uti video, Cl. Arnkielio.(21.) Nicol. Heldvaderum, qui (22.) Ædem Michaelitanam Slesvicensem Marti olim sacram fuisse asseruit, non moror, cum suam tantum conjecturam Lectoribus obtrudat. Nec Tabulæ Chorographicæ Bibliothecæ Episcopalis Hafniensis, Ævo haud dubie sequiori a Monacho aliquo, Exoticarum, quam Patriarum Antiqq peritiore, concinnatæ, solique ex Nostratibus J. Meiero visæ, ac proinde merito nobis suspectæ, ejus apud nos sunt Autoritatis, ut templa Jovi, Saturno, Marti atque Veneri peculiaria in Eiderstadia, Strandia, Frisia Boreali, Helgolandia, Syltia & Amromia olim fuisse erecta, illis cum Meiero (23.) & Ant. Heimreichio

 (24.)

(21.) *V. Lib. cit. c. XI. §. 4. 5 Cap. XII. §. 1. & Cap. 31. §. v. 8. 9.* (22.) *l. 3. Encolpod. p. 264. & l. 4. Amphitheatri p* 517. quæ loca allegat Arnkilius (23.) *in Mappa Frisiæ Vet. Chorographica.*

(24.) velimus accredere. Ejusdem farinæ est Narratio, de Jove Hammone in peculiari Civitatis Hamburgensis (ab illo, uti nugantur, Nomen suum mutuatæ) Fano, una cum Satellitio XII. Deorum Consentium, divinis olim honoribus affecto, absurdissima, quam, ante duo jam secula Anonymus Antiqui Saxonum Chronici, Moguntiæ A. 1492 excusi, Autor, Mythologus perfrictæ frontis, proposuit, Joh. Petræus, & alii Nostrates insigni ἀκρισία repetiverunt, Alb. Krantzius autem (25.), Pet. Lambecius (26.) & El. Schedius (27.) merito exploserunt. Sola certe Nominum Deastri hujus & civitatis Hamburgensis Affinitas Figmenti ineptissimi Pseudo-Historico isti præbuit occasionem, de quo recte olim Krantzius: *Hæc fabula de Romana Historia est emendicata. Quis enim Hammonis nomen ex Lybia, ubi idem in specie Arietis, quem Punica Lingua Hammonem dicit, in arena percolitur, huc transtulisset? Quæ commercia hujus Gentis tam Barbaræ ad tam longinquam nationem? Non erant fana viciniora, unde Idola consciscerent? - - - Facessat inanis Fabula, quam levissimi Homines, volentes haberi scioli, de nominis vicinitate emendicant.* - - -

Non

(24.) *in Chron. Frisiæ Borealis c. 5. p. 86. 87.* (25.) *l. 1. Metrop. c 12 & l. 2. Saxon. c. 16.* (26.) *in Origg. Hamb. p. 11. 12.* (27.) *in Syngramm. IV. de Diis Germ. c. 3. p. 494. 495.*

Non crediderim tantum fuisse Eruditionis ea tempestate, in ea gente, ut præcipua Romanorum numina haberent comperta in Regione Transalbina, ubi Limes erat Romani Imperii. Quæ, in *Eddæ Sturlesonianæ Prologo* (28.), de Diis Romanorum & Græcorum narrantur, sententiam, quam impugnamus, Erroneam non confirmant. Non enim ex Scriptt. Borealibus Indigenis atque Paganis, sed Exteris potius, a Snorrone sunt deprompta, & una cum Narrationibus aliquot Geneseos Mosaicæ, Mythologiæ Arctoæ, ut Lucem ei aliquam fœnerarentur, præmissa. Conjectura Krantziana (29.), de Diis Romanorum in Saxoniam per Drusum Neronem, & Filium ejus Germanicum, invectis, frustra itidem huc trahitur, cum & summa laboret Incertitudine, & pro Westphalia tantum, non autem Saxonia Transalbiana, militet, quam, tantum abest, ut Krantzius Drusum credat esse ingressum, ut, an Albim ipsum tetigerit, dubitare se, verbis disertis fateatur. (30.)

CAPUT II.

De Historia Religionis Christianæ in Cimbriam introductæ & in eadem propagatæ, Ecclesiastica Novantiqua; Primis item, qui in Ævo

(28.) *Cap.* 3. (29.) *l.* 2. *Sax. c.* 9. & 12. (30.) *l.* 1. *Sax. c.* 13.

Ævo Μυθικῷ eandem Majoribus nostris annunciasse traduntur, illius Praconibus, Fictitiis aut Controversis.

§. I. Historiam Chersonesi nostræ Ecclesiasticam pauci hactenus seorsim tradiderunt, plerique autem Civili miscuerunt, Helmoldi & Arnoldi Lubec. exemplo, quibus hoc Sacra Profanis jungendi Institutum arrisisse, P. I. monuimus, (1.) Ecclesiasticam tamen Scriptis peculiaribus illustrarunt Seculo XI. M. ADAMUS, Can. Brem. in *Historia Ecclesiastica, gesta Religionis, ex Ecclesiis Hamburgensi & Bremensi, per vicina Septentrionis Regna, propagatæ. Libb. 4. repræsentante*; Sec. Superiori ALB. KRANTZIUS in *Metropoli* sua, &, hoc denique XVII. PAULUS & JOH. AD. CYPRÆI in *Episcoporum Slesv. Annalibus*, de quibus Pars I. itidem est consulenda. (2.) A 1683. M. ANT. HEIMREICHIUS WALTHERUS, Trindermarsa Strandfrisius, Parochus in Insula Natali, ab A. 1652. ad Emortualem 1684. Mohrensis, Scriptor plurimæ in Hist. nostra Lectionis, sed Judicii non satis accurati, Sacram Ducatus Slesv. Historiam ex professo, Holsaticam vero obiter tantum, illustravit in Libellis IV. Vernaculis, Slesvigæ sub hoc Tit. ex-

(1.) *Cap. VI. §. 5. & 8.* (2.) *V. Cap. VI. §. 2. 3. 4. & 13. ac Cap. VII. §. 7.*

excusis: (3.) Schleswigische Kirchen-Historie, darinn die Abschaffung der Heyden-Abgötterey/ und Einführung der Römisch-Catholischen Religion/ Stifftung des Bistums Schleswig/und der Bischöffe Leben/ die Reformation/ und nach derselben entstandenen Ketzereyen/samt andern Kirchenhändeln sind verfasset. Acta Temporum Reformationem antegressorum, quæ Libb. 3, prioribus exhibuit, pene omnia Cypræanis debet *Annalibus*; in IVto autem de Personis, Eventibus & Certaminibus Sacris, ista Recentioribus, complura Cypræo aliisq; indicta attulit, Uberius, post Messem Heimreichii, ob exiguam Libelli, brevitatis plus justo studiosi, Molem, satis interdum parcam, Spicilegium, imo integrum Historiæ Ducatus Utriusque, Slesv. & Holf. Eccesiasticæ Systema Vernaculum Octimembre jam expectamus a TROG. ARNKIELIO, qui hanc Inscript illius Σκιαγραφικὴν nobis communicavit: Cimbrische Kirchen Geschichte / darin beschrieben werden: 1. Die Cimbrische Christen-Bekehrung; 2. Die Cimbr. Christen-Verfolgung; 3. Das Pabstthum dieses Landes; 4. Die Cimbr. Reformation; 5. Cimbrische Bischöffe und Lehrer; 6. Die Cimbrische Concilia; 7. Die Cimbrische Gottes-Häuser / Kirchen

(3.) *in 12 mo.*

chen/Capellen/Klöster und Schulen; 8. Allerhand andere Kirchen-Geschichte.

II. De Epocha Doctrinæ Christianæ Cimbris primum annunciatæ, & Antiquissimis ejusdem in Chersoneso hac Præconibus,

Historici certant, & adhuc sub Judice lis est. Sunt, qui ante Caroli M. tempora, sive Ævi ἱστορικοῦ initium, nullam Cimbros, & Populos Boreales reliquos, Evangelii Notitiam, si famam tenuem ac obscuram excipias, habuisse arbitrantur. Sunt contra, qui in Ævo etiam Μυθικῷ, Septimoque, Sexto, imo Ptimo Æræ Christianæ seculo, Christianismi Majorum Origines, eorundemque Catechetas, vestigant. De singulis pauca, cum Controv. hujus Ventilatio ab Instituto nostro non sit aliena, monebimus. Ætate reliquos superant Frisiorum, quos Ant. Heimreichius recenset, (4.) Prot-Evangelistæ, S. ÆGISTHUS sc. circa A. 589. ad eos delatus, & S. KONIOCHUS, cujus Memoriam a Joh de Beka, Guilh. Heda & Suffrido Petri (5.) esse conservatam, Pagumque Strandiæ Konigsbullensem, Matth. Boethio (6.) Judice, nomen ab illo adeptum testatur. Mihi uterque Fictitius videtur & Chimæricus. Koniochi nuspiam ulla occurrit Mentio, præterquam in sublestis Frisiorum

rum

(4.) *in Chron. Frisia Borealis c. 5. p. 88.* (5.) *l. 2. de Orig. Fris. c. 15* (6.) *in Comm. de Catacl. Nordstrand. p. 103.*

rum Annalibus. Ægisthi autem, (quem Henr. Hervordiensis, & Centuriatores, qui hunc sequuntur, Magdeburgenses, Seculo I. a S. Petro, una cum Mariano Archidiacono, Bardevicum esse missum, &, post sparsa in vicinis Regionibus Evangelii Semina, Martyrio occubuisse perhibent, Heimreichius autem, credo, ne Commenti Vanitas omnibus appareret, ex Sec. I. in VItum translocavit,) Historiam fabulosam & commentitiam esse, Casp. Sagittarius, Acad. Salanæ Polyhistor, ante XV. annos, in *Historia Bardovicensi* (7.) docte ostendit, & nobis proinde hic *otia fecit*.

III. Exeunte Seculo VII. (circa Ann. 690. (8.)) Egbertus, Abbas in Anglia Lindisfarnensis, Wilfridi, Episc. Eboracensis, exemplo animatus, in Frisiam, a Pipino, R. Francorum, subactam, hujus permissu, XII. Presbyteros Ord. Benedictini Anglicos (Wilibrodum, Suidbertum, Accam, Wigbertum, Wilibaldum, Unibaldum, Lebuinum, Ewaldos duos Album & Nigrum, Werenfridum, Marcellinum & Adalbertum) ablegavit, ut hanc pariter atque Vicinam Saxonum gentem, Majoribus suis cognatam, ad Sacra Christianorum

(7.) *Cap. II. §. 14.-17. p. 47.-51.* (8.) In hujus locum Annus 692. male substituitur in Ant. Heimreichii *Chronico Frisiæ Borealis, c. 5. p. m. 89.*

norum traducerent. In Frisia Occidentali & Finitimis Provinciis, XII. hosce Apostolos Evangelii semina non incassum sparsisse constat: an vero in Frisiam etiam Borealem & Cimbriam pervenerint, disceptatur. Cardo Controversiæ in eo vertitur, an per *Fostelandiam*, quam, jussu Pipini, Dd. hi Anglici, ut Radbodum, Frisonum Regem (qui victus illuc profugerat,) converterent, adierunt, & ab hoc paulo post, ob templorum Paganorum Destructionem, Wigberti, Martyrio ibidem affecti, suasu factam, jussi sunt relinquere, Amerlandia, vel (quæ Wilibrodi Boscharti est opinio (9.)) Foswerta, vel (uti Ubbo Emmius arbitratur (10.)) Insula aliqua Saxonum, vel denique Helgolandia nostra, sit intelligenda. Nos huic patrocinari, cum Corn. Kempio, (11.) Christoph. Browero, (12) Casp. Dancwerthio, (13.) Ant. Heimreichio (14.) & Cl. Arnkielio, (15.) non dubitamus. Fostelandiæ certe Nomen ei præ reliquis optime congruit, cum ex Tacito, aliisque Scriptt. Novantiquis constet, Fosetam, Deam

(9.) *in Diatribis de Primis Vet. Frisiæ Apostolis*, *p.* 194. 195. (10.) Verba ejus allegat Dancwerthius *P. II. Chorogr. Cimbr. c.* 10. *p.* 129. (11.) *l.* 3. *de Orig.* Fris. *p.* 315, quem locum allegat Heimreichius *l. c. cap.* 5. *p.* 86. (12.) *in Notis ad* Cap. 18. *Vitæ S. Ludgeri*, *Sideribus Germaniæ insertæ.* (13.) *l. c. P. II c* 10, *p* 129 & *c.* 13. *p* 153. (14.) *l. c. p.* 85. 89. (15.) in der Cimbr. Heiden-*Religion c.* 12. *p.* 112. - 116.

am Terræ ac Frugum (quæ Taciti (16.) ætate Hertha appellabatur,) ab Antiquiss. temporibus illic a populis vicinis fuisse cultam, Famamque Insulæ ingentem conciliasse. (17.) Accedit, quod Radbodus, Pipinum fugiens, in locum haud dubie tutum, & a Continenti remotum, quo Hosti aditus haud pateret, se receperit, tutiorem autem Helgolandia, inter omnes Regni Frisici Insulas, invenire nullam potuerit (18.) Militat pro eadem Autor Vitæ S. Ludgeri, a Surio (19.) publicatæ, Fostelandiæ situm Verbis hisce, Helgolandiam Indice pene Digito designantibus, adumbrans: *Est Insula, in ipso Frisonum atque Danorum Confinio constituta, quæ a quodam Fosele, quem DEUM Gentiles æstimaveverunt, Foseleslant est appellata.* Militat denique pro eadem Adamus Bremensis; Testis Luculentissimus, & omni Exceptione major, in cujus *Lib. de Situ Daniæ* (20.) hæc verba occurrunt: *Archiepiscopus* (Adalbertus) *de suis Clericis ordinavit in Finne Eilbertum, quem tradunt, conversum a Piratis, Farriam Insulam, quæ in ostio Fluminis Albiæ longo recessu latet, in*

 Ocea-

(16.) *V. Lib. de Situ & Mor. Germ.* (17.) V. Arnkielium *l. c. c. 12. p. 112.-116. & c. 25. p. 182.* ac Heimreichium *l. c. p. 86. 89.* (18.) Hoc Argumentum recte urget Dancwerthius *l. c. p. 153.* (19.) *ad d. 26. Mart.* Conf. Fr. Haræi *Vitas SS.* *p. 290.* (20.) *p.* 140. *Edit. Maderiana.*

Oceano primum reperisse, constructoque ibi Monasterio fecisse habitabilem. Est enim feracissima, frugum ditissima, volucrum & pecudum nutrix; Collem habet unicum, Arborem nullam: Scopulis includitur asperrimis, nullo aditu, nisi uno, ubi & aqua dulcis. Locus venerabilis omnibus Nautis, præcipue vero Piratis. Unde nomen accepit, ut Heiligeland dicatur. Hanc in vita S. Willebrodi Fosetisland appellari didicimus, quæ sita est in Confinio Danorum & Fresonum. Sunt & aliæ Insulæ contra Fresiam & Daniam, sed nulla earum tam memorabilis. Helgolandiam adiisse XII. hosce Presbb., hactenus demonstratum. Restat, ut ostendamus, Cimbriæ etiam reliquæ, & vicinæ Daniæ, Doctrinam eosdem Christianam annunciasse. Allegabo hunc in finem Verba Marcellini, qui, in *Vita S. Suidberti*, de se ac Collegis hæc scripta reliquit (21.): *Non solum per Frisiam prædicaverunt & Lotharingiam, sed &, usque in Daciam prædicando, populum multum, purgatum a Barbarica Gentilitatis Idololatria, Orthodoxæ junxerunt fidei.* Eadem, & his plura, offendes apud Alcuinum in Vita S. Willebrodi (22.): *Cum apud Radbodum*, ait Ille, *Vir Dei se fructificare non posse sentiret, ad ferocissimos Danorum popu-*

(21.) *V. Epitomen Vitæ S. Suidberti, ap. Franc. Haraum in Vitis SS. Ad d. 1. Mart. p. 211.* (22.) *apud Haraum l. c. p. 988.*

populos Iter Evangelizandi convertit. Ibi tum regnabat Ongendus, Homo omni Fera crudelior, & omni lapide durior, qui tamen, jubente Deo, Veritatis Præconem honorifice tractabat. Quem, dum obduratum moribus, & Idololatriæ deditum, & nullam melioris Vitæ spem habentem, offendit, acceptis tunc 30. ejusdem patriæ Pueris. ad electos a Deo Populos Regni Francorum reverti festinavit. Tertium his adjungo Testem M. Adamum, qui (23.), de Cimbrorum & Danorum per Ansgarium Conversione loquens, hoc addit Epiphonema: *Ecce, quod longo prius tempore Willebrodum, & Ebonem, aliosque voluisse legimus, nec potuisse, nunc Ansgarium nostrum & voluisse, & perfecisse, miramur.*

IV. Willebrodum, Undecimque ejus collegas, Doctrinæ Christianæ in Cimbria, licet successu exiguo, egisse Præcones, hactenus probavimus. Biographos jam recensebimus, qui vel junctim de omnibus hisce XIIviris, vel de singulis seorsim sunt commentati. De omnibus consuli possunt, præter *Vitam Suidberti* Marcellinianam, WILLIBRODI BOSCHAERTI Bergizomii, Canon. Tungerloensis, *de Primis Veteris Frisiæ Apostolis Diatribæ*, παῤῥησιαστικῶς in Narrationum de Singulis Veritatem inquirentes, &

(23.) l. 1. Hist. Eccl. c. 16.

rum Ecclesiæ suæ Chronico. 6. SERVATIUS ÆDICELLIUS Agrippinas, quem *Carmen de Vita illius Heroicum* Seculo XVI, edidisse, Balæus (33.) & Vossius (34.) testantur. 7. MATTHÆUS GALENUS Westcapellius, Theol. Duacensis, in III. hujus Argumenti Libris (35.) 8. LAUR. BEYERLINCK Antw., Th. Lic. & Patriæ Archipresbyter, *in Vitis III. Apostolorum Antwerpiensium, S. Eligii, VVillebrodi & Norberti,* Latine initio (36.), & deinde Belgice A. 1651. Antwerpiæ (37.) excusis. 9. GISB. VOETIUS, Theol. Ultraj., in Digressione prolixa, *Disputationi de Plantatoribus Ecclesiarum* inserta (38.). Suffridi Petri, qui (39.) Willibrodum ipsum non *Librum* solum *de Peregrinatione sua*, a Vossio etiam allegatum (40.), sed & alium *de Vita propria*, *ac Rebus suo seculo gestis*, Romæ in Templo Frisiorum olim asservatum, scripsisse testatur, fides merito mihi est suspecta. Testamentum ejus Aub. Miræus (41.) in suo *Donationum Piarum Codice*, & Car. Scribanii *Antwerpia*, tradit inveniri.

VI.

(33.) *in Catal. Scriptt. Britanniæ p. 98. 99.* (34.) *Lib. 3. de Hist. Lat. P. II. p. 719.* (35.) V. Dessel. *l. c. p. 655.* (36.) V. Dessel. l. *c. p. 619.* (37.) *in 4to.* V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Hist. p. 526.* (38.) *P. II. Dispp. Select. p. 566 - 573.* (39.) *Dec. IV. Scriptt. Fris. num. 5.* (40.) *l. 2. de Hist. Lat. c. 28. p. 275.* (41.) *l. c. p. 221.*

VI. SVIDBERTUS, a Wilfrido, Merciorũ Præſule, Epiſcopatus titulo donatus, Weſtphalis, viciniſque Saxonibus & Boructuariis (quos cum Boruſſis inepte confundunt Thom. Clagius & Val. Leuchtius, a Chriſtoph. Hartknochio (42) confutati) V. D. annunciavit. Werdæ ad Rhenum (quæ Keyſerswertha jam appellatur), in Monaſt. a ſe conſtructo, Kal. Martii A. 717. mortuus eſt & ſepultus, tandemque A. 804., integro fere poſt obitum Seculo, primus omnium a Leone III. (Canonizationis Pontificiæ Autore) Sanctorum Catalogo ibidem, Carolo M. præſente, adſcriptus. Vitæ ejus Hiſtoriam (teſte Rixfrido, Epiſc. Trajectenſi, *in Epiſt. ad Ludgerum*,) reliquit Collega ipſius in Munere Apoſtolico, MARCELLINUS. Exſtat hodienum ſub hujus nomine iſtius Argumenti Libellus, qui ſeorſim Coloniæ initio A. 1508, ex Officina Henrici de Nuſſia (43.), ac deinde, Latine pariter atque Germanice, Monaſterii A. 1628. (44.) prodiit, & inſertus præterea eſt a Laur. Surio (qui ſtylum mutavit) *Tomo Operis de Vitis SS. IIdo* (45.), a Godofr. Henſchenio autem & Dan. Papebrochio *Volumini I. de Actis SS.*

(42.) *in Pruſſia Vet. & Nova p. 455., it. in Hiſt. Eccleſ. Pruſſica l. 1. c. 1. p. 10. 11. 12.* (43.) V. J. Pitſei *T. I. Relatt. de Rebus Angl. P. II. p.* 152. 153. (44.) *in 12mo.* (45.) *ad d. 1. Mart. p. 3 - 16. in Edit. Colonienſi A.* 1618.

rum Ecclesiæ suæ Chronico. 6. SERVATIUS ÆDICELLIUS Agrippinas, quem *Carmen de Vita illius Heroicum* Seculo XVI, edidisse, Balæus (33.) & Vossius (34.) testantur. 7. MATTHÆUS GALENUS Westcapellius, Theol. Duacensis, in III. hujus Argumenti Libris (35.) 8. LAUR. BEYERLINCK Antw., Th. Lic. & Patriæ Archipresbyter, *in Vitis III. Apostolorum Antwerpiensium, S. Eligii, VVillebrodi & Norberti,* Latine initio (36.), & deinde Belgice A. 1651. Antwerpiæ (37.) excusis. 9. GISB. VOETIUS, Theol. Ultraj., in Digressione prolixa, *Disputationi de Plantatoribus Ecclesiarum* inserta (38.). Suffridi Petri, qui (39.) Willibrodum ipsum non *Librum* solum *de Peregrinatione sua*, a Vossio etiam allegatum (40.), sed & alium *de Vita propria, ac Rebus suo seculo gestis*, Romæ in Templo Frisiorum olim asservatum, scripsisse testatur, fides merito mihi est suspecta. Testamentum ejus Aub. Miræus (41.) in suo *Donationum Piarum Codice*, & Car. Scribanii *Antwerpia*, tradit inveniri.

VI.

(33.) *in Catal. Scriptt. Britanniæ p. 98. 99.* (34.) *Lib. 3. de Hist. Lat. P. II. p. 719.* (35.) V. Dessel. *l. c. p. 6*[illegible]. (36.) V. Dessel. l. *c. p. 619.* (37.) *in 4to.* V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Hist. p. 526.* (38.) *P. II. Dispp. Select. p. 566-5*[illegible]. (39.) *Dec. IV. Scriptt. Frisi. num. 5.* (40.) *l. 2. de Hist. Lat. c. 28. p. 275.* (41.) *l. c. p. 221.*

VI. SVIDBERTUS, a Wilfrido, Merciorū Præſule, Epiſcopatus titulo donatus, Weſtphalis, vicinisque Saxonibus & Boructuariis (quos cum Boruſſis inepte confundunt Thom. Clagius & Val. Leuchtius, a Chriſtoph. Hartknochio (42) confutati) V. D. annunciavit. Werdæ ad Rhenum (quæ Keyſerswertha jam appellatur), in Monaſt. a ſe conſtructo, Kal. Martii A. 717. mortuus eſt & ſepultus, tandemque A. 804., integro fere poſt obitum Seculo, primus omnium a Leone III. (Canonizationis Pontificiæ Autore) Sanctorum Catalogo ibidem, Carolo M. præſente, adſcriptus. Vitæ ejus Hiſtoriam (teſte Rixfrido, Epiſc. Trajectenſi, *in Epiſt. ad Ludgerum*,) reliquit Collega ipſius in Munere Apoſtolico, MARCELLINUS. Exſtat hodienum ſub hujus nomine iſtius Argumenti Libellus, qui ſeorſim Coloniæ initio A. 1508, ex Officina Henrici de Nuſſia (43.), ac deinde, Latine pariter atque Germanice, Monaſterii A. 1628. (44.) prodiit, & inſertus præterea eſt a Laur. Surio (qui ſtylum mutavit) *Tomo Operis de Vitis SS. IIdo* (45.), a Godofr. Henſchenio autem & Dan. Papebrochio *Volumini I. de Actis SS. M. Mar-*

(42.) *in Pruſſia Vet. & Nova p. 455., it. in Hiſt. Eccleſ. Pruſſica l. 1. c. 1. p. 10. 11. 12.* (43.) V. J. Pitſei *T. I. Relatt. de Rebus Angl.* P. *II. p.* 152. 153. (44.) *in* 12*mo.* (45.) *Ad d.* 1. *Mart. p.* 3 - 16. *in Edit. Colonienſi A.* 1618.

rum Ecclesiæ suæ Chronico. 6. SERVAT
ÆDICELLIUS Agrippinas, quem *Ca*
de Vita illius Heroicum Seculo XVI, edi
Balæus (33.) & Vossius (34.) testantur.
MATTHÆUS GALENUS Westcape
Theol. Duacensis, in III. hujus Argum
Libris (35.) 8. LAUR. BEYERLI
Antw., Th. Lic. & Patriæ Archipresb
in Vitis III. Apostolorum Antwerpiensium,
gii, VVillebrodi & Norberti, Latine initio (
& deinde Belgice A. 1651. Antwerpiæ
excusis. 9. GISB. VOETIUS, Theol.
traj., in Digressione prolixa, *Disputati*
Plantatoribus Ecclesiarum inserta (38.).
fridi Petri, qui (39.) Willibrodum ipsum
Librum solum *de Peregrinatione sua*, a V
etiam allegatum (40.), sed & alium *d*
propria, *ac Rebus suo seculo gestis*, Ro
Templo Frisiorum olim asservatum, sc
se testatur, fides merito mihi est suspect
stamentum ejus Aub. Miræus (41.) in su
nationum Piarum Codice, & Car. Scribani
werpia, tradit inveniri.

(33.) *in Catal. Scriptt. Britanniæ p. 98. 99.* (34
3. *de Hist. Lat. P. II. p. 719.* (35.) V. Dessel. *l. c.*
(36) V. Dessel. l. *c. p. 619.* (37.) *in 4to.* V. Corn. a Be
Bibliogr. Hist. p. 526. (38.) *P. II. Dispp. Select. p.*
(39.) *Dec. IV. Scriptt. Fris. num. 5.* (40.) *l. 2. de H*
c. 28. p. 275. (41.) *l. c. p. 221.*

VI. SUIDBERTUS, a Wilfrido, Merciorũ Præsule, Episcopatus titulo donatus, Westphalis, vicinisque Saxonibus & Boructuariis (quos cum Borussis inepte confundunt Thom. Clagius & Val. Leuchtius, a Christoph. Hartknochio (42) confutati) V. D. annunciavit. Werdæ ad Rhenum (quæ Keysers-wertha jam appellatur), in Monast. a se constructo, Kal. Martii A. 717. mortuus est & sepultus, tandemque A. 804., integro fere post obitum Seculo, primus omnium a Leone III. (Canonizationis Pontificiæ Autore) Sanctorum Catalogo ibidem, Carolo M. præsente, adscriptus. Vitæ ejus Historiam (teste Rixfrido, Episc. Trajectensi, *in Epist. ad Ludgerum*,) reliquit Collega ipsius in Munere Apostolico, MARCELLINUS. Exstat hodienum sub hujus nomine istius Argumenti Libellus, qui seorsim Coloniæ initio A. 1508, ex Officina Henrici de Nussia (43.), ac deinde, Latine pariter atque Germanice, Monasterii A. 1628. (44.) prodiit, & insertus præterea est a Laur. Surio (qui stylum mutavit) *Tomo Operis de Vitis SS. IIdo* (45.), a Godofr. Henschenio autem & Dan. Papebrochio *Volumini I. de Actis SS.*

 M. Mar-

(42.) *in Prussia Vet. & Nova p. 455., it. in Hist. Eccles. Prussica l. 1. c. 1. p. 10. 11. 12.* (43.) V. J. Pitsei *T. I. Relatt. de Rebus Angl.* P. *II. p.* 152. 153. (44.) *in 12mo.* (45.) *ad d. 1. Mart. p. 3 - 16. in Edit. Coloniensi A.* 1618.

rum Ecclesiæ suæ Chronico. 6. SERVATIUS ÆDICELLIUS Agrippinas, quem *Carmen de Vita illius Heroicum* Seculo XVI, edidisse, Balæus (33.) & Vossius (34.) testantur. 7. MATTHÆUS GALENUS Westcapellius, Theol. Duacensis, in III. hujus Argumenti Libris (35.) 8. LAUR. BEYERLINCK Antw., Th. Lic. & Patriæ Archipresbyter, *in Vitis III. Apostolorum Antwerpiensium, S. Eligii, VVillebrodi & Norberti,* Latine initio (36.), & deinde Belgice A. 1651. Antwerpiæ (37.) excusis. 9. GISB. VOETIUS, Theol. Ultraj., in Digressione prolixa, *Disputationi de Plantatoribus Ecclesiarum* inserta (38.). Suffridi Petri, qui (39.) Willibrodum ipsum non *Librum* solum *de Peregrinatione sua*, a Vossio etiam allegatum (40.), sed & alium *de Vita propria, ac Rebus suo seculo gestis*, Romæ in Templo Frisiorum olim asservatum, scripsisse testatur, fides merito mihi est suspecta. Testamentum ejus Aub. Miræus (41.) in suo *Donationum Piarum Codice*, & Car. Scribanii *Antwerpia*, tradit inveniri.

VI.

(33.) *in Catal. Scriptt. Britanniæ p. 98. 99.* (34.) *Lib. 3. de Hist. Lat. P. II. p. 719.* (35.) V. Dessel. *l. c. p.* 65.. (36.) V. Dessel. l. c. p. 619. (37.) *in 4to.* V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Hist. p. 526.* (38.) *P. II. Dispp. Select. p. 566-57.* (39.) *Dec. IV. Scriptt. Fris. num. 5.* (40.) *l. 2. de Hist. Lat. c. 28. p. 275.* (41.) *l. c. p. 221.*

VI. SVIDBERTUS, a Wilfrido, Merciorũ Præſule, Epiſcopatus titulo donatus, Weſtphalis, viciniſque Saxonibus & Boructuariis (quos cum Boruſſis inepte confundunt Thom. Clagius & Val. Leuchtius, a Chriſtoph. Hartknochio (42) confutati) V. D. annunciavit. Werdæ ad Rhenum (quæ Keyſerswertha jam appellatur), in Monaſt. a ſe conſtructo, Kal. Martii A. 717. mortuus eſt & ſepultus, tandemque A. 804., integro fere poſt obitum Seculo, primus omnium a Leone III. (Canonizationis Pontificiæ Autore) Sanctorum Catalogo ibidem, Carolo M. præſente, adſcriptus. Vitæ ejus Hiſtoriam (teſte Rixfrido, Epiſc. Trajectenſi, *in Epiſt. ad Ludgerum*,) reliquit Collega ipſius in Munere Apoſtolico, MARCELLINUS. Exſtat hodienum ſub hujus nomine iſtius Argumenti Libellus, qui ſeorſim Coloniæ initio A. 1508, ex Officina Henrici de Nuſſia (43.), ac deinde, Latine pariter atque Germanice, Monaſterii A. 1628. (44.) prodiit, & inſertus præterea eſt a Laur. Surio (qui ſtylum mutavit) *Tomo Operis de Vitis SS. IIdo* (45.), a Godofr. Henſchenio autem & Dan. Papebrochio *Volumini I. de Actis SS.*

 M. Mar-

(42.) *in Pruſſia Vet. & Nova p.* 455., *it. in Hiſt. Eccleſ. Pruſſica l. 1. c.* 1. *p.* 10. 11.12. (43.) V. J. Pitſei *T. I. Relatt. de Rebus Angl.* P. *II, p.* 152. 153. (44.) *in* 12*mo.* (45.) *ad d. 1. Mart. p. 3-16. in Edit. Colonienſi A.* 1618.

Oceano primum reperisse, constructoque ibi Monasterio fecisse habitabilem. Est enim feracissima, frugum ditissima, volucrum & pecudum nutrix; Collem habet unicum, Arborem nullam: Scopulis includitur asperrimis, nullo aditu, nisi uno, ubi & aqua dulcis. Locus venerabilis omnibus Nautis, præcipue vero Piratis. Unde nomen accepit, ut Heiligeland dicatur. Hanc in vita S. Willebrodi Fosetisland appellari didicimus, quæ sita est in Confinio Danorum & Fresonum. Sunt & aliæ Insulæ contra Fresiam & Daniam, sed nulla earum tam memorabilis. Helgolandiam adiisse XII. hosce Presbb., hactenus demonstratum. Restat, ut ostendamus, Cimbriæ etiam reliquæ, & vicinæ Daniæ, Doctrinam eosdem Christianam annunciasse. Allegabo hunc in finem Verba Marcellini, qui, in *Vita S. Suidberti*, de se ac Collegis hæc scripta reliquit (21.): *Non solum per Frisiam prædicaverunt & Lotharingiam, sed &, usque in Daciam prædicando, populum multum, purgatum a Barbarica Gentilitatis Idololatria, Orthodoxæ junxerunt fidei.* Eadem, & his plura, offendes apud Alcuinum in Vita S. Willebrodi (22.): *Cum apud Radbodum*, ait Ille, *Vir Dei se fructificare non posse sentiret, ad ferocissimos Danorum popu-*

(21.) *V. Epitomen Vitæ S. Suidberti, ap. Franc. Haræum in Vitis SS. ad d. 1. Mart. p. 211.* (22.) *apud Haræum l. c. p. 988.*

populos Iter Evangelizandi convertit. *Ibi tum regnabat Ongendus, Homo omni Fera crudelior, & omni lapide durior, qui tamen, jubente Deo, Veritatis Præconem honorifice tractabat. Quem, dum obduratum moribus, & Idololatriæ deditum, & nullam melioris Vitæ spem habentem, offendit, acceptis tunc 30. ejusdem patriæ Pueris, ad electos a Deo Populos Regni Francorum reverti festinavit.* Tertium his adjungo Testem M. Adamum, qui (23.), de Cimbrorum & Danorum per Ansgarium Conversione loquens, hoc addit Epiphonema: *Ecce, quod longo prius tempore Willebrodum, & Ebonem, aliosque voluisse legimus, nec potuisse, nunc Ansgarium nostrum & voluisse, & perfecisse, miramur.*

IV. Willebrodum, Undecimque ejus collegas, Doctrinæ Christianæ in Cimbria, licet successu exiguo, egisse Præcones, hactenus probavimus. Biographos jam recensebimus, qui vel junctim de omnibus hisce XIIviris, vel de singulis seorsim sunt commentati. De omnibus consuli possunt, præter *Vitam Svidberti* Marcellinianam, WILIBRODI BOSCHAERTI Bergizomii, Canon. Tungerloensis, *de Primis Veteris Frisiæ Apostolis Diatribæ*, παῤῥησιαστικῶς in Narrationum de Singulis Veritatem inquirentes, &

(23.) l. 1. Hist. Eccl. c. 16.

Erroribus præcipue in vita Svidberti Marcelliniana occurrentibus oppositæ, Typisque Mechliniensibus A. 1650. (24.) excusæ. JOH. etiam LYDIUS, Theol. Batavus, *in Epistola ad J. Meursium* MSta, Syntagma de iisdem Biographicum, nondum tamen editum, hisce verbis A. 1615. est pollicitus: *Detinent me Apostoli mei Frisiæ, quos propediem dabimus, volente Deo, e MStis Veneranda Antiquitatis. Testis est Beda, ab Egberto emissos hos: Wilibrodum, Svidbertum, Accam, Wigbertum, Wilibaldum, Winibaldum, Levinum, Ewaldum Nigrum & Album, Werenfridum, Marcellinum & Adalbertum. Horum omnium Vitas sum consecutus, & quidem diversis Autoribus. Addam diversas Bonifacii, Svidberti, Ludgeri, Willehadi, Ansgarii, Vicelini, Kemberti, & aliorum.*

V. WILIBRODI, Ripona Northumbri, Frisiæ, & Ecclesiæ in hac Ultras., Archiepiscopi primi atque ultimi (Successores enim ejus Episcopi tantum fuere), A. 696. Romæ a Sergio Pontifice inaugurati, per Annos 40. munere isto functi, tandemque in Monasterio Epternacensi VII. Id. Nov. A. 732. (juxta *Chron. Belgicum*), 736. (juxta Gv. Hedam, Possev., Molanum & Pitseum), 739. (juxta Theganum, Bruschium, Balæum & Miræum) aut

(24.) *in 4to.*

aut 745. (juxta Ubb. Emmium) defuncti, Vitam seorsim literis mandarunt: 1. MARCELLINUS, Collega ejus, cujus Scriptum, *in Vita Svidberti* allegatum, temporum Injuria periit (25.). 2. FLACCUS ALCUINUS, Carolo M. a Consiliis, cujus *Liber I. de Vita Willibrodi*, Prosa Oratione scriptus, *Lib. IIdus* de eadem, Carm. Heroico exaratus, *Homilia* item *de Natali ejus*, & *Carmen de Patre illius Willigiso Elegiacum*, Sec. hoc ineunte, ex Membranis Monast. S. Galli, ab Henr. Canisio, *Tomo VI. Lectt. Ant.* sunt edita, & *in Operis de Vitis SS.* Suriani Editione Coloniensi, A. 1618. publicata (26.), ad d. 7. Nov. (27.) recusa. 3. RADBODUS, Episc. Seculo X. Ultraj., qui *Flores de S. Willibrodo*, Desselio teste, reliquit (28.). 4. THEOFRIDUS, Abb. Epternacensis, A. 1110. mortuus, cujus *Vita Willibrodi*, *luculente & copiose*, uti cum Jesuitis Antwerpiensibus (30.) Fratres censent Sammarthani (31.), conscripta, in Monasterio ejus, Miræo, (32.) teste, latet Inedita. 5. JOH. de BEKA. Canon. Seculo XIII. Ultraject., in *Episcoporum*

(25.) V. Baronium. *T. VIII. Annal. ad A. 690.* (26.) In prioribus Liber tantum I. comparet, uti recte observat Vossius *l. 2. de Hist. Lat. c. 30. p. 289.* (27.) *T. VI. p. 175-184.* (28.) V. Desselii *Biblioth. Belg. p. 784.* (30.) *in Fama Posthuma Præsulum Antv. p. 11.* (31.) *T. I. Galliæ Christ. p. 818.* (32.) *T. I. Biblioth. Eccl. p. 221.* Conf. Desselium *l. c. p. 832.*

rum Ecclesiæ suæ Chronico. 6. SERVATIUS ÆDICELLIUS Agrippinas, quem *Carmen de Vita illius Heroicum* Seculo XVI, edidisse, Balæus (33.) & Vossius (34.) testantur. 7. MATTHÆUS GALENUS Westcapellius, Theol. Duacensis, in III. hujus Argumenti Libris (35.) 8. LAUR. BEYERLINCK Antw., Th. Lic. & Patriæ Archipresbyter, *in Vitis III. Apostolorum Antwerpiensium, S. Eligii, VVillebrodi & Norberti,* Latine initio (36.), & deinde Belgice A. 1651. Antwerpiæ (37.) excusis. 9. GISB. VOETIUS, Theol. Ultraj., in Digressione prolixa, *Disputationi de Plantatoribus Ecclesiarum* inserta (38.). Suffridi Petri, qui (39.) Willibrodum ipsum non *Librum* solum *de Peregrinatione sua*, a Vossio etiam allegatum (40.), sed & alium *de Vita propria, ac Rebus suo seculo gestis*, Romæ in Templo Frisiorum olim asservatum, scripsisse testatur, fides merito mihi est suspecta. Testamentum ejus Aub. Miræus (41.) in suo *Donationum Piarum Codice*, & Car. Scribanii *Antwerpia*, tradit inveniri.

VI.

(33.) *in Catal. Scriptt. Britanniæ p. 98. 99.* (34.) *Lib. 3. de Hist. Lat. P. II. p. 719.* (35.) V. Dessel. *l. c. p. 655.* (36.) V. Dessel. l. *c. p. 619.* (37.) *in 4to.* V. Corn. a Beughem *Bibliogr. Hist. p. 526.* (38.) *P. II. Dispp. Select. p. 566-573.* (39.) *Dec. IV. Scriptt. Fris. num. 5.* (40.) *l. 2. de Hist. Lat. c. 28. p. 1275.* (41.) *l. c. p. 221.*

VI. SVIDBERTUS, a Wilfrido, Merciorũ Præsule, Episcopatus titulo donatus, Westphalis, vicinisque Saxonibus & Boructuariis (quos cum Borussis inepte confundunt Thom. Clagius & Val. Leuchtius, a Christoph. Hartknochio (42) confutati) V. D. annunciavit. Werdæ ad Rhenum (quæ Keysers-wertha jam appellatur), in Monast. a se constructo, Kal. Martii A. 717. mortuus est & sepultus, tandemque A. 804., integro fere post obitum Seculo, primus omnium a Leone III. (Canonizationis Pontificiæ Autore) Sanctorum Catalogo ibidem, Carolo M. præsente, adscriptus. Vitæ ejus Historiam (teste Rixfrido, Episc. Trajectensi, *in Epist. ad Ludgerum*,) reliquit Collega ipsius in Munere Apostolico, MARCELLINUS. Exstat hodienum sub hujus nomine istius Argumenti Libellus, qui seorsim Coloniæ initio A. 1508, ex Officina Henrici de Nussia (43.), ac deinde, Latine pariter atque Germanice, Monasterii A. 1628. (44.) prodiit, & insertus præterea est a Laur. Surio (qui stylum mutavit) *Tomo Operis de Vitis SS. IIdo* (45.), a Godofr. Henschenio autem & Dan. Papebrochio *Volumini I. de Actis SS.*

(42.) *in Prussia Vet. & Nova p. 455., it. in Hist. Eccles. Prussica l. 1. c. 1. p. 10. 11. 12.* (43.) V. J. Pitsei *T. I. Relatt. de Rebus Angl.* P. *II. p.* 152. 153. (44.) *in 12mo.* (45.) *Ad d. 1. Mart. p. 3-16. in Edit. Coloniensi A.* 1618.

M. Martii, A. 1670. divulgato. Pro genuino Marcellini Fœtu illum haberi jubent Surius, Baronius, Bellarminus, Vossius, & Æg. Gelenius, Th. Lic. ac Canon. Coloniensis, qui *Clypeum* A. 1640. (46.) edidit *Svidbertinum, quo jacula, in Scriptorem Vitæ S. Svidberti contorta, avertuntur.* A mala manu vitiatum Joh. Molanus fatetur (47.) Supposititiam contra hanc Vitam esse, & Viro Sancto indignam, imo multis scatere Erroribus ac Parachronismis, ex ipsis Scriptt. Pontificiis contendunt Jac. Gretserus (48.), Christoph. Browerus (49.), G. Henschenius, D. Papebrochius (50.) & VVilibr. Boschaertus. Quos inter Boschaertus cum Annotationibus eam Elenchticis, singulas illius Narrationes ordine & sigillatim sub Examen vocaturis, initio voluit publicare, sed mutata deinde mente, Amicorum, ne hoc pacto fides aliorum etiam Biographorum labefactaretur, veritorum, suasu, in Diatribas, §. 4. commendatas, sua contra illam Meletemata A. 1650. congessit (51.), Fœ-

(46) *Coloniæ in 4to.* V. Desselii *Bibl. Belg. p. 6. 38.* (47.) Allegatur a Boscharto in *præfat. Diatribarum de primis Vet. Frisiæ Apostolis.* (48.) *in Lib. de Divis Tutelaribus Ecclesiæ Eystettensis, A. 1617. edito.* (49.) *in Notis ad c. 18. Vitæ Ludgeri, Sideribus Germ. insertæ.* (50.) *l. c.* Conf. J. Gallocsii *Ephemeridum Anni 1670. Gallicarum Versionem Nitschianam, p. m. 54. 55.* (51.) *V. Præfat. illarum, & Desselium l. c. p. 850.*

Fœtumque esse Secul. XV, & malæ fidei, asserere non dubitavit (52.). Huic Marcellini Libello subjungitur a Surio (53.) LUDGERI, Episc. Monasteriensis, *de Svidberti Vita, Elevatione, Canonizatione atque Miraculis, ad Rixfridum, Episc. Trajectensem, Epistola*, quam J. Pitseus (54.) Rixfrido male tribuit, Bellarminoque, qui *egregiam* eam vocavit (55.), invito Brovverus & Boschaertus (56.) in Chartarum ὑποβολιμαίων Censum itidem referunt. Antequam a Svidberto hoc Anglo, Verdæ ad Rhenum mortuo (quem de suis ipsius Peregrinationibus esse commentatum, ex Cappido, Suffridus Petri (57.) fabulatur) abeam, moneo, insigni eum Parachronismo ab Alb. Krantzio, (58.) Cæs. Baronio, (59.) Herm. Conringio, (60.) aliisque Viris Doctis, confundi cum Suidberto alio, ipsi cognomine, primo Ecclesiæ Verdensis ad Alleram Episcopo, qui, LXX. demum post obitum Nostri Annis (Asc. 786.) ad Dignitatem hanc Sacram a Carolo M. est evectus, ut Diploma Cæsareum de Episcopatus istius fundatione, a Madero (61.) publicatum, liquido ostendit.

(52.) p. 131. (53.) l. c. p. 16.-22. (54.) loco num. 43. citato. (55.) in Lib. de Scr. Eccl. p 187. (56.) V. ejus Præf. Diatribb. (57.) Dec. IV. Scriptt. Fris. num 6. (58.) Metrop. c. 6. (59.) T. IX. Annal. ad A. 717. p. 20. ac alibi. (60.) in Diss. de Constit. Episcc. Germ. § 6. (61.) in Append. Diplomatica ad M. Adami Hist. Eccl. num. 1.

VII. ACCÆ, Ecclesiæ in Anglia Hagulstadiensis, ab A. 716. ad Emortualem 740. Episcopi, WERENFRIDI, Geldrorum Evangelistæ, & MARCELLINI Brigantii, Trans-Isalanorum, ultra 70. Annos, Ludgero teste, Apostoli, (62.) A. 761. (63.) vel 768. (64.) vivis exempti (quem cum Amm. Marcellino, Historico Pagano, Chr. Wilh. Eybenius (65.) insigni nuper ἀβλεψίᾳ confudit,) Vitas qui seorsim consignaverit, nemo mihi hactenus innotuit. WIGBERTUS sive Hunebertus, qui Martyrii Coronam Sec. VII. in Helgolandia reportavit, a Pitseo (66.) autem cum W*iberto*, Abb. Wirmuthensi & Girwicensi, circa A. 730 defuncto, (67.) confunditur, suam ipsius Peregrinationem, si Suffridum Petri (68.) audias, descripsit, Encomiastam autem nactus est BEDAM, cujus de illo Sermonem Idem (69.) allegat. WILIBALDUM Devonium, Richardi, Anglorum Regis fuisse Filiū, S. VValpurgis Fratrem, & S. Bonifacii ex Sorore Bonna Nepotem, inque Episcopatu Eystet-

(62.) V. Suffr. Petri *Dec. V. Script. Fris. n. 3.* (63.) Juxta Guilh. Cavium *in Tabb Scr. Eccl. Sec. VIII.* (64.) juxta Vossium *l. 2. de Hist. Lat.* c. 29. *p.* 288. (65.) *in* Eponymol. *Tobi Magiri aucto p* 39. (66.) *l. c. p. 125. 126.* (67.) V. de illo Vossium *l. 2. de Hist. Lat. c. 28. p.* 280. Vita hujus, a Lupo Servato Seculo IX. Scripta, Moguntiæ A. 1602. cum Hincmari Epistolis, a Job. Busæo est edita. (68.) *Dec. IV. Script. Fris. n.* 4 (69.) *ex Tomo VII. Opp. Bedæ.*

stettensi, cui ab Avunculo hoc suo A. 747. primus omnium est admotus, A. 781. (æt. 77.) Nonis Julii, decessisse, vulgo perhibent. Verum, cum A. 690. ex Anglia in Frisiam, ceu Nuncius Evangelii, non potuerit trajicere, quam A. demum 704 natum esse, Retrograda Annorum Ætatis Computatio ostendit, diversus omnino Noster fuit a Præsule Eystättensi, quem Possevinus, (70.) utrumque itidem confundens, Filium Rulandi, Suevorum Regis, appellat. VVilibaldi Junioris, sive Eystättensis, Vitam exhibent: 1. MONIALIS HEIDENHEIMENSIS Coætanea Anonyma, in *Itinerario*, ejus, ab Henr. Canisio A. 1603. in *Tomo IV. Lectt. Ant.* edito, &, in Iterata Operis *de Vitis SS.* Suriani Edit. Coloniensi, A. 1618. recuso, (71.) quod Sorori ipsius, D. VValpurgæ, Complures, ipsi VVilibaldo Miræus, (72.) Autori autem Ignoto, ab ambobus diverso, Canisius & Vossius (73.) tribuunt. 2. REGINALDUS, Episc. ab A. 965 Eystettensis, quem Vossius (74.) *Vitæ* illius *Wilibaldi* credit esse Autorem, quæ a Canisio & Surio (75.) ἀνωνύμως est publicata, & a Desselio (76.) *Ermenoldi* Foetus esse putatur, 3. JAC. GRETSERUS

Huitfeldius (113.) merito iis opposuit, Saxoniæ & Daniæ vicinitatem, Sveciæ autem, itinere terrestri non nisi per hanc adeundæ, ab ista distantiam. Si quis enim vel solam Ansgarii Anno isto 816. (quo undecennem eum fuisse Calculus, ab Anno Emortuali retrogrado ordine deductus, ostendit) Ætatulam intueatur, falsitatem commenti hujus facile deprehendet. Accedit Unanimis Veterum omnium, Adami imprimis Bremensis, & reliquorum Saxoniæ ac Septentrionis Historicorum, Ansgarium Cimbriam primum ac Daniam, & postea demum Sveciam, accessisse narrantium, Consensus. Cui frustra opponitur Lupoldi a Bebenburg Seculi XIII. Scriptoris, Locus (114.) pro Svecis, & Conversione illorum, A. 816. per Ansgarium facta, militans. Nequid enim dicam de errore ejus circa ipsum Svecorum Nomen a Dn. Paulino (115.) deprehenso, *in Historia eum interdum peccare*, Vossius (116.) recte monuit, ipsaque hæc Periocha ostendit, in qua Baptismum Haraldi, Danorum Regis Moguntinum ab A. 825. ad A. 832, Septennii inte-

(113.) in Chron. Episc. Dan. p. 2. (114.) in Lib. de Vett. Germanorum Principum Zelo, cap. 2. p. m. 13. 14. (in Edit. Colon. A. 1564. in 8vo.) (115.) l. c. c. 2. p. 13. (116.) l. 2. de Hist. Lat. c. 57. p. 460.

integri Parachronismo, transtulit. Alb. Krantzii, Ansgarium sæpius in Regna Borealia, fidei propagandæ ergo, profectum esse testantis, verba, quæ Laur. Paulinus obtorto huc trahit collo, de diversis post A. 826., quorum in Synopsi Vitæ ejus facta est mentio, itineribus, non autem de fictitia in Sveciam ante hunc Annum profectione, Krantzio ignota, sunt intelligenda. Svecos tandem hosce cum Popularibus suis, & Historiæ Patriæ Scriptoribus Nobilissimis, Erico Olai & Joh. Messenio, committo. Ex quibus ille (117.) A. 845., hic autem (118.), & rectius quidem, A. 828. Ansgarium in Sveciam venisse tradidit, Johannemque Magnum, Episcopis Upsaliensibus eundem annumerantem, solide confutavit (119.)

IX. *Vita Ansgarii*, Monachis Corbejensibus a Scriptore coætaneo (male enim Bœclerus (120.) Seculo XI. floruisse conjectat) ἀνωνύμως inscripta, etiamnum superest, & ab Editoribus, Cæsare ac Lambecio, aliisque Eruditis, recte tribuitur REMBERTO,

(117.) *lib. 1. Hist. Svec.* (118.) *in Chronico Episc. Svecia, c. 2. p. 7. Edit. Lips.* (119.) *Ibid. c. 3. p. 21.* (120.) *in Comm. Rhapsodico de Script. Gr. & Lat. p. 92.*

TO, Successori illius, de quo ita Ad. Bremensis (121.): *Ipse, Vitam Sancti Patris* (Ansgarii) *veridico sermone describens, more Beati Johannis, quasi de alio scribens, innuit se fidelissimum ejus Discipulorum Testimonium perhibere Sanctitati, quam cognoverat in Viro Dei. Hunc ille Librum ad Fratres Cœnobii direxit Novæ Corbejæ, beatificans illos, quod talem miserint, & nobis congratulans, quod talem suscipere meruimus Pastorem.* Nec justa proinde est Baronii querela, qui jacturam Libri hujus Rembertini *in Annalibus* aliquoties (122.) deploravit. Ne quid enim dicam de MStis, Hamburgensi (sub initium, uti ipse adverti, mutilo), Parisiensi S. Germani, & Weingartensi, Fragmentis item, quæ Surius, aliique publicarunt, sex ejus intra VII. Lustrorum Decursum, hoc Seculo prodierunt Editiones. Harum primam PHILIPPI CÆSARIS *Triapostolatus Septentrionis* (123.), ex Cod. Hamb. MSto & Authentico, sed mutilo, A. 1642., una cum Vitis Willehadi & Remberti, Notisque Cæsarianis, exhibuit. Huic autem, passim mancæ, &, ob Stylum Autoris ab Editore interdum mutatum, male a-

D 5 pud

(121.) *lib. 1. Hist. Eccl. c. 31.* (122.) *T. IX, ad A. 826., n. 37. p. 820., & T. X., ad A. 858, n. 15. p. 150.* (123.) *V. de illo §. 1. hujus Capitis.*

pud nõnullos audienti, merito præferuntur IV. sequentes, quæ Biographiæ isti Prosaicæ Metricam ejusdem adjunxerunt Paraphrasin, Seculo XI. a Monacho Corbejensi Anonymo Carmine Heroico concinnatam, & Adalberto, Archiepisc. Hamburgensi, inscriptam. Autori Lambecius, Primus Editor, GUALDONIS nomen imposuit, ductu horum, qui sub finem *Præfationis* leguntur, Versuum:

Contra naturam quem compulit esse Poëtam,
GVALDO, tibi fidus, Sanctissime Præsul, Amicus.

Sed hos commodius de Laboris istius Ergodiocta, quam Autore, intelligi, verborum ostendit συνάφεια, nec ipse diffitetur (124.). Poëma Seculi sui Barbariem ac sordes redolet. Quam ob causam illud Conringius (125.) *rude*, & J. G. Olearius (126.) *minus cultum*, Autorem autem ὁ μακαρίτης Marq. Gudius (in Elegantissima *de Veteris Ecclesiæ Clinicis*, quam sub Sympatriotæ sui, Joh. Brandshagii, nomine edi, ac Jenæ A. 1657., Joh. Andr. Bosio Præside,

(124.) Conf. J. Hallervordii *Spicil. de Hist. Lat. p. 77.*, & Celeberr. Tenzelii *Colloquia Menstrua Vernacula A. 1690., M. Febr., p. 144. 145.* (125.) *in Supplem. 33. Antiqq. Acadd. p. 302.* (126.) *in Abaco Patrol. p. 405.*

ſide, publice ventilari, ceu Apelles poſt tabulam, paſſus eſt, *Exercitatione* (127.)) *Verſificatorem Inquinatum*, ac Joach. Hildebrandus (128.) *Vatem tenui arundine Carmen modulatum* appellarunt. Utramque Ansgarii Vitam, & Proſaicam & Metricam hanc, junctim primus integram, ex Codice Monaſterii S. Germani Pratenſis Pariſino, Typis Hamburgenſibus A. 1652. publicavit, & Notis ſuis illuſtravit PET. LAMBECIUS, ſub finem *Originum Civitatis Hamburgenſis.* Sexennio poſt ex eodem MSto Pariſino, & aliis duobus, JOH. BOLLANDUS, Jeſuita Antvverpienſis, eas *Actis SS. M. Februarii*, & *Tomo* quidem I. (129.), inſeruit. Hunc imitatus JOH. MABILLON, Cœnobita Benedictinus, Operis, in quod *Acta SS. Ordinis ſui* congeſſit, *Seculum* IV., Pariſiis A. 1680. excuſum, & hujus *Tomum II.*, iisdem Antiquitatis Cimbrorum Eccleſiaſticæ κειμηλίοις exornavit. Noviſſime utraque hæc Biographia Holmiæ Svecorum A. 1677 (130.), ex Edit. Lambeciana, recenſita eſt a CLAUDIO ARRHENIO, Hiſtoriographo Regio, & PP. Upſalienſi, in Nobilium Regni

(127.) *cap. 2. p. 47.* (128.) *in Arte bene moriendi p. m. 33.* (129.) *ad d. 3. Febr.* (130.) *in 4to.*

Regni Ordinem sub Agnomine *Örnhielmii* non ita pridem evecto. Adjecit is Editioni suæ præter *Notas* Lambecii, suosque *Indices* & *Excerpta Chronologica*, Svedicam Scripti Rembertini Translationem, quam a NICOLAO, Episc. Lincopiensi, A. 1391. defuncto, seculo XIV. putat esse conscriptam. Passim hæc est mutila, & ex Codice, isti, quem Phil. Cæsar secutus est, gemino, videtur derivata, nec raro a mente Remberti abit diversa, uti Ἀκριβέστατος Tenzelius (131.) Exemplis luculentis nuper ostendit.

X. E Recentioribus ALB. KRANTZIUM peculiare *de Vita Ansgarii* Scriptum reliquisse, Biblioth. Univers. Gesnerianæ Continuatores, Jos. Simlerus & J. J. Frisius, tradiderunt, uti monitum jam est *Parte I.* (132.) Falso hoc ei affingi, & JAC. DRIESCHIO potius esse tribuendum, ex hoc Operis *de Hist. Lat.* Vossiani Loco (133.), tunc conjectavi: *Alb. Kranzio æqualis fuit Jac. Drieschus, ut cui is dedicavit Vitam S. Remberti, Episcopi Bremensis, & S. Ansgarii Hamburgensis, quas Vitas edidit Jac. Meierus. Fuit Flander, Rector Gulielmitarum Brugensium.*

(131.) in Colloq. Menstruis Vernac. A. 169. M. Febr. (132.) Cap. VI. §. 24. p. 107. (133.) l. 3. c. 10. p. 647.

ſium. Sed incidi poſtea in Verba Editoris ipſius Jac. Meieri ſequentia (134.): *Vitam D. Remberti, una cum Vita D. Ansgarii, Hamburgi conſcriptam, datamq; ab Alberto Krantz Jacobo Driſcho, Antiſtiti Gulielmitarum Brugenſium, in aliis Lucubratiunculis noſtris edidimus, Lyricisque eum Verſibus celebravimus.* His lectis confeſtim cœpi vereri, ne Amphibolia loci Voſſiani mihi impoſuerit, &, quo minus mentem ejus recte aſſequerer, impediverit. In prioris itaque conjecturæ locum hanc ſubſtituo, *Vitas* ſc. *Ansgarii & Remberti* vetuſtas, & Sec. IX. ſcriptas, Jac. Drieſcho a Krantzio eſſe transmiſſas, & forte dedicatas, ac poſtmodum a Jac. Meiero, ex MSto iſto, juris factas publici. Certiora me edocebunt, qui editionem hanc Meierianam, cujus alibi nullam obſervavi mentionem, oculis aliquando uſurparunt. Recentiſſimus Biographorum ANSGARII eſt PETRUS BÄNG Helſingus, Th. D. & PP. in Finnlandia Aboenſis, cujus *Vita Ansgarii, ex Svecia Verſione Remberti compendioſe repetita & caſtigata, una cum Parte Generali Hiſtoriæ* ejusdem Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ, Aboæ A. 1675 (135.). Schef-

(134.) Allegantur hæc *ex Chronico Flandriæ (ad A. 887.)* a Voſſio *l. c. lib. 2. c. 38. p. 334.* (135.) *in 4to.*

Scheffero (136.) teste, est excusa. Scriptorum Ansgarii nihil superest, præter *Vitam S. VVilehadi*, & *Fragmentum Epistolæ de Legatione Boreali, ad Episcopos in Regno Ludovici*, quod Adami Bremensis diligentia (137.) nobis servavit. Deperdita sunt *summaria* in Psalmos Davidicos, quæ Krantzius (138.) sua etiamnum ætate in Bibliothecis delituisse, verbis hisce testatur: *Tenemus Devotionis ejus breve, sed clarissimum Monumentum, Libellum, Psalmorum summam paucis includentem, qui, qualis fuerit in majoribus, satis attestatur.*

XI. Ansgario in Archiepiscopatu Hamb. successit REMBERTUS, quem Turholto Flandrum fuisse, Joh. Molano (139.) & Val. Andr. Desselio (140.) malo accredere, quam vel Daniæ, cum Phil. Cæsare (141.), vel Frisiæ, cum Suffr. Petri (142), Mart. Hamconio (143.), Bernh. Furmerio (144.), & Mythologos hosce temere secutis Ant. Possevino

(136.) *V. Svec. Lit. p. 128.* (137.) *lib. 1. Hist. Eccl. c. 31.* (138.) *L. 1. Metrop. c. 42.* (139.) *in Indiculo SS. Belgii, Usuardi Martyrologio A. 1573. annexo.* (140.) *in Bibl. Belg. p. 792.* (141.) *in Triapost. Septentr. p. 230.* Allegatur a Paulino *in Theatro Virorum Illustrium Corbejæ Sax., c. 3. p. 22.* (142.) *Dec. VII. Scriptt. Fris. n. 1.* (143.) *in Indice Frisiæ suæ, Amstelodami A. 1623. editæ, præfixo.* (144.) *l. 5. & 6. Annal. Fris., ap. Paulinum l. c.*

no(145.), G. J. Vossio (146.), J. Hallervordio (147.) ac J. G. Oleario (148.), falso vindicare. Ex Monasterio certe Turholtensi (quod cum Turonensi in Gallia J. Letznerus (149.) & Cypræus noster (150.) male confundunt), Ansgario a Ludovico Imp. donato, juvenis admodum ab hoc in Septentrionem est abductus, in Filium Spiritualem adoptatus, comes itinerum delectus, & successor tandem a moribundo designatus. Scholæ eum initio Turholtensis, ac deinde Corbejensis, fuisse Magistrum Letznerus & Doctiss. Paulinus(151.) tradunt. Apud Adamum autem, aliosque veteres, altum de hoc munere est silentium. Circa A. 860. (152.) ab Ansgario Ædi Sacræ, in Ripensi Civitate (cujus tamen Præsulum Catalogus Huitfeldianus (153.) eum omisit) recens a se conditæ, est præfectus, eidemque, quinquennio post (A. 865.), in Archiepiscopatu Hamburgensi subrogatus. Isto per Annos 23. præclare est functus, & post diversa in Daniam & Sveciam itinera Apostolica, Prid. Non. Febr., vel, juxta alios, III. Id. Jun.

(145.) T. III. Appar. S. p. 125. (146.) l. 2. de Hist. Lat. c. 37. p. 329. (147.) in Biblioth. Curiosa p. 354. (148.) in Abaco Patrolog. p. 404. (149.) in Chronici Corbejensis Edit. Antiqua c. 8. (150.) in Annalibus Episcc. Slesvic. lib. 1. p. 28. (151.) locis num. 145. & 152. citatis. (152.) V. Cypræum. l. c. p. 25. (153.) in Chronico Episcc. Daniæ p. 16.

Id. Jun. A. 888. defunctus. Præter *Vitam Ansgarii*, alia etiam reliquit ſcripta de Eleemoſynis, Virginitate, ſimilibusque Argumentis, Aſcetica, quæ temporis injuria perierunt. His adjungenda eſt, quam jure illi aſſero, *Rimberti Epiſtola ad Luthbertum, Archiep. Moguntinum, de Prælio, quo Slavi & Normanni a Lothario Imp. A. 884. ſunt fuſi, in Annalibus Francorum Pithœanis*, Lambecio (154.) teſte, allegata. Vita ejus a coævis ipſi Monaſterii Corbejenſis Fratribus, uti M. Adamus (155.) Autor eſt, conſcripta, exſtat in operis *de Hiſtoriis SS.* Suriani *Tomo I.* (156.), Joh. Bollandi *Actis SS. M. Februarii*, & Phil. Cæſaris *Triapoſtolatu Septentrionis*, A. 1642. publicato. Cæſar (157.) Autorem illius putat eſſe ADALGARIUM, Remberti, cum viveret, coadjutorem, &, poſt obitum, Succeſſorem. Verum refragatur ei locus Adami de Monachis Corbejenſibus, jam allegatus. Refragantur, quæ in Vita hac occurrunt Elogia Adalgarii (quem illa vocat *Virum converſatione inſignem, venerabilem in converſationis Remberti imitatione ſimul & ſucceſſionis dignitate)*, quæ ipſe utique nunquam ſibi tribuiſſet, & Cæſar

(154.) *lib. 2. Biblioth. Vindob. p. 354.* (155.) *lib. 1. Hiſt. Eccl. c. 32.* (156.) *ad d. 4. Febr.* (157.) *in Notis ad Triapoſt. Septentr. p. 238.*

ſar exemplis Johannis Evangeliſtæ ac Remberti fruſtra eludere conatur. Licet enim illi de ſe ipſis interdum, tanquam de aliis, loquantur, ſumma tamen hoc faciunt modeſtia, nec in laudes proprias unquam evagantur. De Vita Remberti, quam Alb. Krantzius Jac. Drieſcho transmiſit, & Jac. Meierus edidit, præcedentem relege *Paragraphum.*

XII. De cœteris Eccleſiæ Hamb., Seculo IX. X. & XI. Archiepiſcopis Adalgario, Hogero, Reginvvardo, UNNONE (cujus vitam a SIGEBERTO, Monacho Corbejenſi, ipſius Coætaneo, & Itineris in Sveciam Comite, eſſe deſcriptam, J. Letznerus (158.) & Voſſius (159.) teſtantur), horumque & in iſta, & in Bremenſi Cathedra, Succeſſoribus, conſulendi ſunt Hiſtoriæ Præſulum Hamburgo-Bremenſium Scriptores, *Parte IV.* enumerandi. In *Cimbria* etiam *Literata*, ejusque de Viris Patriæ ante Annum 1500. Eruditis, qui ſcriptis non inclaruerunt, Appendice, de iisdem, uti & Ansgarii συνέργοις, Gaudberto, Gislemaro, VVithmaro & Hartgario, aliisque ævo iſto Ordinis Eccleſiaſtici Luminibus, agetur, &

E com-

(158.) *in Chron. Corbej. Vernaculo c. 31. fol. 66. a.* (159.) *l. 2. de Hiſt.* Lat. c. 39. p. 339, ubi Unno male *Voymo* vocatur.

complura ab aliis non observata in medium afferentur. Solus hic mentionem sui aliquam desiderat LIEMARUS, qui, ob Jura Germanorum, & Henrici IV. Imp. contra Gregorium VII. Papam defensa, ab hoc iterata vice (in Synodo sc. Romana A. 1075., & Quintilineburgensi A. 1085.) est excommunicatus (160.), tandemque, cum & ipse præcipiti zelo, ac bruto Anathematis Fulmine in Ericum III., Regem Daniæ, immerito sæviisset, ab Urbano II. Ecclesiarum Septentrionalium Ephoria, Archiepiscopo Lundensi postea collata, A. 1092. privatus. Baronio certe (161.) is adeo est invisus, ut *Schismaticorum omnium Antesignanum* non dubitet appellare.

XIII. Adaldago Hamburgensem gubernante Ecclesiam, ab Ottone M., Haraldi Blaatand, Danorum Regis, Victore, tres Novi in Cimbria Episcopatus circa A. 946. sunt fundati, ac Metropoli Hamburgensi subjecti, Slesvicensis sc., Ripensis & Aarhusiensis, quorum illi Adaldagus *Haraldum*, isti *Liefdagum*, huic *Reginbran-*

(160.) V. Baronium *T. XI. Annal. Eccl. ad A. 1074. n. 1-6. 78, p. 463. 464. 465. 485, ad A. 1075. n. 10. p. 490, ad A. 1085. n. 8. p. 610.* (161.) *T. XI. ad A. 1092. n. 13. 14. p. 661. 662.*

brandum præfecit. Tres hi Episcopi Ecclesiæ Hamb. Suffraganei, cum Metropolitano suo Adaldago, interfuere A. 948. Concilio, quod Ludovico IV., Galliarum Rege, præsente est celebratum, Engelheimensi. In Actis Synodi, quæ Jac. Sirmondus *Tomo Conciliorum Galliæ tertio (162.)* inseruit, Nomina illorum admodum sunt depravata. Observabis enim illic mentionem *Adalgagi* Archiepiscopi Hamburg., *Liopdagi* item Ripensis, *Oredi Suvevicensis*, & *Reginbrandi Arusvensis* Ecclesiæ Præsulum. Flodoardus (163.), a Sirmondo allegatus, Haraldum & Reginbrandum omittit, ex unico autem Liefdago duos nobis procudit Episcopos, *Lioptacum Ribunensem*, & *Lidac Ribuensem*. Hujus vestigiis insistens Baronius (164.) Concilio interfuisse ait *Lioptacum Ribunensem*, *Lidac Ribuensem*, & (quem in Haraldi locum substituit) *Hotat Leovicensem*. Perplexa Nominum horum Scriptura, & supina Historiæ Septentrionis nostri Ecclesiasticæ ignorantia, Sirmondum, Jesuitam Antiqq. Sacrarum peritia paucis secundum, in gravissimum præcipitavit Errorem. *Arusvensem* enim, i. e. Aarhusiensem,

(162.) pag. 585. *(163.) l. 4. Hist. Eccl. Rhem. c. 35.* *(164.) T. X. ad. A. 948., num. 3. p. 753.*

ensem, cui Reginbrandus præfuisse traditur, Ecclesiam, in Jutia sitam Boreali, ipse in Gallia sua quærit, & non aliam esse, quam Arausicanam, cui Synodi aliquot Seculo V. & VI. famam conciliarunt, *in Indice, Conciliis Galliæ subjuncto*, ridicule sibi persvadet. In ipsam M. Adami Historiam Ecclesiasticam Nominum, 3. hisce, aliisque Episcopis, propriorum haut levior irrepsit depravatio (165). Verba ejus, subinde emendata, exhibebo: *Igitur Episcopi, qui in Dania ordinati sunt, Inhored* (i. e. Haraldus Slesvic.) *Liafdag* (i. e. Liefdagus Ripensis), *Reimbrand* (Reginbrandus Aarhus.), *& post eos Harig* (Ericus Slesv.), *Stercolf* (mihi una cum Merha ignotus), *Folcbrecht* (Fulbertus Ripensis, vel Folcbertus Slesv.), *Merha, & alii.* Locum Concilii Engelheimensis, nemini nostratium hactenus observatum, eo allegavi fine, ut ostenderem, omnes pene Historicos nostros, in Annis Episcopatus Primorum horum Cimbriæ Episcoporum Auspicalibus definiendis, errasse. Si enim Anno jam 948. Ecclesiis suis præfuerunt, manifesta laborat falsitate Calculus Cypræi, qui Haraldum A. 951., Dancvverthii & Heim-

(165.) *Lib. 2. c. 16. p. m. 53.*

Heimreichii, qui eundem A. 964., Huitfeldii denique, qui Haraldum A. 951., Liefdagum A. 950, Reginbrandum autem A. 978, iis præfectos esse arbitrantur. J. Svaningius, *in Chronol. Danica*, recte quidem Initium trium istorum Episcopatuum Cimbricorum, Liefdagi item & Reginbrandi ad eosdem promotionem, nobiscum ad A. refert 946., Haraldum tamen Anno demum 951. Marconi in Slesvicensi successisse, falso perhibet. Triumviros enim hosce Primos Ecclesiarum suarum Præsules non immerito nominavi. Scio quidem plerosque tradere, ante illos Slesvicensi præfuisse Bolichium, Ericum & Marconem, Ripensi Rembertum, Aarhusiensi Popponem. Sed ex his Bolichius, quem solæ Frisiorum Traditiones Aniles atque ἄγραφοι memorant (166.), fictitius est, Ericus sive Haricus (167.) & Marco (qui forte idem est cum *Merha* Adami) Haraldo, Poppo autem Reginbrando, Juniores. Rembertus denique non Episcopus fuit, sed Antistes saltem Templi Ripensis. Historia & horum, & reliquorum Episcoporum Slesvicensium & Ri-

 pensi-

(166.) V. Ant. Heimreichii *Chronicon Frisiæ Borealis, l. 2. c. 2. p. 90. Edit. Recentioris.* (167.) V. *Verba Adami paulo ante recitata.*

pensium (de Aarhusiensibus enim, qui ad Jutiam pertinent Borealem, non sumus solliciti), ex quibus petenda sit scriptoribus, Pars IIIia, de Urbibus illorum Episcopalibus commentatura, indicabit.

XIV. Solum ex iis præterire relligio nobis est POPPONEM, Thavmaturgum & Apostolum Cimbriæ Indigenam, ex Frisia Boreali, uti Mart. Hamconius (168.), Huitfeldius, Heldvaderus ac Dancvverthius affirmant, & ex nomine ipso conjectare licet, oriundum. Juventutem apud Exteros transegit, Pontificis Romani (juxta *Rudimenti Novitiorum*, Lubecæ A.1475 editi (169.), Autorem, & J.A. Cypræum (170.)), vel (juxta Heldvaderum (171.)) Archiepiscopi Bremensis aliquamdiu Diaconus sive Sacellanus. Bernh. a Mallincrot (172.) Annis eum 931. ac 940. Henrici I. sive Aucupis, Imp. Rom., fuisse Cancellarium, ex Diplomatum aliquot, quæ C. Gevvoldus publicavit, subscriptionibus probare conatur. Successorem hujus, Ottonem I., in Expeditione adver-

(168.) *in Indice Virorum Illustrium, Frisiæ suæ, Amstelodami A. 1623. editæ, præfixo.* (169.) Allegatur istud ab Ol. VVormio *lib. 1. Monum. Dan. c. 11. p. 75. 76. 77.* (170.) *in Annal. Episcc. Slesv. l. 1. p. 79.* (171.) *P. 1. Sylvæ Chronol. p. 79.* (172.) *in Tr. de Archicancellariis Imp. Germ. p. 26. Conf. Indicem in Lit. P.*

versus Danos circa A. 945. comitatus, patriam repetiit, &, triennio post, Haraldum Blaatand, R. Daniæ, ab Imp. victum, cum Conjuge Gunilda, & Filio Svenottone, in Rivo Præfecturæ Flensburgensis *Hilligbeke*, uti tradit Huitfeldius (173.), baptizavit. In Agro Amni huic (quem olim *Judebeck*, post ejus vero tempora *Hilligbeck*, i. e. Amnem Sanctum, esse appellatum Traditio docet Antiquissima) vicino diu postea commoratus, Sympatriotas, catervatim ad se confluentes, fidei Christianæ Sacris initiavit, & Lavacro ejusdem Mystico tinxit. In cujus rei memoriam Sylvæ isti, ac Pago adjacenti, nomen *Poppholz* est inditum. De Homeri Patria septem olim Civitates, de Cathedra Popponis Episcopali tres itidem Cimbriæ Urbes decertant. Aarhusiensis Oppidi Præsulem eum ab Adaldago an. 948. (juxta Huitfeldium) vel (quem Vellejus (174.) mavult) 966. esse constitutum, Saxo Grammaticus (175.), & hunc secuti Krantzius (176.), Huit-

(173.) *in Chron. Episcc. Dan. p. 4. 7. 16. Alii tamen Adaldagum, Archiep. Hamb., Baptismi hujus Regii Ministrum fuisse perhibent.* (174.) apud Heimreichium in *Chronico Frisiæ Borealis c. 5. p. 93.* (175.) *l. 10. Hist. Dan. p. m. 189.* (176.) *l. 4. Dan. c. 24.*

Huitfeldius (177.), Heldvaderus (178.) & J. Cluverus (179) contendunt. Huitfeldius addit, Archiepiſcopalem etiam in Dania Dignitatem ei ab Ottone & Benedicto III. Pontifice fuiſſe promiſſam, quam primum plures in eadem Epiſcopatus erigerentur. Pro Slesvicenſi contra civitate militant Adamus Bremenſis (180.), Cypræus, Dancvverthius, Heimreichius, qui A. 984., & Joh. tandem Svaningius Junior (181.), qui A. 986. tradit eſſe inauguratum. Utrique Eccleſiæ præfuiſſe credunt Joh. Ol. Slangendorpius (182.) & Cypræus (183.). Ille Sleſvicenſi, hic Aarhuſienſi, primos Gubernationis ejus Eccleſiaſticæ Annos vindicat. Huitfeldius (184.) Sleſvigæ itidem Popponem quendam concedit, ſed diverſum a Noſtro, quem nonnullos Ripenſibus etiam Epiſcopis annumerare alibi (185.) teſtatur. Sed nec defuit, qui in ſuo *Epiſcc. Trevirenſium Catalogo* Daniam per Popponem quendam, Epiſc. Trevi-

(177.) *l. c. p. 4. 8. 16. 98.* Adamus Brem. (quem is pro ſe allegat) *l. 2. c. 2.* de Poppone tacet, Reginbrandum autem Epiſcopum Aarhuſienſem narrat eſſe creatum. (178.) *P. I. Sylvæ Chronol. p. 81.* (179.) *in Epit. Hiſt. p. m. 400.* (180.) *l. 2. Hiſt. Eccl. c. 26.* (181.) *in Chronol. Danica.* (182.) *in Or. de Orig. & Incrementis Relig. Chriſt. in Dania, lit. E. 5. E. 6.* (183.) *in Ann. Epp. Sleſv. l. 1. p. 79.* (184.) *l. c. p. 8.* (185.) *l. c. p. 4.*

Trevirensem, conversam esse fabularetur, a Joh. Olao Slangendorpio, Theol. Hafniensi (186.), allegatus pariter atque confutatus. Bremæ, quo ob Svenottonis, R. Danici, in Christianos sævitiam profugerat, A. 1029., teste Adamo, Ecclesiæ istius non multo post Canonico (187.), & decessit, & in Basilica Petrina est sepultus. Sequuntur Adamum Recentiores pleriq;, invito licet Huitfeldio (188.), qui Annum 983. illi falso credit fuisse emortualem. Duo ejus Miracula, quibus, cum Chirothecam ferream ignitam, & Tunicam ceratam ardentem, illæsus gestavisset, Danos ac Populares suos ad Sacra Christianorum invitavit, nemini sunt ignota. Historiam illorum Annalibus suis inseruerunt, seculo, quo patrata sunt, X., Witekindus Corbejensis, Scriptor coætaneus (189.), seculo XI. Adamus Bremensis (190.), Dithmarus Mersburgensis (191.) & Autor Vitæ S. Meinvverci (192.), Sec. XII. Sigeb. Gemblacensis (193.), Saxo Grammaticus (194.), & Ælnothus Anglus (195.), Sec. XIII. Alb. Stadensis

(186.) l. c. lit. B. 8. b. C. 1. a. (187.) l. 2. Hist. Eccl. c. 44. & 46. (188.) l. c. p. 5. 8. 16. (189.) l. 3. Hist. Saxon. (190.) l. 2. Hist. Eccl. c. 26. (191.) l. 2. Chronici. (192.) c. 41. & 93. (193.) in Chronico ad A. 966. (194.) l. 10. Hist. Dan. (195.) in Vita S. Canuti, c. 1.

densis (196.) & Autor *Chronici Magni Belgici*, Sec. XIV. Matth. Westmonasteriensis (197.), Sec. XVIto denique Alb. Krantzius (198.), aliique pene innumeri. De tempore patrati utriusque Miraculi inter Scriptores hosce non convenit. Witichindus enim, Dithmarus, Alb. Stadensis, & hos secutus Huitfeldius, ad tempora Haraldi VIII. sive Blaatand, & A. 948. vel 974., Adamus Bremensis ad tempora, quibus Ericus, Rex Sveciæ, Danis, pulso Svenone II., imperabat, & Annum circiter 984, Saxo denique & Heldvaderus ad Tempora Svenonis II., in Regnum restituti, & Annum circiter 992. illa referunt (199.) Nil tamen Rei gestæ veritati hic Historicorum de tempore dissensus derogat, quam abunde asserunt tot Autt. Antiquorum, & in his Coætaneorum, testimonia, aliaque Argumenta neutiquam debilia. Mea certe non dubito facere Joh. Ad. Cypræi nostri verba sequentia (200.): *Miracula Popponis, ope & auxilio divino edita & perpetrata,*

(196.) *in Chron. ad A. 973.* (197.) *in Floril. Histor.* (198.) *l. 4. Dan. c. 24. & l. 3. Metrop. c. 34. & 42.* (199.) Krantzius *lib. 3. Metrop. c. 42.* suum de tempore Miraculorum Popponis judicium suspendit. Svaningius autem, in *Chronol. Danica*, ob istius incertitudinem, mentionem illorum plane omisit. (200.) *in Annal. Episc. Slesv. l. 1. c. 13. p. 83.*

trata, adeo ſunt clara ac manifeſta, utpote continua totius venerandæ Antiquitatis traditione ac prædicatione, nec non tot doctiſſimorum & probatisſimorum Virorum teſtimoniis, confirmata, ut eorum Veritatem ac certitudinem ulla ratione in dubium vocare, extremæ certe foret temeritatis ac audaciæ. Præſertim, cum & ipſa Loca, ubi hæc miracula ſunt facta, propterea novis nominibus inſignita & appellata, adhuc hodierno die ad oculum demonſtrentur, ut huic rei fidem derogare ſummæ foret infidelitatis, extremæque impietatis. Monenda hæc fuerunt ob Theologum quendam Cimbriæ adoptivum haud incelebrem, qui non ita pridem (201.), & Miraculorum Apoſtoli hujus Cimbrici fidem dubiam reddere, & ipſum (quem Ad. Bremenſis *Virum Sanctum & Sapientem*, Saxo *Virum Ingenio & Sanctitate conſpicuum, præcipuaque Literarum Scientia excellentem*, Krantzius *Virum Præclarum & Chriſtianisſimum* merito ſalutant) temeritatis, in offerendo ad confirmandam Religionis Chriſtianæ Veritatem Corpore ſuo, inſimulare, ſuſtinuit. Temeritatis certe crimen non Popponi magis pote-

(201.) *in Diſp. de Juramentis, quibus Religionis Veritas confirmatur, §. 8.*

poterit objici, quam aliis Ecclesiæ Primitivæ Doctoribus atque Martyribus, quos, ad Conversionem Infidelium promovendam, manifesta corporis atque Vitæ Discrimina sponte sua non raro adiisse Scriptt. Ecclesiastici testantur. Ego, in Sacra ista Martyrum & Popponis confidentia, singularem & admirandam veneror Spiritus Divini ἐνέργειαν, qui, uti Donum θαυματουργικὸν nuspiam primis tantum Ecclesiæ Christianæ Seculis proprium fore promisit, ita, ad Miracula, periculis omnibus spretis, patranda, non minus Ansgarium, Rembertum, Popponem, Vicelinum, aliosque Danorum, Sveonum & Cimbrorum Apostolos, Seculo IX. & X., quam D. Petrum, Paulum, cœterosque Judæorum, Græcorum & Romanorum Doctores, Seculo I., virtute suæ Instinctu interno animavit. Imo hodienum idem ab eo fieri, quoties Ecclesiæ constituendæ Necessitas Θεῖον istud ἀπὸ μηχανῆς Subsidium expostulat, aut alius Nodus, Æthereo hoc Vindice dignus, incidit, fas est credere, &, quæ de Ferro ignito, ante aliquot Lustra, in Civitate Hamburgensi, ab Homine Laico, Popponis Exemplo, absque noxa ulla gestato, a Dn. Kortholto nostro, aliisque, sunt prodita

dita memoriæ, liquido confirmant. Multæ, fateor, obſtant Cauſæ, quo minus Moderni Eccleſiæ jam conſtitutæ Doctores Ἐνεργήματα iſta δυνάμεων a Divina benignitate ſibi poſſint polliceri, tutiusque proinde merito illi cenſent, voce & calamo, quam Reali iſta πνεύματος καὶ δυνάμεως ἀποδείξει, pro Veritate Religionis depugnare. Temeritatis autem Notam vix effugient, ſi priſcos iſtos Eccleſiæ conſtituendæ Theologos, quos Vitæ Sanctitate, & Zelo pro Gloria Numinis ardentisſimo ſe longe fuiſſe ſuperiores, Aureoque Eccleſiæ Seculo vixiſſe, haud poſſunt diffiteri, & per quos Spiritui Divino Via ſæpe compendiaria Sacras decidere viſum eſt Controverſias, ex ſuo velint metiri ingenio, &, quicquid ab illis factum ipſi non ſuſtinent imitari, ceu temerarium traducere.

XV. Sexennio circiter, poſt erectos in Ducatu Sleſvicenſi ab Ottone Magno Epiſcopatus Ripenſem & Sleſvicenſem, Aldenburgenſis in VVagria, ad Converſionem Gentis Slavicæ promovendam, ejusdem Imperatoris Auſpiciis, circa A. 952. (202.), eſt fundatus, & *Marconi*, una cum Sleſvicen-

(202.) V. Bangerti *Notas ad Helmoldi l. 1. c. 2. p. 32.*

vicensi, commissus. Strenue quidem ab eo, & IX. Successoribus, in Legatione hac ad Slavos Evangelica est laboratum, sed exiguo, ob pertinaciam Gentis, Successu. Quæ cum universa, circa A. 1066., ad Paganam Superstitionem esset relapsa, Ezoni in Episcopatu hoc nemo, per Annos 84. continuos, est subrogatus. A. 1125. idem Munus Slavis Doctrinam Christianam annunciandi Apostolicum ab Adalberone, Archiep. Hamburgensi, &, cum isto per Annos XXIII. sedulo esset perfunctus, A. 1148. Episcopatus Aldenburgensis, ab Hartvvigo I., Metropolitano itidem Hamburgensi, denuo est commissus VICELINO, Hameliæ ad Visurgim nato, Viro de VVagriæ Ecclesiis, supra quam dici potest, præclare merito, & ab eo ad A. usque emortualem 1154., administratus. Defuncto successit GEROLDUS Svevus, Henrici Leonis antea Sacellanus, hujusque Auspiciis Episcopatum ex Civitate Aldenburgensi, VVagriæ olim Metropoli, in Lubecensem transtulit, a qua etiamnum Lubecensis is appellatur. VICELINI Vitam prolixe satis descripsit HELMOLDUS Libro I. *Chronici Slavici*, &, post hunc, Autor *Poëmatis Antiqui de Vita S. Vicelini*, quod ex Biblioth

oth. Johannis Kleyen, Canonici Hamb., ERP. LINDEBROGIUS A. 1595. in lucem protulit, & *Anonymi Historiæ Archiepp. Bremensium*, Lugduni Bat. (203.) excusæ, adjunxit, postmodum autem A. 1609, in *Scriptorum Hist. Germ. Septentr. Syntagmate* (204.), denuo recensuit. MStum illius Membranaceum in Biblioth. Hamburgensi vidisse recordor. Ipsum Vicelinum *Librum contra Berengarium* scripsisse tradit Henr. Orœus quidam (205.). Sed parum ille fidei meretur, cum apud omnes alios, Antiquos pariter atque Recentiores, altum de Scripto hoc sit silentium. De cœteris Episcopis Aldenburgensibus & Lubecensibus evolvendi sunt Historiæ illorum Scriptores, Parte IV. fusius a nobis enumerandi.

XVI. Doctrina Sacra, quam Primi hi Relig. Christianæ in Cimbria, Seculis VII. VIII. IX. X. & XII, Præcones eidem intulerunt, ea fuit, quæ in Cultioribus Europæ Provinciis tunc erat recepta, Romano-Catholica scilicet. Fateatur hoc necesse est, quisquis accurate Scriptores, qui Conversionis Majorum nostrorum Historiam lite-

(203.) *in 4to.* (204.) *p. 134-143.* (205.) *in Nomenclatore Præcipuorum Doctorum Ecclesiæ, Hanoviæ A. 1619. in 12°. excuso, p. 147.*

literis mandarunt, perlegit Antiquos, in quibus plerorumque Dogmatum, Pontificiis propriorum, Veſtigia comparent haud obſcura, vel Scripta Epiſcopatuum Cimbriæ Publica Vetuſtiora, Dogmatica atque Ritualia, ante Reformationis Æram vel conſcripta, vel impreſſa, qua par eſt cura, evolvit. Hujusmodi Monumenta (ex quibus etiam Cultus Divini, & Sacrorum in Cherſoneſo hac Seculis Prioribus Publicorum, faciem atque ordinem licet cognoſcere) ſunt: 1. *Ordo Miſſæ ſecundum Ritum Eccleſiæ Hamburgenſis, caſtigatus ab Alb. Krantzio*, Argent. 1509 in fol. 2. *Curſus de Domina ſecundum Eccleſiam Hamburgenſem*. Roſtochii A. 1522. in 12o. 3. *Ordinarius Epiſcopalis Eccleſiæ Hamburgenſis*, qui MS. ſupereſt in Bibliotheca Civitatis illius Cathedrali. 4. *Liber Memoriarum Eccleſiæ Hamburgenſis*, circa A. 1357. ſcriptus, cujus Editionem ex MSto ejusdem Biblioth. Cathedralis, cum Notis ac Caſtigationibus ſuis, promittit Dn. Sperlingius, Conſil. Regius. 5. *Liber Breviarius, ſecundum ordinarium Ritum ac Conſvetudinem Eccleſiæ & Diœceſis Sleſvicenſis, juſſu Godſchalci ab Aleeld* (Epiſcoporum Pontificiorum Ultimi), *Expenſis M. Johannis Tetens, S. Theol. Baca-*

larii

larii Formati, & M. Andreæ Friderici, ejusdem Ecclesiæ Canonicorum, ac Wesseli Goldschmedes, Incolæ Husemensis, a Beszecone Beszeconis medullitus perspectus, & per M. Wilh. Mercatorem & Thomam Kees Civem in Urbe Parisiensi impressus A.1512. in 8vo. Liber rarisſimus, & ob Preces ac Meditationes, qvæ in illo occurrunt, devotisſimas, Hymnosqve Elegantisſimos, merito commendatus a J. A. Cypræo (206.). 6. *Rosarium, seu Agenda Ecclesiastica Slesvicensis Diœceseos,* ab eodem Godſchalco Aleſeldio A. 1512. edita, Roſtochii A. 1522. (207.) recuſa, & a J. A. Cypræo (208.) ac G. Calixto (209.) honorifice allegata. 7. *Diurnale secundum Ordinarium, & Consvetudinem ac Ritum Insignis Ecclesiæ & Diœceseos Slesvicensis, revisum per M. Radulphum Sutorem, & M. Wilh. Mercatorem,* Pariſiis 1513. in 12o. 8. *Breviarium Ecclesiæ Ripensis,* juſſu Homeri, illius Epiſcopi, A. 1188. congeſtum (210.). 9. *Breviarium Ecclesiæ Lubecensis,* A. 1477. Juſsu Alb.

 Krum-

(206.) *in Annalibus Episc. Slesv. l. 3. c. 5. p. 415.* (207.) *in 4to.* (208.) *l. c.* (209.) *in Digress. de Arte Nova, contra Nihusium, p. m* 303. (210.) V. Har. Huitfeldii *Chron. Episcc. Daniæ p.* 20, 21.

Krummendikii, Episcopi, impressum (211), & a Joh. Bollando (212.) allegatum. 10. *Liber Horarum Canonicarum secundum Lubicensem Diœcesin*, Noribergæ A. 1513. excusus. In iisdem tamen Scriptis non raro Loca occurrunt satis illustria, qvæ pertinacioribus Errorum & Abusuum Pontificiorum Hyperaspistis κατ' ἄνθρωπον possunt opponi, & Flaciano T. V. Catalogo, Augmenti instar, adjici.

XVII. Vitæ Sanctorum Cimbriæ Indigenarum & Adoptivorum in iisdem qværendæ sunt *Breviariis*, cum seorsim nemo de iis sit commentatus. In Slesvicensis certe *Sectione VI.*, *Officia communia omnium SS.*, *& VIIma*, *Officia in Singulorum SS. festis peragenda*, una cum Biographiis, & Hymnis in laudem eorum scriptis, continente, multa huc spectantia invenies. Specimina aliqvot (Vitas scil. & *Officia*, qvæ vocant, S. Willehadi, S. Canuti Regis Daniæ, S. Ansveri Slesvicensis, Abbatis & Martyris Ratzeburgensis, S. Canuti, Ducis Slesv., S. Ketilli, Wil-

(211.) V. *incerti Autoris Chronicon Slavicum*, *a Lindebrogio editum*, *ad A.* 1466., *& Herm. Bonni Chronicon Lubec. l. 2 p* 68. (212.) *in Prolegomenis, qva Actis SS. M. Januarii præfixit, p.* 54.

Wilhelmi, Olai, Benedicti, Augustini, &c.) J. Ad. Cypræus inde in suos *Episcc. Slesv. Annales* transtulit. Allegatur etiam a nonnullis Liber hujus Argumenti Saxonicus, Lubecæ per Stephanum Arndes A. 1499., sub hoc Titulo, excusus (213.), & octennio post (A. 1507.) recusus: Passional, efte dat Levent der Hilligen/ to düdsch uth dem Latin/ mit veelen nyen Historien unde Leeren; Sommer- und Winter-Deel. Sed an Scriptor hic Anonymus majore Historiam Sanctorum nostratium, qvam Alienigenarum, proposuerit Diligentia, mihi, qvi Librum necdum vidi, haud exploratum esse lubens fateor.

CAPUT IV.

De

Ecclesiarum Cimbriæ Reformatione, Primisq; in eadem Religionis Lutheranæ Doctoribus.

§. I.

REformationis Ecclesiasticæ, qvæ, mox post Annum Sec. superioris XX., in

(213.) *in fol.* V. Nicol. Grysii Speegel des Pawestooms/ *p. P. 1. a.*, Lambecii *Indicem Autt. Originibus Hamb. adjectum*, & J. Hallervordii *Bibl. Cur. p.* 304.

nonnullis Cimbriæ Urbibus est inchoata, ac tandem A. 1527. in tota hac Chersoneso, Christiani III., a Parente Frider. I. illi præfecti, Auspiciis instituta, Historiam Universam nemo hactenus consignavit. Particularem Ecclesiæ Hamburgensis Repurgatæ Historiam, etiamnum Ineditam, STEPHANO KEMPIO debemus, Primo ejusdem Pastori Lutherano. Recurrendum in hoc defectu ad Autores, qvi Acta Reformationis Universarum Ecclesiarum Protestantium collegerunt, JOH. scil. SLEIDANUM, in *Libris de Statu Religionis & Reipublicæ Carolo V. Cæsare*, & DAV. CHYTRÆUM in *Chronico Saxoniæ*, qvod plura continet nostram illustrantia Historiam. Utroqve prolixius, & ex professo, Argumentum hoc pertractandum sibi sumpserunt: 1. HERMAN. HAMELMANNUS, Th. Lic. & Superint. Oldenburgicus, *in Historia Ecclesiastica Renovati per Saxoniam Inferiorem & Westphaliam Evangelii*, Erfurti A. 1586. (1.) edita, & a Dav. Chytræo (2.) prolixe commendata, sed mihi, qvæ Libri istius est raritas, nondum visa. 2. ABR. SCUL-

(1.) *in 8vo.* (2.) *P. I. Chronici Sax. p. m. 113.*

SCULTETUS, Grünberga Silesius, ex Theologo Heidelb. Ecclesiæ Embdensis ad A. usqve emortualem 1624. Antistes, *in Annalibus Evangelii passim per Europam Seculo Salutis XVI. renovati*, qvorum *Decas I.* (ab A. 1516. ad A. 1526.) A. 1618., Secunda autem (ab An. 1526. ad An. 1536.) A. 1620. Typis Heidelbergensibus prodiit (3.); 3. VITUS LUDOV. a SECKENDORF, Illustre & Ordinis Eqvestris Franconici & Aularum Saxonicarum Ornamentum, in *Comment. de Lutheranismo, seu Reformatione Religionis, Historico-Apologetico* Anti-Maimburgiano, cujus Pars I. Acta ab A. 1517. ad A. 1524. exponens, Lipsiæ A. 1688. (4.) est excusa, &, hoc ipso Anno 1691. auctior recusa, Lucem ibidem, una cum reliqvis Partibus hactenus ineditis, propediem videbit publicam.

II. Cura atqve Inspectio ardui hujus Reformationis Ecclesiarum Cimbricarum Negotii a Christiano III. A. 1527. est commissa ex Ord. Eqvestri Dethl. Reventlovio, Parentis Cancellario, & Joh. Ranzovio Archistratego, Nobilitatis Primi-

(3.) *in 8vo.* (4.) *in 4to.*

miceriis. Ex Ecclesiastico eandem Consilio & opera sua promoverunt: 1. JOH. BUGENHAGIUS Pomeranus, Th. D. & PP. Witeb. in Chersonesum nostram hanc ob causam evocatus; 2. EBERHARDUS WEIDENSEE, Th. D., Præpositus olim Johannæus, & Pastor Martinianus Halberstadiensis, hinc, cum carcerem perpetuum, cui ob Doctrinam Luth. ab Episcopo erat addictus, fuga evitasset, Templi Ulriciani Magdeb. ab An. 1523. Antistes, inde (5.) A. 1526. a Christiano III. in Cimbriam accersitus, ibidemqve aliqvamdiu sustentatus, tandem vero circa A. 1534. Ecclesiæ Goslar. Superintendens; 3. M. JOH. VANDALUS Goslariensis, non autem (qvi Huitfeldii (6.), sibi ipsi contrarii, est Error) Güstroviensis, Episcopus ab A. 1537. ad Emortualem 1541. Ripensis; 4. GERHARDUS SLEEWART, ex Cœnobii Magdeburgensis Paulini Monacho, ab An. 1526. ad A. circiter 1570. (qvo obiisse putatur), Pastor Nicolaitanus Flensburgen-

(5.) Fallitur Cypræus, qvi *in Annal. Epp. Slesv. l. 3. p. 439.* Marpurgo tradit esse evocatum. (6.) *in Præfat. Historiæ Christiani III., & in ipsa Historia, p. 1497. 1525.* Rectius *in Chronico Episc. Daniæ p. 34.* Goslariensem vocat.

gensis, ac Præpositus non Flensburgensis solum, sed & aliqvamdiu Tunderensis, simulqve Abbas Monasterii Ruris Regii, sive Brarupensis; 5. HERM. TAST, ex Vicario Ecclesiæ Husensis Pontificio Primus ejusdem, ab A. 1527. ad Emortualem 1551., Antistes Lutheranus, ac Nordstrandiæ ab A. 1539. ad A. 1545. Præpositus, qvem Pastorem fuisse Flensburgensem Dav. Chytræus, Erp. Lindebrogius, J. Ol. Slangendorpius, J. Pomarius, Mich. Sachsius, Abr. Scultetus, J. Ad. Cypræus, Rutg. Hermannides, aliiqve complures, falso tradiderunt.

III. Primi, primisqve proximi Doctrinæ Lutheranæ Præcones fuerunt: Hatherslebiæ (circa A. 1537.) Ant. Keyser, Past. ac Præpositus, & Georg. Winter Diaconus; Ripæ (circa A. 1537.) Joh. Vandalus Episcopus, & Paulus Petri Ecclesiastes; Tunderæ Hieronymus N., & Joh. Decker (circa A. 1537.) Pastores; Apenradæ (circa A. 1526.) Joh. Brun Soltqvellensis; Sünderburgi (circa A. 1569.) Ol. Christiani & Herm. Malchou; Flensburgi in Templo Mariano Nicolaus Johannis Hatherslebiensis, illius ab A. 1527.

ad A.1560. Paſtor; in Nicolaitano Gerh. Sleewart, ab A.1526. ad A. 1570. ejus Antiſtes, hujusqve circa A. 1561. Diaconus Herm. Buttius; in Johannæo deniqve Laur. Geltingius, ex Parochia Sörupenſi A. 155.. ad Paſtoratum illius evocatus; Slesvigæ in Æde Cathedrali (circa An. 1526.) Fridericus qvidam, Monachus impudens ac ſeditioſus, &, qvi iſti Anno eodem a Friderico I. Rege eſt ſubrogatus, Marqv. Schuldorpius Kilonienſis, hujusqve circa A. 1537. Succeſſor Reinholdus Weſterholt; Eckerntördæ (circa ann. 1570.) Bernh. Mauritius Mindenſis; Huſæ Herm. Taſtius, ejusqve Succeſſores & Collegæ, a Mart. Holmero (7.) enumerati; Tonningæ (circa ann. 157..) M. Pet. Momſen; Gardingæ (ab an. 1562. ad an. 1570.) Volqvardus Jonas, Aulæ antea Gottorpienſis Eccleſiaſtes. In Ducatu Holſatico Civitati Rendesburgenſi Lutheri Doctrinam primi annunciarunt Pet. Mellitius, &, qvi huic an. 1532. ſuccesſit, A. autem 1561. decesſit, M. Joh. Meierus Hamb.; Kilonienſi (circa an. 1527.) Melch. Hof-

(7.) *in Præfat. Concionis de Incendio Huſenſi, A. 1669. edita.*

Hofmannus, Homo Fanaticus, Wilhelmus Pravest, & Hermannus N., Hofmanni Diaconus; Monasterio Prezensi (circa an. 1567.) M. Henningus a Cleve; Oppido Aldenburgensi (circa an. 1531.) Joh. Petræus, Historicus nostras; Crempensi Johan. Knipmannus, A. 1559. dimissus; Itzehoensi (ab an. 1556. ad an. 1559.) Joh. Bulichius, Homo turbulentus; Wilstriensi (circa ann. 1576.) Mich. Fabricius & Franc. Alardus Sen. Bruxellensis; Meldorpiensi Henr. Zutphaniensis, Ecclesiæ Luth. Protomartyr, & M. Nicol. Boye, ab an. 1524. ad annum 1542. illius Pastor; Londinensi Nicol. Witte, Nicol. Junge & Henric. Schmedenstett, Th. D. ac P. P. postmodum Rostochiensis; Heidensi deniqve (circa ann. 1532.) M. Joh. Schneckius. De primis Civitatum Hamburg. & Lubecensis Ecclesiastis, horumqve successoribus, nec non Superintendentibus earundem ac Senioribus, Catalogi illorum, qvos *Pars Isagoges* hujus *Qvarta* allegabit, possunt consuli. De Episcopis vero Slesvicensibus Lutheranis, Superintendentibus Ducatus utriusqve Regiis atq; Ducalibus, Præpositis item Diœcesium

in Ducatu Slesvicensi Flensburgensis, Gottorpiensis, Husensis, Eiderstadiensis, Nordstrandicæ, Tunderensis & Apenradensis, Ant. Heimreichii *Liber IVtus Historiæ Ecclesiasticæ Slesvicensis* (8.); de Dithmarsiæ item Antistitibus *Chronicon* Ejusdem Dithmarsicum (9.) est evolvendum. Præpositos in Ducatu Slesv., qvos Heimreichius omisit, Hatherslebienses & Alsenses, in Holsatia autem Rendesburgenses, Segebergenses, Steinburgicos, Pinnebergicos & Holsato-Gottorpienses, Ephoros item Ecclesiarum Ducatus Plönensis & Episcopatus Lubecensis, *Index* forte *Cimbriæ Literatæ Topographicus* aliqvando enumerabit.

IV. Decennio post Reformationem Cimbricam, Anno scil. 1537., Hafniæ (10.) prodiit *Ordinatio Ecclesiastica Regnorum Daniæ & Norwegiæ, ac Ducatuum Slesvici & Holsatiæ*, Jussu Christiani III. (cujus Diploma illi est præfixum) Latine a JOH. BUGENHAGIO Pomerano, Theol. D. PP. ac Past. Witeb., (d. 20. Apr. A. 1558. æt. 73. defuncto) conscripta, & a Luthero

(8.) *Cap. 2. & 3.* (9.) *Lib. 2. cap. 7. Lib. 3. cap. 8.* (10.) *in 8vo.*

ro (cui Rex eam, anteqvam ederetur, transmisit), Regniqve Danici Senatoribus, approbata. A. 1539. eadem in Comitiis Ottoniensibus in Idioma Danicum est transfusa, & d. 14. Jun. in Regno universo promulgata, tandemqve A. 1542. XXVI. Articulis, qvos VII. Daniæ Episcopi Ripæ Kal. Maji condiderant, Ripensibus aucta. Adjecti sunt hi Danicæ Versioni, curante Pet. Palladio Ripensi, Seelandiæ Episcopo, Typis Hafniensibus (11) A. 1553. publicatæ, & A. 1582. iisdem recusæ. Versionem Germanicam, Hafniæ an. 1617. & 1630. excusam, qvam a nonnullis video allegari, inspicere mihi nondum licuit. Qvanti Scriptum hoc Ecclesiarum Danicarum, & olim etiam Slesvicensium [Latinum enim Exemplar sua an. 1537. subscriptione, una cum Pastoribus Danicis, confirmarunt Parochi Flensburgenses, Slesvicenses, Ripenses & Hatherslebienses (12.)] publicum fecerit Dav. Chytræus, ex hisce illius verbis (13.) addisces: *Optarim Ordinationem illam Ecclesia-*

(11.) *in 8vo.* (12) Nomina eorum, qvi subscripserunt, in sola Editione Latina occurrunt, non item in Danicis. (13.) *P. II. Chronici Sax. p. m. 298.*

clesiasticam Regni Daniæ, brevi Libello Latino tunc a Bugenhagio comprehensam, pluribus notam esse, ut, qvalem Ecclesiarum, & totius Administrationis Ecclesiasticæ, Formam Lutherus & Collegæ ipsius maxime probarint, in aliis etiam Gentibus plures cognoscerent.

V. A. 1542. in Comitiis Rendesburgensibus (14.), peculiaris *Ducatuum Slesvicensis & Holsatici Ordinatio Ecclesiastica*, ejusdem Regis Christ. III. jussu, accedente Ordd. Provincialium Consensu, a Pastoribus aliqvot, qvos Joh. Bugenhagius consilio & opera sua adjuvabat, Eruditis Saxonico Idiomate est congesta, & Magdeburgi Typis Joh. Waltheri (15.) excusa. Recusa est postmodum Slesvigæ anno 1601. (16.), &, uti ab aliis tradi video, Hamburgi etiam anno 1557. Fuere sub initium Seculi hujus nonnulli, qvibus consultum videbatur, in Capitibus eam qvibusdam mutari atqve emendari, invito STEPH. RAMMIO Hamburgensi, Dithm. Australis Præposito, qvi, cum in *Epist.* ad Benedictum Alefeldium, Præfectum

(14.) teste Er. Mauritio *in præfat. Consiliorum Kiloniensium*. (15.) *in 4to*. (16.) *in 4to*.

fectum Steinburg., Germanica, mihi olim lecta, tum in Opere, qvod ista allegat, prolixiori inedito (Of unse Kerken-Ordnung to endern sy/ ock in wat Saken/ und up wat Wise sülckes gescheen möchte?) mutationem hanc serio dissvasit. In Ecclesiarum tamen Holsato-Gottorpiensium Usum Nova *Sanctio Ecclesiastica*, ab hac diversa sub finem Seculi superioris, Johannis Adolphi, D. Holst., jussu, an. 1598. Idiomate Germ. est publicata. De Ecclesiarum Cimbricarum Nævis atqve Defectibus, Emendationem desiderantibus, Volumen MS. reliqvit M. JAC. FABRICIUS Sen., ProtEcclesiastes Aul. & Superint. Holsato-Gottorpiensis (d. 5. Nov. an. 1640. denatus), qvod penes se esse Vir Clariss. atqve Amiciss., Georg. Henric. Burchardus, Præpos. Segeberg., nobis significavit. In locum Priscorum Ecclesiæ in his Regionibus Romano-Catholicæ Ritualium, Missalium & Breviariorum Latinorum, post Reformationem successerunt Scripta Lutheranorum ejusdem Argumenti vernacula, PAULI sc. WALTHERI Hamb., EcclesiastæFlensburg. Mariani, *Manuale Ecclesiasticum*,

Dia-

Dialecto Saxonica congeſtum, annoqve 1635. (17.) Hamburgi excuſum, & V. C. AD. OLEARII Scriptum Germanicum, iſto prolixius (Sleswig-Holſteiniſches Kirchen-Buch / in 10. Theilen abgefaſſet) / ante V. Luſtra Slesvigæ (18.) Luce donatum publica.

CAPUT V.

De

Religionibus aliis, qvæ, præter Lutheranam, in Locis Cimbriæ nonnullis tolerantur, & vel Publico, vel Privato, Sacrorum ſuorum gaudent Exercitio.

§. I.

PRæter Lutheranam, in nonnullis Cimbriæ Provinciis & Civitatibus, aliæ etiam Religiones vel Privilegiis qvibusdam, & Publico aut Privato Sacrorum Exercitio, Magiſtratus Supremi beneficio gaudent, vel, eodem connivente, toleran-

(17.) *in 8vo.* (18.) A. 1665. *in 4to.*

lerantur. Privilegia impetrarunt Judæi,
qvi Hamburgi, Altonæ & Glückstadii,
Pontificii, qvi Hamburgi, Lubecæ, Alto-
næ, Tychopoli, Fridricopoli & in Stran-
dia, Reformati, qvi Hamburgi, Altonæ &
Tychopoli, Remonstrantes, qvi Fridri-
copoli, Anabaptistæ & Mennonitæ, qvi
Hamburgi, Altonæ, Fridricopoli & in Ei-
derstadia consederunt, ac Labadiani, Al-
tonæ non ita pridem per aliqvot lustra
commorati. Sola autem Magistratus Con-
niventia Hamburgi tolerantur Qvakeri,
& in Eiderstadia Davidis Georgii Asseclæ,
in Clandestinis Sacra sua Cœtibus pera-
gentes.

II. Inter JUDÆOS nostrates Eru-
ditione, Scriptis, & παραδόσεων Avitarum
peritia inclaruerunt: 1. *Rodericus a Castro*
Lusitanus Med. D. & Practicus Hamb.,
ob Monumenta Ingenii, qvibus Artem
suam illustravit, egregia merito Celeber-
rimus, an. 1627. defunctus; 2. *Dan. a Ca-
stro*, Rod. Fil., Med. D., Archiater Dani-
cus & Practicus Glückstad.; 3. *Bened. a
Castro*, Rod. Fil., Med. Doct. & Christinæ,
Svecorum Reginæ Archiater, a Christia-
na, qvam Juvenis cum Fratre Andrea
am-

amplexus erat, Religione, ad Judaicam relapſus, & Hamburgi A. 1684. denatus, qvem, ob eximiam L. Lat. eleganter & loqvendi & ſcribendi facultatem, Gudius noſter commendare ſolebat; 4. *Benj. Muſſaphia* Med. Doct. & Practicus Hamb. atqve Glückſt., A. 1674. mortuus, Autor *Epiſtolæ de Auro Potabili*, ſub ficto nomine MEZAHAB (1.) initio editæ, & Anno 1640. cum *Sententiis* ipſius *Sacro-Medicis* recuſæ, qvam Morhofius (2.), præ nimio Chymiæ ſtudio a Rabbino Antiqvo ſcriptam eſſe credidit. 5. *Jac. Roſales* Hiſpanus, Med. D. Com. Pal. Cæſ. & Med. Hamburg.; 6. *R. Moſes Ben Gidhon*, Grammaticus atqve Poeta non incelebris; 7. *Uriel Juriſta*, Homo Sadducæus atque αὐτόχειρ, & Hamburgi & Amſtelodami ob παῤῥησίαν ſuam ἀποσυνάγωγος; 8. *Samuel de Sylva*, hujus Antagoniſta, & Immortalitatis Animarum Patronus; 9. *Jac. Abendana* Hamburg., Archi-Synagogus in Anglia Londinenſis, Spicilegii ad R. Salomonis Ben Melech *Michlol Jophi* Autor, An. 1685. defunctus; 10. *Iſaacus Abendana*, Jacobi Fra-

(1.) Vox eſt hæc Hebræa, Argumentum Libri innuens: מזהב i.e. *de Auro*. (2.) *P. I. Polyhiſt. l. 1. c. 12. p. 113.*

Frater, Lingvæ Hebr. in Acad. Oxoniensi hodienum Interpres. Ultimum locum occupet, cui primus debebatur, DAVID COHEN de LARA Hamb. Antistes Synagogæ Patriæ πολύγλωττος atqve Doctissimus, injuste a Dignitate ista per Gentiles suos deturbatus, qvos, A. 1674., dum Disputationi illorum de Relig. Christ. Veritate cum Nostro, qvem Ipse jusserat accersi, Edzardo auscultat, defunctus, dubios reliqvit, cuinam Religioni sit immortuus. Inter Antagonistas Recutitorum in Cimbria principem Locum merentur D. JOH. MüLLERUS, Theol. Hamb., Autor *Judaismi*, Libri in hac Theol. Polemicæ Parte Classici, A. 1644. Germanice publicati, cujus Versionem Latinam Hottingerus (3.) jampridem inter Reformatos desideravit; & ESDRAS EDZARDUS, Modernorum Studii Hebræo-Rabbinici Doctorum Phœnix, ingentem Apellarum numerum, καθηχήσεως suæ & de sustentandis Proselytis Sollicitudinis ope, Christo lucratus.

III. Doctrinæ Pontificiæ, sub initium Reformationis, contra Lutheranos, patroci-

(3.) *in Biblioth. Qvadrip. P. IV. c. 3. p. 405.*

trocinati ſunt Hamburgi D. Joh. Engelin, D. Henn. Kiſſenbrügge, D. Barth. Möller, D. Henricus Wend, Auguſt. a Geteln, M. Frid. Henningus, Nicol. Burſtorpius; Flensburgi autem Ludolphus Naamani, Padelecka Friſius, Minorita, & Scholæ Flensburg. Fundator, Ann. 1575. vivis exemptus. Ingenti is Zelo ac Vehementia, in Opuſculis Saxonicis ineditis Rythmico-Proſaicis haud paucis (inter qvæ eminent 1. *Tractat* jegen de Martiniſche Lehre; 2. *Egenwillion* Martini Luthers, ſamt ſiner Kerken-Hiſtorie; 3. Rüm-Gedichte von den falſchen Prædicanten; 4. Klage jegen de Egenwilliſchen) Lutheri Doctrinam impugnavit. Imo Serram etiam Contentionis iſtius publice, uti ipſe teſtatur, reciprocavit cum Juſto Kocken, Doctore Theologo, cujus contra ſe Libellum aliqvoties allegat. Non eſt autem is alius, qvam D. Juſtus Jonas, Lutheri σύνεργος & Superint. Halenſis, cui *Kochii* etiam cognomen fuiſſe proprium, ex *Epp.* Eraſmi, *Indice Romano Expurgatorio*, Dav. Chytræo (4.) aliisqve didici. Poſt Reformationem, Religionis Romano-Catholicæ Hyperaſpiſtæ in Cimbria ex Indigenis

(4.) *P. III. Chron. Sax. p. 117.*

nis fuerunt Bertr. Pogwischius, Wolfii Fil., Eqv. Holſ. & Toparcha Bockhagensis, Joh. Ad. Cypræus (5.), Mart. Strikerius, Th. D. & Canon. Hildesiensis, ac novissime Christophorus Com. a Ranzou, Dynasta Schmolensis & Hessenfeldensis. Ex Alienigenis autem Henr. Neverus & Jac. des Hayes, Jesuitæ hoc Seculo Hamburgenses, Dominicus & Nicolaus Jansenii Zirizæa Zeelandi, FF. Germani & Missionarii ex Ordine Prædd. in Cimbriam circa A. 1630. Apostolici, Jod. Keddius Lojolita, qvi Friderico, Duci Holſ., Heliopolin suam inscripsit, & novissime Nicol. Stenonius Hafn., ex Medico Lutherano, & Anatomicorum Seculi nostri Principe, Episc. Titiopolitanus, & Cœtus apud Hamburgenses Pontificii Antistes. Scriptis, qvibus hi Dogmata Ecclesiæ Romanæ animose defenderunt, publicis nihilo segnius a Nostratibus est responsum. Pogwischii *Malleum Hæreticorum*, aliosqve Libb. Vernaculos, Anonymi aliqvot, & Joh. Winckelmannus, Theol. Hassiacus; Strikerii *Censuram Concionis suæ de Justi Persona & Fortuna*

 Jac.

(5.) V. de illo P. I. c. 7. §. 7.

Jac. Reneccius, Antistes Hamb.; R
zovii, seu potius Lucæ Holstenii (q
suum Meletema sub istius nomine pu
casse haud vane conjecto) *ad G. Calix*
Epistolam ipse Calixtus & Henr. Meie
Neverum Phil. Nicolai, Theol. Har
Jacobi des Hayes *Lucem Mundi* Joh. K
& Anonymus Autor des Päbstlichen
Liechts; Fratres Jansenios, & Nicolai
primis *Defensionem Fidei Catholicæ*,
Müllerus, Ministerii Hamb. Senior; *H*
polin deniqve Keddianam Joh. Reinb
tius, Aulæ Holf. Theologus, confutar
Multos tamen Missionarii isti nihilo
nus ex nostratibus ad Ecclesiam su
pellexerunt Apostatas, & Illustres, & E
ditos, qvos inter solos jam commemo
bo Laur. Surium (6.) & Janum Gul
mium Lubecenses, J. A. Cypræum S
vicensem, Lucamqve Holstenium & I
Lambecium Hamburgenses, Antiqq.
triarum & Ecclesiasticarum, omnisc
Doctrinæ elegantioris, Eximios hoc a
superiore Seculo Vindices.

IV. I

(6) Apostatam hunc vocat Schlüsselburgius *l.* 2. *T*
Calvin. p. m. 286.

IV. Nimii Calvinianarum Partium Studii Seculo ſuperiore ſuſpecti fuerunt, Flensburgi (circa annum 1570.) Jod. Ducellius, Homo exterus, Bordesholmiæ (circa annum 1591.) M. Simon Brandes, Gymnaſii Rector, & Ripæ (circa annum 1586.) M. Joh. Lagonius, Diœceſeos iſtius ad annum usqve 1594. Epiſcopus. Palam easdem, poſtqvam Profeſſione Theologica Witebergenſi cum aliis Crypto-Calvinianis exciderat, eſt amplexus Henric. Mollerus Hamburgenſis, ex Doctore Theologo Ἑβραϊκωτάτῳ, & profunde erudito, Urbis tandem patriæ, teſte Johan. Poſthio (7.), Medicus, d. 26. Nov. A. 1589. defunctus, qvem Orthodoxis a Joh. Hülſemanno (8.) & Daniele Henrici (9.), Theologis Lipſienſibus, miror accenſeri. Hoc Seculo ineunte Reformatis, cum Joh. Adolphus, Dux Holſato-Gottorpienſis, ad eos transgreſſus, in Prot Eccleſiaſtæ Lutherani, Jac. Fabricii Sen., locum Philippum Cæſarem, Caſſellis Haſſum, Hominem Calvinianum, adſciviſſet, ſpes

 affful-

(7.) *in Epigrammate, Commentario ejus in Pſalmos præfixo.* (8.) *in Vindiciis Dictorum Scripturæ pag. 191.* (9.) *in Diſſ. de Unctione Chriſti p. 14. a.*

affulſit haud exigua magnam Cimbriæ partem ad Sacra ſua traducendi, qvam tamen fruſtraneam fuiſſe, Eventus, poſt Principis hujus Exceſſum, A. 1616. docuit. Impugnarunt novos hosce Patriæ Reformatores Leonh. Hutterus in *Calviniſta Aulico-Politico*, Mandato Joh. Adolphi, qvod Elencho Nominali Parochis interdicebat, A. 1610. (10.) oppoſito, & Chriſt. Sledanus, Baſilicæ Slesv. Antiſtes, in *Epiſtolis contra Inſanam Calviniſmi Suſpicionem*, a Phil. Cæſare ſibi affrictam, Apologeticis, Sleswigæ anno 1616. (11.) excuſis. Eodem circiter, ni fallor, tempore, Reformatis, Civitatem Hamburgenſem incolentibus, publicum Sacrorum ſuorum in vicino Oppido Altonavienſi Exercitium a Comitibus Schauenburgicis eſt conceſſum, & a Regibus poſtea Daniæ confirmatum. Cœtui huic complures hactenus præfuere Antiſtites non incelebres, & hos inter Maur. Neodorpius, Liebenwalda Marchicus, non Lutheranis ſolum (qvos in Relig. ſua negat (12.) poſſe ſalvari), ſed Scriptoribus etiam

(10.) *in 8vo.* (11.) *in 4to.* (12.) *in Luthero Orthodoxo, p. 352.*

etiam Sectæ suæ Irenicis, infensissimus, & ob summam, cum in Jacobum Reneccium, Antistitem Hamb., aliosqve Adversarios, tum in Ecclesias integras, Maledicentiam satis famosus; ac Christ. Pauli, Gafr. Silesius, cui, Societatem Augustanæ Confessionis Scripto publico suis asserenti, Ant. Reiserus ὁ μακαρίτης ante aliqvot Lustra se opposuit. Gallicæ Reformatorum in eodem Oppido Ecclesiæ Fundamenta, haud ita pridem, Regiis jecit Auspiciis, ac hodienum illi præest *Dn. Conseillerius*, Vir Eruditus, & Heterodoxiæ Socinianæ (qvia non omnia forte Stoæ Supralapsariorum Dogmata, & in specie gratiam particularem exosculatur) immerito nuper a qvibusdam Cœtus istius Zelotis insimulatus. Qvorum Princeps Pet. Jurius, Theol. Roterod., perqvam & in ipsum, & in alios, injurius, Monarchiam in Reformatos Ecclesiasticam universalem affectare, & Potestatem pene Papalem de aliorum Fama & Orthodoxia judicandi, brutaqve in sibi suspectos Anathematum fulmina ejaculandi, summa Animi Impotentia, ab aliqvot annis, sibi cœpit vindicare. In Civitate

Lubecensi, ejusqve Suburbio, Anno 1666. Privatum Sacrorum Exercitium Reformatis qvibusdam a Senatu est indultum, sed, Septennio post (A. 1673), non isto solum, sed & ipsa Urbe ac Ditione illius, Presbyterii Lutherani impulsu, ipsis iterum interdictum (13.). Antistes Novellæ hujus Ecclesiæ septennio isto fuit Wilhelm. Momma Hamb. Th.D. γνήσιος Joh. Cocceji Discipulus, & Opinionum illius privatarum Hyperaspistes postmodum in Zeelandia contra Zelotas Batavos Celeberrimus. Johan. Vorstio Dithmarso, Scholæ nostræ Flensb. olim Moderatori, Viro solidæ ac variæ Eruditionis, qvi, ante annos circiter 30. ad Reformatos transgressus, horum de S. Cœna Sententiam, in 3. *Dissertt. Sacrarum* Libris, A. 1662. defendit, responderunt præter Joach. Ludov. Reimerum, Sam. Cocum, aliosqve Antagonistas obscuriores, Theologi Cordatissimi Gerh. Titius, Joh. Musæus, Chr. Dreierus & Chr. Chemnitius.

V. SO-

(13.) *V. Vitam VVilhelmi Momma, a GVilh. Anslaerio scriptam, & Mommæ Meditatt. Posthumis in Epp. ad Rom. ac Gal. A. 1678. præfixam.*

V. SOCINIANIS ab Oppidi Fridrichstadiensis Magistratu, & incolendi istud potestatem, & Sacrorum Exercitii Libertatem, A. 1662. obtinuit Stanisl. Lubienitzius, Promachus Sectæ istius non incelebris, sed incassum. Sereniss. enim Dux Holsato-Gottorpiensis, qvo ignaro hæc erant gesta, Edicto Publico, svasu Johan. Reinbohtii, Theologi Aulici, promulgato, & Civitate ista, & Ditionibus suis universis, non multo post iisdem interdixit (14.). Lubienitzius ipse, qvem singulari Rex Daniæ, Frid. III., favore dignabatur, Urbe, qvam per aliqvot Lustra, connivente Magistratu, incoluerat, Hamburgensi A. 1675., Edzardi & Pastorum Ordinariorum instinctu, jussus excedere, anteqvam obseqvi Senatui posset, Veneno, Cibis ipsius immixto, cum Biga Filiarum d. 18. Maji periit. Lubecæ Seculo superiori (circa annum 1546.) Doctrinæ Unitariorum semina sparsit, eidemqve, non in Disputatione solum clandestina, cum Mennone Simonis ibidem habita,

(14.) *V. Vitam Lubienitzii, ejus Historiæ Reformationis Polonicæ, Freistadii A. 1685. excusæ, præfixam, & Ant. Heimreichii Hist. Eccl, Slesv, l, 4. c. 3. p, 227. 228.*

bita, ſed Libro etiam Saxonico, Typis excuſo (Underſcheet tüſchen de rechte Lehr/ und falſche Lehr der twiſtigen Artickeln) eſt patrocinatus ADAMUS PASTORIS (qvi antea Rudolphus Martini dicebatur), Anabaptiſta Weſtphalus, a Mennone & Theodoro Philippi ob Heterodoxiam Arianam excommunicatus (15.). Hoc Seculo itidem in eandem Civitatem admitti petierunt Anti Trinitarii, eoq; Fine Fidei ſuæ Confeſſionem, Notis Menonis Hannekenii Superintendentis Elenchticis confutatam, obtulerunt, ſed, obnitente Presbyterio, Aris focisqve Lubecenſium ſunt prohibiti (16.). Ex Noſtratibus in caſtra eorum, jactura paternæ Hæreditatis inſuper habita, tranſiit, &, ob Eruditionis Judiciiqve præſtantiam, Morumqve integritatem, in magno, & apud iſtos, & alios Eruditos, fuit pretio *MART. RUARUS* Crempenſis, ab Ern. Sonero, PP. Altorfino Crypto-Sociniano, ſeductus. Rector is initio fuit Gymnaſii Racovien-

(15.) V. J. Henr. Ottii *Annales Anabapt. ad An.* 1547. p. 108. 109., & Chr. Sandii *Biblioth. Antitrinitariorum* p. 38. 39. 40. (16.) V. Ad. Tribbechovii *Memoriam Hanneke-nii*, cujus *Notas* MStas lectas ſibi eſſe addit.

covienſis, ac deinde Cœtus Unitariorum Gedanenſis, tum in Urbe, tum in vicino Pago Straſſinenſi, ad annum usq; emortualem 1657. Paſtor, ipſumqve Grotium Sectæ ſuæ Proſelytum reddidiſſe creditur. Exſtant *Epiſtolarum* ejus *Centuriæ II.*, eruditæ & lectu digniſſimæ. Nec deſunt, qvi Verſionem N.T. Germanicam Racovienſem, A. 1630. excuſam, ei tribuant (17). Qvos falli mihi conſtat, tum ex Sandio (18.), illam Johan. Crellio & Joach. Stegmanno Seniori vindicante, tum ex indicio Filii, qvem Noſter reliqvit, cognominis, Amſtelodami viventis, a qvo, adornatam eam credi a Chriſtoph. Oſtorodo ac συνέργοις aliqvot, reviſam autem eſſe a tota Societate, & in hac Parente ſuo, ac Præfationem tandem a Crellio adjectam, A. 1684. ſum edoctus. Calixtus noſter, Theologorum Cimbriæ Phœnix, A. 1645. in Colloqvio Thorunienſi (ſicut a Filio, Veterano Acad. Juliæ Theologo, accepi) nulli, ut Popularem hunc ſuum in viam revocaret, pepercit operæ, ſed pertinaciam ejus ſuperare non potuit. Ruari veſti-

(17.) V. Matth. Zimmermanni *Diſſ. Inaug. de Acceptilatione p. 27. & 31.* (18.) *in Biblioth. AntiTrin. pag.* 94. 116, 133.

vestigiis insistit THEOD. SIMONIS, Berchsteda Holsatus, Lit. Gr. Scientissimus, qvi a Lutheranis ad Pontificios, ab istis iterum ad Lutheranos, tandemqve ad Unitarios transgressus, horum Scholæ in Russia Lituanica Kisselinensi præfuit. Insistit iisdem ISAACUS FÖCLERUS, qvi ex Marchionatu Durlaco-Badensi, cujus Ecclesias gubernarat, in Cimbriam delatus, AN. 1643. ad Socinianos descivit. *Sophronismum* ipsius, Christiano IV. Regi AN. 1642. inscriptum, una cum *Recognitione illius*, AN. 1643. publicata, sub Examen Scripto gemino mox vocavit M. Joh. Rotlebius, Præpos. Hatherslebiensis.

VI. REMONSTRANTES sive Arminiani, ex Fœderatis Belgii Provinciis Ferali Pseudo-Synodi Dordracenæ Decreto ejecti, a Friderico, Duce Holsato-Gottorpiensi, ut novam sibi in Ducatu Slesvicensi Civitatem, *Fridricopolin*, condere, inqve ista Sacris suis vacare, liceret, invito Jac. Fabricio Sen., Ecclesiarum Ducalium Antistite (qvi peculiari Scripto inedito admissionem illorum dissvasit), A. 1619. impetrarunt. Historia Coloniæ hujus petenda est ex *Epistolis Præstantium*

tuum & Eruditorum inter Remonſtrantes *Virorum Eccleſiaſticis*, qvarum primam Editionem Chriſt. Hartſœkerus, Cœtus eorum Fridricopolitani & Roterodamenſis ad annum usq; emortualem 1683. Eccleſiaſtes, & Phil. Limburgius, Amſtelodamenſis illorum Eccleſiæ hodienum Antiſtes, an. 1660. Amſtelodami (19.) Latino, &, biennio poſt, Belgico ibidem (20.) Idiomate, ex Epiſcopii, Vorſtii, Barlæi, ſuisqve ſcriniis, publicarunt. Poſteriorem, Epiſtolarum plus qvam 300. Augmento ſuperbientem, & ſex in univerſum illarum Centurias cum Dimidia exhibentem, ſoli Limburgio, qvi Typis eam Amſtelodamenſibus an. 1684. (21.) evulgavit, debemus. Inter Proceres Bataviæ Arminianos, qvi Coloniæ iſtius fuere Ductores, eminent Ad. a Wahl, Toparcha Muisbergenſis, Primus Fridricopoleos Gubernator, Johan. de Hahn, ex Penſionario Harlemenſi Friderici, D. Holſ., Conſiliarius, Wilh. van der Hove, Dynaſta Weddenſis, & Henr. Ruitenſtein Aggerum Præfectus. Inter Theologos autem, Virosqve Eruditos, qvi horum

(19.) *in 4to*, (20.) *in 8vo*. (21.) *in fol.*

rum auspicus Ann. 1622. 1623. & 1624. ad commune illud suorum Asylum convolarunt, Conr. Vorstius, Theol. Leidensis (cujus certaminum cum zelotis Batavis, quibus nostræ Ecclesiæ non fune turbatæ, Historiam *Cimbricæ* reservamus *Literatæ*) Nicol. Grevinchovius, Past. Roterod. & Fridrichstadiensis, Joh. Arnoldi Corvinus Leidensis, ex Patriæ Civitatis Ecclesiastæ post Apostasiam Studiorum, J. U. D. & in Gymn. Amstelod. PP., Sim. Goulartius Jun., Genevensis, Ecclesiæ Gallo-Belgicæ Amstelod. Antistes, Joh. Grevius Clivensis, Ecclesiastes Campensis, Marcus Gvaltherus Palatinus, Scholæ Campensis & dein Fridrichst. Rector, Johan. Narsius, Dordracenus, ex Graviensis Ecclesiæ Ministro Doctor Medicus, & Selcartius, Grevinchovii in Ecclesiæ Fridrichstad. Ministerio an. 1627. Successor. Universæ Remonstrantium Theologiæ, & Systematis simul ejusdem, quod Phil. Limburgius edidit, nuperrimi, Examen longe accuratissimum expectamus a CHRISTOPH. FRANCKIO Norib., Theologo Acad. Kiloniensis, Nemini Nostratium, vel Eruditione exquisita, vel Judi-

Judicii Acrimonia, vel rara in tractandis Controvv. Prudentia, Candore & Animi Moderatione, secundo, eorum nobis ifthuc jam ante quadriennium pollicito. Leonem ex ungve agnoscet, qvisqvis evolverit *Specimen ejus Controversiarum cum Remonstrantibus, in Articulo de S. Scriptura exhibitum*, & an. 1673. Kilonii excusum.

VII. Inter ANABAPTISTAS, qvos itidem ex Belgio, sub initium Reformationis, in Chersonesum hanc, & Eiderstadium imprimis, irrepsisse, Adami Pastoris, (de qvo §. 5. dictum) Historia, aliaqve evincunt Argumenta, eminent MENNONITÆ, cæteris, in qvas Secta hæc diffiliit, Factionibus Moderatiores, nomen istud Μενωνιτῶν a Mennone Simonis Westfrisio, prope Harlingam an. 1496. nato, ac in Oppido Wagriæ nostræ Oldesloensi an. 1561. denato, adepti. Eiderstadensium tres vidi atqve legi Confessiones Fidei Saxonicas, hactenus ineditas. Harum prima, jussu Herm. Hoyeri, Eiderstadiæ Præsidis, & M. Georg. Crutii, ejusdem Præpositi, An. 1607. scripta, cum verbis obscuris & ambiguis Sententiam earum absconderet, Colloqvio Tonnin-

gensi, qvod d. 31. Aug. ab utroqve cum Joh. Clausenio Cotten, ac tribus aliis Anabaptistis Tonningensibus & Oldensworttensibus est institutum, cujusqve Actorum MSta superest Relatio, præbuit occasionem. Non multo post, cum de Publicis Ecclesiastarum in se, tanqvam Hæreticos, Invectivis Qverelas ad Joh. Adolphum, Ducem Holst., deferrent, Exomologesin fidei suæ magis perspicuam jussi sunt exhibere. Exhibita est a Clausenio d. 22. Jul. An. 1608. Præposito Eiderstadiensi, sed talis, qvæ, Dogmata utrinqve ὁμολογούμενα Phrasibus Biblicis proponens, ἀμφισβητούμενα sive controversa omittebat. Post hanc in Aula perlectam, novum cum iisdem Colloqvium in Curia Slesvicensi d. 13. Sept. est inchoatum, & triduo integro continuatum. Comparuerunt in illo Simon Lamberti, Petr. Adriani Bawens, Chilianus Curius Tonningensis, & (qvem cœteri, ceu communem Promachum, venerabantur, seqve, qvæcunqve ille crederet, itidem credere, Voce pariter atqve Scripto, in Colloqvio Tonningensi, erant professi) JOHAN. CLAUSENIUS Cotte, Incola Tonningensis,

gensis, & Aggerum in Ditionibus Maritimis Ducalium Praefectus. Is, cum Parastatae ipsius [illegible] essent [illegible], solus cum Jac. Fabricio Sen., Superintendente Ducali, placidam, de omnibus Articulis inter Lutheranos & Anabaptistas controversis, praesentibus aliqvot Principis Consiliariis, instituit Collationem, nec qvicqvam omisit, qvo vel Opiniones suae possent incrustari, vel Adversarii Doctrina reddi suspecta. Homo enim fuit Dogmatum & Controvv. Coetus sui peritissimus, & in S. Codice haud obiter versatus, Autorqve omnium, qvas Sectarii isti exhibebant, Confessionum. Fabricius summa qvidem Animi moderatione ei respondit, sed Doctrinam tamen suam ita solide astruxit atqve vindicavit, ut cuivis Controvv. Anabaptisticarum Scriptori palmam reddere possit dubiam, & proinde Actorum Colloqvii istius, quae, a Notariis Ducalibus diligenter consignata, & Notis Fabricii Marginalibus aucta, supersunt, Editio serio sit optanda. Post Colloqvium hoc Anabaptistae qvidem omnes A. 1609. Ditionibus Ducalibus jussi sunt excedere. Sed mitigationem Edicti, Se-

ctæ; suæ Tolerationem, Joh. Clausenius non multo post, & a Johanne Adolpho, apud quem magna pollebat Autoritate, & a Filio hujus Friderico IV., cui Tertia Mennonitarum Confessio est exhibita, obtinuit. Anabaptistis Hamburgensibus se opposuerunt Johan. Müllerus, Antistes Petrinus, in *Anabaptismo* Vernaculo, Confessionem Mennonitarum, Hornæ excusam, refellente, Hamburgi A. 1644. (22.) edito, Annoqve 1669. recuso, ac Jodocus Edzardi Glaneus Jeveranus, Ecclesiæ in eadem Civit. Michaelitanæ Minister, in *Apologia Pædobaptismi Bipartita* (Rechtmässige der Kinder-Taufe), ibidem A. 1636. juris facta publici. Historiam Anabaptistarum, in utroqve Lib. propositam, refutare aggressus est JAC. MEHRNINGIUS Holsatus, in *Historia Baptismi* Vernacula (der H. Tauff Historie) / Tremoniæ A. 1647. (23.) impressa; justum autem eorundem Examen alio tempore a se voluit expectari. Divisum est Opus hoc in Partes duas, quarum Ima singula N. T. de Bapt. ejusqve Institutione Loca, ex Anabaptt. mente, explicat, IIda autem Chri-

(22.) in 8vo. (23.) in 4to.

Christianos, singulis Seculis, paulatim ab Institut. ista longius recessisse, ostendere ex variis Autt. allaborat. Autorem primum agnoscit Joh. Montanum, ex Ministro Belgii Reformato Anabaptistam, sive, uti J. H. Ottius (24.) tradit, οὐδέπεον; a Mehrningio autem ex L. Belg. in Germanicam est translatum, & ex aliis Autt., ac Collectaneis H. K., qvem Civem Emporii celebris fuisse additur, locupletatum. Errores ejus Historicos passim notavit J. Henr. Ottius, PP. Tigurinus, in *Annalibus*, qvos A. 1672. (25.) publicavit, *Anabaptisticis*. Edzardus etiam, qvem maximam *Apologiæ* suæ Partem ex Bartholomæi Rülichii, Past. Augustani, Anabaptismo, A. 1605. Germanice excuso, sibi plagio vindicasse, Mehrningius perhibet, nonnulla eidem A. 1651. regessit im Geistl. Badetuch/ so entgegen gesetzet ist den neuen Wiedertäufferischen Täuchern/ welche/ nach des falschgenandten Pontani, und dessen Vermehrers Jac. Mehrnings, Lehre/ mit der einmahl empfangenen Tauffe nicht vergnügt/ eine neue Wiedertauffe in den tieffen Strömen/ oder Fischteichen/ durch Ein- oder Untertauchen

(24.) in *Annal. Anab.* p. 320. (25.) *Tiguri in 4to.*

vorhaben (26). Ante Luſtra V. inter Anabaptiſtas Hamburgenſes & Belgicos Controverſia qvædam eſt enata, illisqve a Sebaſt. a Wenningen oppoſitus Tractatus Roterodami An. 1666. (27.) editus van het Doop / Fooſtwaſchen en Aventmaal / ſo by de Doopelaars in Hamborg gedruckt ward. Hottingerus etiam in *Bibliothecario* (28.) 1664. commendavit Epiſt. Hamburgenſium ſatis prolixam, qva non multo ante Tremulos, aliosqve, qvi Uſum Verbi & Sacramentorum eunt ſublatum, Erroris convicerant.

VIII. Bataviæ, Sectarum feracisſimæ, Davidis etiam Georgii debemus Asſeclas, Seculo jam ſuperiore in Holſatiam, Eiderſtadiam & Dithmarſiam delatos, uti Hæreſiarchæ iſtius docent Epiſtolæ, Anno 1550. & 1552. ad ſuos in his Provinciis Diſcipulos exaratæ. Poteſtas in Cimbria commorandi, & Sacra ſua publice aut privatim celebrandi, a Magiſtratu, Fœditatem Errorum Davidis deteſtato, nunqvam Sectariis hisce eſt indulta, qvi Externa Relig. Lutheranæ Profesſione, ceu Ἐνδύ-

(26.) Prodiit Libellus *Hamburgi A.* 1651. *in* 12*mo.* (27.) *in* 8*vo.* (28.) *P. IV. c.* 5. *p.* 421.

ἐνδύματι πρoβατικῷ, incautioribus imponunt. Qvæ Seculo hoc, Joh. Adolphi & Friderici IV., Ducum Holſ., Auſpiciis, adverſus Tenebriones iſtos, ab Eiderſtadiæ Præſidibus atqve Præpoſitis, & hos inter Johanne imprimis Moldenitio, ſunt geſta, in Prolegomenis Operis, qvod Gener hujus atqve Collega, Frid. Jeſſenius, iis oppoſuit, Vernaculi, ac Ant. Heimreichii *Hiſt. Eccl. Slesvicenſi* (29.), enarrantur. Vidi Ipſe ineditam illorum de Bapt., Euchariſtia, aliisqve Fidei Capitibus, Confeſſionem vernaculam, Phraſibus ambiguis & æqvivocis Lectori imponentem; Apologiam item Commiſſariis Ducalibus exhibitam, darinn ſie ihre Unſchuld / und warumb ſie die David Joriſtiſche Lehre zu verſchweren nicht ſchuldig ſeyn / deduciren. Utramqve gemino Judicio, itidem inedito, confutavit M. JOH. MOLDENIT, Tonningenſis, Eccleſiæ Patriæ Parochus, & Præpoſitus ad Annum usq; emortualem 1653. Eiderſtadienſis; cujus etiam ſupereſt Kurtzer und Summariſcher Inhalt der Lehre des Ertzketzers David Joris, aus ſeinen eigenen Schriften zuſammen gezogen.

(29.) *l.* 4. *c.* 4.

gen. Prolixiori Opere Germanico, Kilonii A. 1670. (30.) excuso (*Aufgedeckte Larve Davidis Georgii*) Hæresin hanc detexit pariter atque profligavit Moldenitii Gener, FRID. JESSENIUS Husensis, Th. D., & Ecclesiæ Tonning. ab A. 1640. ad A. 1650. Diaconus, Kiloniensis autem ad Annum usque 1677., quo decessit, Antistes. Subjecit illi *Historiam Vitæ atque Scriptorum Dav. Georgii, ex Ubb. Emmio, Nic. Blesdikio, Acad. Basil. Relatione*, aliisque collectam, quam Soceri sui Analectis maximam partem deberi *in præfat.* fatetur. Conferri cum illa potest Jac. Stolterfohtii, Theologi Lubecens., *Historia von David Georgen, einem Gotteslästerlichen Erzketzer / aus Thuano*, Jobo Fincelio, Henrico Ad. Petri, Johan. Wigando und Luca Osiandro zusammen gezogen / quæ Lubecæ Anno 1635. (31.) lucem vidit publicam.

IX. QVAKERORUM Colluviei, quæ in sola Civitate Hamburgensi toleratur, ex Nostratibus se opposuerunt: 1. PET. GARTZIUS Hamb. J. U. D. im Puritanischen Glaubens- und Regiments-Spie-

(30.) in 4to. (31.) in 4to.

Spiegel (Lipſ.1650. in 12mo); 2. D. JOH. MüLLERUS, Ord. Eccleſiaſtici Hamb. Antiſtes, in Scripto, qvod ſub publico iſtius nomine prodiit, Vernaculo, Senatus juſſu concinnato: Qväcker-Greuel; oder kurtze Verfaſſung und Widerlegung der Abſcheulichen Irrthümer der Qväcker (Hamburg. 1661. 8vo.); Repoſuerunt Libro iſti Wilh. Caton & Wilh. Ames, Cœtus ſui Hyperaſpiſtæ, Vindicias Vernaculas (die Alte Wahrheit erhöhet). Sed refutati ſunt A. 1663. per Anonymum Autorem Libelli a M. Ulr. Deckero, Orphanotrophei Hamb. Eccleſiaſta, editi (32): Qväcker Qvackeley / welche ſie / in ihrer letzten Chartecke, unter dem Titul: Die Alte Wahrheit; an den Tag gegeben / kürtzlich entworffen und wiederleget. 3. JOH. LASSENIUS Pomeranus, Theol. h. t. Hafnienſis, in der Hiſtoriſchen und Schrifftmäßigen Entdeckung der Qväckeriſchen Secte / und kurtzer / iedoch deutlicher / Wiederlegung aller ihrer Irrthümer (Jenæ 1661. in 8vo); 4. JOHAN. BERCKENDAL, Faber Cultrarius Altonavienſis Reformatus, isqve Illiteratus, qvi An. 1660. tria hæc edidit Opuſcula:

H 4 (a) der

(32.) *Hamb. 1663. in 8vo.*

(a) der Qväcker-Geist entdecket durch wahrhafftige Exempel/so aus Sam. Clerckens, Predigern zu Londen/ Englischem Buche Mirror sind gezogen; (b) NeuJahrs-Gedichte wider die Qväcker; (c) Anhang des NeuJahr-Gedichtes. Lassenio simul atqve Berckendalio respondit Wilh. Amesius, Qvackerorum Promachus, in Libello Vernaculo, A. 1662. impresso: Gerechtfertigte Sache Christi und seines Volcks. Solum autem Berckendalium impugnarunt duo ejusdem Cœtus Fanatici, Joh. Rolofs (in der Wiederlegung) & Johan. Higgins (in der Antwort). Tribus his Adversariis unam eandemqve is opposuit Apologiam, cujus hic est Tit. der Qväcker Hertzens-Grund; das ist: Ihr Glaubens-Bekäntniß in 2. Theilen (1. Was sie lehren und treiben; 2. Was sie verwerffen und verdammen) / aus ihren eigenen Schrifften/ getreulich vorgestellt (Altonæ A. 1663. in 8vo); 5. ANT. REISERUS, Theol. Hamb., in *Anti-Barclajo, seu Examine Apologiæ Rob. Barclaji Scoto-Britanni pro Theologia vere Christiana*, Hamburgi A. 1683. (33.) excuso, cujus Refutationem molitum esse Barclajum, Scriptorum omni-

(33.) *in* 8vo.

omnium, qvi in Secta Tremulorum hactenus inclaruere, Doctissimum, ex P. Bælii *Novellis Reipubl. Literariæ Gallicis* (34.) didici; 6. MAUR. CRAMER, Parochus in Dithmarsia Marnensis, in der Christlichen Warnung vor dem ungeschmacktem Qväcker-Qvarcke (Hamb. 1688. in 8vo.).

X. Anno 1672. JOH. de LA BADIE, ex-Jesuita Gallus, & Asseclæ Ipsius, qvi sua ab Ecclesia Reformata Secessione *Separatistarum* nomen promeruerunt, Hervordia, unde Proto-Dicasterii Spirensis Sententia erant ejecti, Altonam, Comitatus Pinnebergici Oppidum, commigrarunt, & per Sexennium, ac qvod excurrit, illic commorati, circa A. 1679. inde Wiewertum in Frisia Occidentali discesserunt. Altonæ, non autem (uti falso ab Henrico Kippingio (35.) & J. Helv. Willemero (36.) est traditum) Anno 1674. obiit Ipse Schismatis Autor Labadius, a Scriptore qvidem *Biographiæ* suæ, Ann. 1670. (37.) Gallice (sub Tit. *Histoire Curieuse de la Vie*

 de

(34.) *M. Aprili A.* 1684. *p.* 220. 221. (35) *V. Supplem. Hist. Ecclesiastica J. Pappi p.* 102 - 106. (36.) *in Thesibus Theol. de Labadismo.* (37.) *Haga in* 12*mo.*

de Jean Labadie), & Anno 1672. Germanice, editæ, alisque Malevolis, plurimorum insimulatus Criminum, feda Celeb. Spenero (38.) excusatus, ac ob Vitam Moresque [illegible] commendatus. Inter Sectatores ejus eminuerunt Petr. de Yvon (qui Cœtui Wiewertensi A. 1689. etiamnum præfuit), Pet. du Lignon (circa annum 1689. defunctus), Henr. atque Petrus Sluteri, & Virgo Eruditissima, veraque Belgii Pallas, Anna Maria Schurmannia, Wieuerti A. 1678. M. Majo vivis exempta. Librorum, qui a Labadio, cœterisq; Doctoribus, sunt editi, peculiaris ante duo Lustra prodiit Catalogus. Inter Dogmatico-Apologeticos, ex qvibus Cœtus ipsius Historia, & Opinionum ejusdem Heterodoxarum Notitia est petenda, legi præcipue merentur: 1. *Veritas sua Vindex, seu Solennis Declaratio Fidei Johannis de Labadie, Petri Yvon & Petri du Lignon, Pastorum, & suæ, & integræ Ecclesiæ, cui ministrant, nomine jam ante edita, nunc vero aucta, & ab Objectionibus D. Hundii, D. Adr. Pauli, & VI. Scotorum Concionato-*

(38.) in dem Sendschreiben an einen Auslündischen Theologum, pag. 109-111.

natorum vindicata, Hervordiæ An. 1672. Latine & Germanice, Belgice autem Amstelodami Anno 1671. (39.) excusa; 2. *Justum Judicium de Justa Bonorum a Malis, qvoad Unionem Communionemqve Ecclesiasticam, Secessione, ex Sacra Scriptura latum a* DANIELE JONA BEDA (Anagramma istud est Nominis Johannis de la Badie), *separato Gall-Belg-Germ-Anglico*, & Germ. ac Latine Neapoli A. 1673. (40.) publicatum; 3. J. de la Badie, P. Yvon & P. du Lignon *Tabernackel* Goodes entdeckt / ofte Leere van de Kercke / Herv. 1672. 8vo; 4. P. YVON *Essentia Religionis Christianæ patefacta, seu Doctrina Fœderum Dei omnium, imprimis autem Novi & Evangelici, ab Antiqvo Israelitico essentialiter distincti, & cum Gratia Regeneratione & Sanctitate semper conjuncti:* Altonæ 1673. in 8vo; 5. Ejusd. *Fidelle Narreé des dernieres Paroles & Dispositions de diverses Personnes, qve Dieu a prises a soy du mitlieu de l' Eglise Reformeé, e recueillé a Wiewert:* Amst. 1681. 12mo; 6. P. du Lignon *Catechismus* Tripartitus, Gallice Amstelodami Anno 1681. (41.) & Anno

(39.) *in 8vo.* (40.) *in 12mo.* (41.) *in 12mo.*

Anno 1682. (42.) Belgice impressus. 7. HENR. SLUTERI Kenteeken van de Wedergeboorte (43), cujus Libri nonnulla Complices Autoris in *Declarat. suis* (44.) improbarunt; 8. ANNÆ MARIÆ SCHURMANNIÆ *Eukleria seu Melioris Partis Electio* (*Luc. X. 42.*), *brevem Vitæ ejus Delineationem exhibens*; Altonæ 1673. in 8vo. Impugnarunt Schismaticos hosce ex Reformatis, præter VI. Concionatores Scotos, in Batavia Exules: 1. *Sam. Maresius*, Theol. Groning., *in Propempticο ad Joh. Labadium, Ex-Jesuitam Fanaticum* (Gron. 1670. in 4to); 2. *Andr. Essenius*, Theol. Ultraj., *in Consideratione Paraenale Matth. XIII. 24. sqq.* Belgica, Separatismo illorum opposita, cujus Versio Germanica prodiit Cassellis Ann. 1671. in 8vo; 3. *Jac. Borstius* in de Verhael van het dangen; lüsen und umbdäsen der Labadisten na gemeenteng des Avondmaals (Amst. 1671. in 4to); 4. *Johan. Hundius*, Th. D. & Elect. Brandenburgici in Ducatu Cliv. Conc. Aul., im Gutachten von der Declarations-Schrift Joh. de la Badie, A. 1672. 5. *Adr. Pau-*

(42.) in 8vo. (43.) *Amstelod. 1670. in 8vo.* (44.) *l. c. pag. 12.*

Pauli, Th.D.&PP. Hammon., im Schrift-mäß. Bedencken von der Declaration; it. in *Epist. ad Labadium*, nomine Synodi Hammon. scripta, & cum hujus Responsione An. 1672.(45.) excusa; 6. *Joh. Broun in Causæ Dei contra Anti-Sabbatarios Tomis II.* (Roterod. 1674. in 4to); 7. *Joh. Berkendal*, Faber Cultrarius Altonav., im Berichte / daß die Labadisten sich fälschlich des Reformirten Nahmens und Bekäntnisses rühmen (1676. in 8vo); 8. *Jac. Kœlmann* in de Historische Verhael van der Labadisten Scheüring en velerley Dwaelingen / met de Wedderlegging derselven (Amst. 1683. 12mo); 9. *Wilh. Brakel* in de Waerschouwinge vor der Labadisten Dwaelingen / tegen Pet. Yvon (Leovard. 1683. in 8vo); 10. *Ant. de la Marqve* in de Redenen / welcke een bewoegen hebben to verlaeten dat Huiß en Gesellschup van J. de la Badie. Ex Lutheranis, Separatistis hisce se opposuerunt: 1. *Christ. Nifanius* Dithmarsus, Th. D. Superint. Ravensburg. & Past. Bilefeld., im Bedencken über die Religion der zu Hervord angekommenen Versamlung (Bilefeld 1671. 12mo), & in *Mataeologia*, qvæ circa Parallelismum Cœtus

hujus

(45.) in 8vo.

hujus Schismatici, Veterumque Hæresium, præcipue occupatur, *Labadiana* Vernacula, cum *Exerc. Præliminari de Donatismo* Mindæ A. 1673. (46.) excusa; 2. *Joh. Schiblerus* in der Probe der Labadistischen und Calvinischen Religion (Giessæ 1672. in 8vo); 3. *Joh. Helv. Willenerus*, Francof. PP. Brem., *in Thesibus Theol. de Labadismo*, Calovio Præside Witebergæ A. 1681. propositis; 4. *Joh. Frid. Mayerus*, Theol. Hamb., *in Diss. de Metæologia Labadiana* (Witeb. 1685. in 4to) Schurmanniæ, Polymathiæ Elegantioris in Juventute plus justo forte studiosæ, in Senecta autem Contemptricis fastidiosæ, *'Ελεγχον* sub Examen vocarunt: 1. Joh. Broun in *Epist. ad eam de Sabbatho & Die Dominica* (Roterod. 1674. in 8vo); 2. M. J. Gabr. Drechsler, Scholæ Saxo-Halensis Præceptor, in *'Ελεγχον 'Ελεγχου*, seu *Diss. de Studio Sacro & Profano Anti-Schurmanniana* (Lips. 1675. in 8vo); 3. Jacob. Thomasius, PP. Lips. *in Programm.* peculiari, A. 1678. edito; 4. Gvilh. Saldenus, Past. Delphensis, in Epist. Belgica *ψευδωνύμω*, cujus Tit. est: *Diss.*

(46.) in 8vo.

Desiderii Pacii Seedige Versoeck an Juffrou *A. M. Schurmanns* (47.)

CAPUT VI.

De

Sectariis & Fanaticis, qvi suos in Cimbria, hoc atqve superiore Seculo, disseminarunt Errores, aliis.

§. I.

A Recensu Cœtuum Chersonesi nostræ Heterodoxorum ad Fanaticos progredimur, qvi nullos in eadem Matæologiæ suæ Asseclas habuere Posthumos. Hos inter primus occurrit MELCH. HOFMANNUS, Anabaptistarum Belgii & Cimbriæ Patriarcha, Zwinglianæqve περὶ τοῦ δείπνου κυριακοῦ Sententiæ, ac aliorum Deliriorum Fanaticorum Patronus, qvi Svevus ortu fuit, non autem Holsatus, uti Conrad. Dietericus (1.) & Sebastianus Schmidius (2.) falso sibi persvadent. Ex Pel-

(47.) V. Placcii *Tr. de Scriptt. Anon. & Pseudon. p. 232. 276.* (1.) *in Analysi Pericocha Evang. Dom. II. Adventus.* (2.) *in Diss. de Chiliasmo Apocalyptico. p. 9.*

Pellione in Theologastrum transmutatus, publice in Livonia, aliisque locis, docendi potestatem temere, absque Vocatione ordinaria ac Literarum Praesidiis, sibi vindicavit. Ἀγωνιστὴν hanc suam Ipse in Libello Anti-Ambsdorfiano non dissimulat, ejusque intuitu se vocat (3.) Einen armen Layen / Pelzer oder Kürßner ic. einen ungelehrten Kreßmer-Knecht: Theologos autem his Verbis (4.) compellat: Wenn ich ein Beschmierter were / und Lateinisch Leute / und nicht ein Kürßner oder Pelzer / so würde ich wohl vor euch Larvengeistern Friede haben. A. 1527. Magdeburgo in Holsatiam delatus, Parochi Kiloniensis Munus a Frid. I., R. Daniae (quem Doctrinam suam & examinasse & approbasse, jactat), obtinuit, ac biennio fere integro administravit, istaque fretus Vocatione, in Libelli Anti-Ambdorfiani titulo, se appellavit Königl. Würden gesetzten Prediger zum Kyll. Haec Ipsius Promotio, ubi Viris Saxoniae Eruditis innotuit, de Erroribus ejus Nostrates confestim monuerunt, cum alii, tum Franc. Burchardus, Ducum Saxo-

(3.) p. 4. (4.) p. 3.

Saxoniæ Confil. (5.), qvi, Tituli ἀμφιβολίᾳ deceptus, Regis eum Ecclefiaften Aulicum effe putavit, & ne huic Hominis Fanatici Confvetudo obeffet, & veritus. Lutherus ipfe fuum de illo Judicium in *Epift. ad Wilh. Praveft*, Paft. Kilon. (6.), A. 1528. hisce verbis expofuit: *A Melchiore Pellifice velim cavere vos omnes, ac curare apud Magiftratus, ne ad Conciones admittatur, etiamfi Literas Regis oftentet. A nobis enim receffit indignabundus, dum non volumus ejus fomnia probare. Ad docendum neqve valet, neqve vocatus eft. Hæc dicito nomine meo omnibus veftris, ut ipfum vitent, ac tacere cogant.* In Demegoriis fuis, non folum Structuram Tabernaculi Mofaici, & Vifiones *Apocalypfeos* (in qvam A. 1530. Comm. Ipfius prodiit Vernaculus) difficillimas, omisfis Fidei ac Vitæ Chriftianæ Doctrinis magis neceffariis, eft interpretatus, fed Dogma etiam Sacramentarium, aliaqve Deliria nugacisfima, propofuit. Fanaticam ejus de Die Pantocritico Anno

(5.) *in Ep. ad Pet. Svavenium, Confil. Danicum, A.* 1528. *fcripta*, qvam exhibet J. Manlii *Farrago Epiftolarum Melanchthonis, P. III., p.* 493. 494. (6.) *V. Tomum II. Epp. Lutheri, a Joh. Aurifabro Francofurti ad Viadrum A.* 1597. *editarum, p.* 371.

no 1534. imminente Opinionem confutavit *Nic. Ambsdorfius*, Antistes Magdeb., in Libello Ecclesiæ Kiloniensi A. 1528. inscripto (7.): Daß Melchior Hofmann ein falscher Prophet/ und seine Lehre vom Jüngsten Tage unrecht/ und wider GOTT ist. Opposuit ei Hofmannus eodem A. Apologiam amarulentissimam, Kilonii (8.) excusam, cujus hic est Tit. Daß Nic. Ambsdorf ein Lügenhaffter falscher Nasen-Geist sey/ öffentlich bewiesen. In ista Convitiorum Plaustra in Adversarium evomit, eumque passim salutat einen Lügen-Geist/ Nasen-Geist/ einen Larven-Geist/ unverschämten Rültz und Filtz/ Bock/ Ehem-Dieb/ Esel und GOttes-verächtlichen Lästerer. *Marquardum Schuldorpis*, Kiloniensi Parocho Slesvic., qui suam de S. Cœna sententiam impugnarat, duobus itidem Scriptis, Kilonii Anno 1528. (9.) impressis, (1. Inhalt und Bekäntniß vom Sacrament und Testamente des Leibes und Blutes JEsu Christi; 2. Beweiß/ daß Marqv. Schuldorp in seinem Inhalt vom Sacrament und Testamente Christi ketzerisch und verführisch geschrieben;) respondit,

(7.) [illegible] (8.) [illegible] (9.) in 4to.

dir, & Hominem, cum alias ob caussam, tum ob Matrimonium cum Filia Sororis, ope Eloqventiæ suæ caninæ, misere exagitavit. Utriqve Schuldorpius mox reposuit *Epistolam ad Fideles Civitatis Kiloniensis* Saxonicam (10.), eiqve adjecit Lutheri ad se Literas, in eandem Dialectum transfusas, in qvibus ille Conjugio huic, cujus se Svasorem fuisse fatetur, ingenti cum *emphasi* patrocinari, ac Abrahami, Saram ducentis, exemplo defendere istud non dubitat.

11. Scandalo, ex hisce Litigiis orto, obviam iturus Frid. I., R. Daniæ, A. 1529. Hofmannum, & aliqvot ejus Antagonistas, ad Colloqvium Flensburgense, in Cœnobio Franciscano, Die Jovis, Primæ post F. Pasch. Dominicæ proxima, institutum, accersivit. Direxerunt istud Christianus III., Regis Primogenitus, hujusqve Assessores Dethl. Reventlou, Ejusd. Cancellarius, Joh. Ranzou, Archistrategus, ac Joh. Bugenhagius, Theol. Witteb. Parastatæ Hofmanni fuere Johan. a Campen, & Jac. Hegge Dantiscanus, ad

 fanio-

(10) in 4to.

ſaniorem in Colloqvio hoc mentem reducti; Adverſarii autem Hermannus Taſtius, Parochus Huſenſis (qvi Collocutoris Partibus ſolus pene eſt perfunctus), Steph. Kempe, Antiſtes Hamb., M. Nicol. Boie, Paſt. Weſſelburenſis, aliiqve complures. Andr. etiam Carolſtadium, ex Acad. Witeb. Doctore ejusdem Turbatorem, in Holſatiam poſtulatu Hofmanni, ut Adverſariis Autoritate ſua metum incuteret, ſe contuliſſe, Flenopolin tamen non eſſe auſum accedere, Frider. Damius (11.) & J. Ad. Cypræus (12.) teſtantur. In ipſo Colloqvio, qvod Abr. Scultetus (13.) *Altercationem verius qvam Diſputationem* fuiſſe cenſet, de ſola Controv. Euchariſtica eſt diſceptatum. Hofmannus enim, in iſta ſibi aqvam videns hærere, ad cœteras pergere noluit, ac, poſt finem Colloqvio Oratione Bugenhagii adverſus Argumenta ipſius Ἀνασκευαστικῇ impoſitum, Cherſoneſo hac ob pertinaciam ejectus, Argentinam commigra-

(11.) in der Relation vom Flensb. Colloqvio mit Nic. Teting. p. B. 3. b. (12.) *in Annalibus Epp. Slesv. l. 3. p. 422.* (13.) *Dec. II. Annalium Evang. Renovati p. 234.*

migravit. Illic Dialogum de Colloqv. hoc Vernaculum (Gründl. Bericht der Disputation im Lande zu Holstein) eod. An. 1529. edidit, ac Bugenhagio se os obturasse gloriatus, Colloqvii Notarios Odii in se ac malæ fidei insimulavit. Sed Jactantiam ipsius Bugenhagius mox retudit, editis Witebergæ (14.) Actis Colloqvii Avthenticis (Acta der Disputation zu Flensburg / die Sache des Hochwürdigen Sacraments betreffend) iisque adjecta Dialogi Confutatione, & Jac. Heggii Palinodia. Recusa sunt Geræ Variscorum A. 1613. in Christoph. Wilhelmi a Vallo, Theol. Studiosi (sive potius Chr. Wilh. Walpurgeri, Theol. Lipsiensis) Operis de Controv. Eucharistica Historia Vernaculi (Historischer Consignation aller Acten des Sacrament-Streits) Parte I. (15.). Tumultuum, qvos Hofmannus, post abitum ex Holsatia, Argentinæ & Embdæ concitavit, Anabaptistico-Enthusiasticorum, Carceris item semestris, in qvem A. 1532. Argentinæ, post Disputationem Theo-

I 3 logo-

(14.) A. 1529. in 8vo. (15.) Roll. II. ad Annum 1529. pag. 11-33.

logorum cum eo publicam, conjectus, pristina apud Asseclas Autoritate paulatim excidit, & tandem Anno circiter 1533. expiravit, Narrationem prolixiorem *Cimbriæ* reservamus *Literatæ*. Consuli interim de eorundem Historia potest, præter J. H. Ottium, aliosque Scriptt. AntiAnabaptisticos, Discipulus ejus atque Assecla *Ubbo Philippi*, Anabaptista Verax ac Candidus, in Confessione, quam Belgico ante Excessum scripsit Idiomate, ac Autor ejusdem Sectæ Anonymus J. H. V. P. N. suæ de Dissidiis Anabaptistarum Relationi (Het Begintsel en Voortganck der Geschillen en Scheuringen on der de Doopgesinden) / Amstelodami An. 1658. (16.) excusæ annexuit. Ubbonis hujus de Hofmanno, & Scriptis ejus, Judicium (17.) adjicio: Dise Melchior was een seer dirstigh en ywerigh Mann / seer wel bespranckt / schreef seer heftig tegens Luther en Zwinglium van den Doop / ende andern Articulen. Ende heeft den gantschen Apocalypsin uytgelegt / in den welcken een yder Wonder hooren mach / wat seltsame ende wonderlijke Dingen

(16.) in 4to. (17.) l. c. p. 95. 96.

gen darin gevonden werden/ 't welck ick geen Mensche grondelick naesiggen ofte schrijven kan. — — Dat moet ick tuigen voor Godt/ende myne Ziele/de Waerheyt/ dat ick niet en weete op dese Stonde/ hoe veele dat ick vor ende nae gelesen hebbe/ ende befinde/ dat Mart. Luther seer verfijlicken/ in sijn Schrijven lastert/ nochtans weet ick van allen geine/ die soo veel lastert ende verdoemt heeft in zijn Schrijven/ als dese Melchior/ waer door wy alle oock veel Lasteringen leeden etc. Autor Relationis anonymus pari Candore de Libris Melchioris judicat (18): Ick hebbe seten Deele gelesen/ en wel veel hooge Saecken/ maer weynigh stichtelicks ter Godtsaligheydt/ darinne bevonden.

III. Seculo post Hofmannum integro, novas Anno 1672. Flensburgi turbas excitarunt NIC. TETINGIUS sive KNUTSEN Husensis, Civis Literarum, quibus Leidæ dederat operam, haud rudis, Chymiæque Studiosus, &. qui ab illo ductus creditur, HARTW. LOH-

14 MANN,

(18) pag. 6. 7.

MANN, Civitatis non Husensis (19.), sed Flenburgensis, ab Anno 1616. Secretarius. Civibus hi nostris veræ Pietatis studium Instituto laudabili subinde inculcabant, sed Weigelianos de carne Christi nostræ haud ὁμοούσιος, sed coelesti, Unione Christi & Fidelium Essentiali, Revelationibus Internis, Legis Impletione, ac Chiliasmo, simul spargebant Errores, Litesqve Forenses, Usuras, Bella ac Juramenta improbabant. Cum ab Erroribus istis, sæpius licet ab Habacuco Meiero, Parocho Mariano, in Conc. publicis objurgari, ac privatim a Frid. Damio Præposito moniti, nollent desistere, in Arce, Auspiciis Caji Alefeldii, Præfecti Regii, Consulibus & Ecclesiastis Urbis præsentibus, de Incarn. Christi, in Colloqvio peculiari, a Damio cum iis est disceptatum. Finito isto, Urbem, invito Magistratu, reliqverunt. Lohmannus Svabstedæ seqventi vixit biennio. Tetingius autem A. 1622. VVindertæ & Hattstedæ in Districtu Husensi, A. 1623. in Prædio Eider-

(19.) Error hic est Timoth. Dan. Colbergii PP. Gryph. in Platonisch-Hermetischen Christenthum c. 5. §. 6. p. 144. seq. 146.

derſtadiæ Hoyerswortano (poſtulatu Dominæ iſtius, Annæ Ovenæ Hoyeriæ, ab ipſo ſeductæ), ac An. 1624. tandem in Civitate Huſenſi eſt commoratus. Ab hujus Eccleſiaſtis, ac Petro imprimis Dancwerthio, publice traductus, Apologiam Conſuli exhibuit Vernaculam, eaqve occaſione Liti cum iisdem coram Senatu forenſi eſt implicitus, &, hac nondum deciſa, a Friderico IV., D. Holſato-Gottorpienſi, e Ditionibus ſuis, ob Enthuſiaſmum, d. 27. Sept. An. 1624. cum Lohmanno relegatus. Ex Scriptis illorum Dogmatico-Apologeticis lucem aſpexere publicam: 1. Warh. Bericht/ warumb H. Lohm., Nic. Teting, und andere mehr/von den Prieſtern zu Huſum/Flensburg/und anderswo/ausgeketzert/ verläſtert und verdammet werden: An. 1624. in 4to; 2. N. Tet. Vermahnungs-Schreiben an alle wahre Chriſten/ zu erkennen/ ob die Prieſter zu Huſum/ Flensb. und Sleßwig Chriſt- und Prieſterlich mit ihm gehandelt/ auch ſonſt rechtmäßig mit ihm ſey procediret worden: A. 1624. in 4to; 3. Ejusd. Sermon vom Reiche GOttes in uns: A. 1625. in 4to; 4. Ejusd. Bekäntniß von dem Modo der Menſchwerdung und Ein-

wohnung Christi in allen Menschen: 1625. in 4to;
5. Ejusd. Prodromus Apologeticus auf des
Flensburgischen Ministerii Relation des mit
ihm gehaltenen Colloqvii: A. 1627. in 4to;
6. Hartw. Lohmanni Antwort an Herzog
Friederichen/ auf seiner F. Gn. den 29. Sept.
A. 1624. zu Husum publicirtes Verweisungs-
Mandat, und falsche Anklagen der Verfolger:
1624. in 4to; 7. Ejusd. Confortativ aus Trost-
Sprüchen des Wortes GOttes/ in Verfol-
gungen dieser Welt: Anno 1624. in 4to; 8.
ejusd. Spiegel des Glaubens: Neustadt 1625.
in 4to; 9. Ejusd. Nova Creatura, von Christi
Geburt/ und des Menschen Wiedergeburt:
Neustadt 1625. in 4to. inedita, cum aliis
Controversiæ istius Actis, delitescunt:
1. H. Lohm. und N. Ten Glaubens-Bekänt-
niß/ M. Habacuc Meiern A. 1622. übergeben;
2. Eorundem Gegenbericht auf Meiers Ant-
wortschreiben; 3. Tetings Supplication an
Herzog Friedrichen/ wegen seiner Streitsache
mit den Priestern zu Husum/ A. 1624. gesandt;
4. Lohmanns Biblische in Reimen gefaßte
Sprüche vom Christl. Glauben und Leben/
samt 24. Lebens-Regeln; 5. Ejusd. II. Kurtze
Bedencken wider den Cuser, Kleiderschmuck/
und

und vom Thätigen Glauben; 6. Ejusd. Beweiß der Auferstehung der Todten aus der Schrifft/der Verleumbdung/als wenn er solche leugnete/ entgegen gesetzt. Inter Antagonistas illorum eminent: 1. M. FRID. DAME, Præpos. Flensb., qvi de Colloqvio cum iis A. 1625. Rostochii (20.) Libellum edidit Vernaculum (Abgedrungene Relation des Colloqvii, und was sonst mit denen von Flenßburg entwichenen Enthusiasten / Nic. Knutsen und Hartw. Lohmann, gehandelt / samt Refutation ihrer Schwärmerey / auf Gutachten des Ministerii zu Flensb. gestellet) / & huic Juridicam Ministerii Flensb. adversus Tetingium Retorsionem, Senatui Husensi A. 1624. missam, inseruit (21.); refutatus vicissim A. 1627. in *Prodromo* Tetingii *Apologetico*; 2. M. MAUR. RACHELIUS Megapol., Past. in Dithmarsia Londinensis, Autor *AntiLohmanno-Canuti* inediti, utriusqve *Narrationi Veraci* (Warh. Berichte) / A. 1624. publicatæ, eodem anno, vernaculo Idiomate, oppositi; 3. PAULUS EGARDUS, Theol. Cordatus, & Parochus Norttorp.; cujus MSta

(20.) *in 8vo.* (21.) *p. D. 2. b. - D. 6. a.*

MSta superest Epist. ad Per. Dancwerthium Vernacula, d. 4. Septemb. A. 1624. exarata, Duumvirorum istorum Confessionem, & de Carne Christi cœlesti Errorem, egregie refellens.

§. IV. E Ducatu Slesv. TETINGIUS Hamburgum est digressus, & Praxi illic Medica vitam toleravit... Qvi cum in Scripto Ministerii Tripolitani (Lubec., Hamb. & Lüneb.), contra Enthusiastas A. 1634. edito (Außführl. Bericht von der neuen Propheten Religion/ Lehr und Glauben) ab autore illius, Nic. Hunnio, se Faniticis videret annumeratum, & Scripta sua passim sub Examen vocata, A. seqv. 1635 Rintelii Vernaculas illi opposuit Vindicias (22.), hoc Tit. superbientes: Abgedrungene/kurtze/ doch gründliche/ und mit Heil. Schrifft/ Lutheri, Pomerani, Brentii, und anderer Lutherischen Theologen/ Schrifften/ wohlbewehrte Verantwortung/ auf des Predigenten zu Lübeck/ Hamb. und Lüneb. Buch von den neuen Propheten. Reposuit autem iis An. 1636. (23.) Joh. Müllerus, Antistes Hamb., Nöthm. Verthädigung des Außführl. Be-

(22.) in 12mo. (23.) Hamb. in 4to.

Berichts von den N. P. / wider Nic. Tetings Verantwortung. Tetingius ipse suam, in Scripto Tripolitano impugnando, audaciam Pœna luit Exilii, Mülleri & Collegarum Instinctu a Senatu Hamb., Chr. Hoburgio teste (24.), ipsi irrogata. Novissime eum pariter atqve Lohmannum adortus est Aug. Varenius, Theol. Rostoch., in *Disp. de Carnis Christi Veritate & ὁμουσίᾳ cum nostra*, qvam, J. Qvistorpio Præside, *A.* 1644. Rostochii habuit, & in *Epist. ad Samuelem Pomarium* (25.) allegavit.

V. A Tetingio, τὰ γυναικάρια ποικίλαις ἐπιθυμίαις ἀγόμενα αἰχμαλωτεύειν, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ἐνδύνειν (26.) edocto, seductam esse *ANNAM OVENAM HOYERIAM*, Poetriam Cimbriæ haud incelebrem, §. *præced.* monuimus. Nata hæc est AN. 1584., Stirpe in Eiderstadia haud ignobili, Annoqve 1599. Herm. Hoyero, Provinciæ istius Præsidi, qvem Liberis utriusqve sexus beavit, elocata. Post Excessum Mariti *A.* 1622. defuncti, Thori vidui Tæ-

(24.) *in Apol. Prætoriana p.* 164. 381. 597. (25.) V. Pomarii *Præfat. Partis II. Apologia Vernacula Anti-Gutmanniana.* (26.) 2. *Tim. III.* 6.

Tædia Libb. lectione, & Carminum Vernaculorum Scriptione, in Prædio illius Hoyerswortano fefellit. Qvo cum & Tetingium A. 1623., ad Medicinam Liberis faciendam, evocasset..., ac in Larium eorundem Societatem admisisset, ille animum ipsius, muliebri curiositate prurientem, ita fascinavit, ut, cœtu Lutherano deserto, Anabaptisticos freqventare, inqve Clandestinis in Prædio suo conventiculis aliis etiam Fanaticas Tetingii, qvem Prophetam esse credebat, Opiniones inculcare cœperit. Eundem, in Exilium ejectum, contra Antagonistas Flensburgenses, Damium, Meierum & M. Frid. Johannis, qvos variis insectatur conviciis, peculiari Poemato Vernaculo [Schreiben von J. O. T. A. an die Herren Tauhträger von Hohen Schulen/ M. F. J. und M. F. D. P., auf das Büchlein wider Nic. Teting (27.)] strenue defendit. Nec Universo pepercit Ordini Ecclesiastico, qvem in Opusculo de Simplici Veritate Metrico, sub Larva Johannis Ofanaveri

(27.) Extat in Sylloge Poematum illius, p. 273.

naveri Anagrammatica edito, *Epistola* item *ad Eccl. Holsaticam contra ejus Pastores*, & *Persecutiones ab his excitatas*, Rythmica, *A.* 1642. scripta, & *Dialogo de Symposio Parochorum aliqvot Danicorum cum Rusticis suis* Festivo atqve Satyrico (de Dänische Dörppape in Kortem Tüge up düdsch uthstafferet van *J. O. T. A.*), omnibus exosum reddere est conata. Casp. contra Schwenckfeldium, ejusqve *de Verbo DEI* Libellum, peculiari commendavit Poematio, & qvanti Dav. Georgium faceret, sub finem Dialogi, qvem modo allegavimus, Satyrici, his Rythmis est testata:

Dit heft juw gesecht/
De truw GOttes Knecht/
Den gy verdömen:
Siin Liif iß verbrandt/
Siin Seel in Gades Handt;
Ick darf em nicht nömen.

Has ob causas cum in Patria male audiret, ac Clero esset exosa, exulatum in Sveciam, sive potius VVesterwigam, Oppidum Gothiæ, circa *A.* 1632. abiit: suane spon-

sponte, an Friderici, D. Holst., qui Reginæ eam commendavit, jussu, non habeo dicere. Superstes illic fuit A. 1648., & Pythagoricam περὶ τῆς Κρεωφαγίας Doctrinam amplexa, cæde Animalium abstinuit, imo canes complures hoc fine aluit, ut pulices ac pediculos ex cute humana in istorum tergora sospites transportaret, (28.). Exstincta est tandem in Loco solitario, in quem, Mortalium neminem Excessus sui habitura Arbitrum, paulo ante commigraverat. Poemata ejus argumenti Sacri, Moralis atque Jocosi Germanico-Saxonica, in unam collecta Syllogen, Typis Elzevirianis Amstelodami A. 1650. (29.) prodierunt. Quæ, licet ad modernas Poëseos Teutonicæ Leges Metricas non sint exacta, suis tamen Lectori se probant argutiis æque Veneribus, tanto pluris æstimandis, quod a Muliebri Ingenio sint profecta.

VI. Tetingio in plerisque Artic. Controversis ὁμόψηφος fuit CHRIST. HOBURGIUS Lüneburgensis, Ecclesiastes

(28.) V. Timoth. Dan. Colbergii Christianismum Platonismo-Hermeticum c. 5. §. 9. p. 241. (29.) in 12mo.

ſiaſtes in Ducatu Brunsvic. Lutheranus, in Belgio Reformatus, & tandem ab Anno 1674. Mennonitarum Altonavienſium Antiſtes, d. 23. Jul. *A.* 1607. natus, & d. 29. Octob. *A.* 1675. Altonæ denatus. Sua is in Scriptis Vernaculis παῤῥησία laudem apud Homines cordatos haud dubie meruiſſet, ſi intra ſeria ad veræ Pietatis Praxin Incentiva, & acriores in Seculi noſtri PſeudoChriſtianiſmum, VitiaqveOrdd. omnium, Eccleſiaſtici imprimis, plurima, Invectivas illam coercuiſſet, nec ad diſſeminandos Errores Fanaticos (de Revelatt. internis, carne Chriſti cœleſti, & Unione ejus ac Fidelium Eſſentiali, Legis Impletione, Peccato Originis a Subſtantia Hominis haud diverſo, &c.) eadem eſſet abuſus, & in Magiſtratus, Bella, Judicia, Scholas, ac Bon. Literas minus fuisſet injurius. Vitæ Illius & Scriptorum Hiſtoria, a Fil. Philippo, Typographo Altonav., conſcripta, cum Triga Opuſculorum Ipſius Aſceticorum Poſthuma (30.), Hamburgi *A.* 1677. prodiit. Diverſa de

K Ho-

(30.) 3. Geiſtreiche Tractätlein Chriſtiani Hoburgs &c. *in 8vo.*

fert, qvi, licet pauci sint numero, primas merito obtineant recta docendo, & caeteris Doctrina & Vita praelucendo, certe is ego sum, & ab hoc meo judicio nemo me abstrahet. Imo affirmare idem non dubitat, Sententiam Eitzenii, in *Judicio de Lib. Conc.* propositam, eandem esse cum sua, & reliqvorum Doctorum Saxonicorum. Utriqve Eitzenius *Prid. Festi Omn. SS.* respondit, se *Librum Concordiae* per conscientiam non posse approbare, sed Rationes, illi jam oppositas, coram qvolibet, imprimis autem Electoribus Saxone & Brandeburgico, qvocunqve tempore defensurum (14). In hac Sententia eum postea ad finem usqve Vitae perstitisse, documento sunt, praeter Historiam Colloqvii, a D. Conr. Schlüsselburgio Slesvigae d. 29. Aug. An. 1593. cum ipso habiti, ab Adversario, non sine variis in eum Scommatis, consignatam (15.), IV. haec Scripta illius inedita, qvae, cum

(14.) Triga hujus Epistolarum Jac. Andreae Selneccero ... Apographa beneficio ... Eruditissimi ... non ita pridem licuit inspicere. (15.) *l. c. Theol. Calvin. p. 133. 134. Edit. Germ.*

cum Epistolis ejusdem Argumenti aliis, in Cognati nostri Ampliss., Joh. Mohtii, Consil. Regii, devenere potestatem: 1. Sendschreiben an Landgraff Wilhelm in Hessen/ wider das Concordien-Buch/ M. Febr. An. 1578. 2. Bedencken von der Form. Conc. und allen ihren Artickeln/ A. 1579.; 3. Entdeckung und Verwerffung der neugeschmiedeten Confeßion Jac. Andreæ, an Frid. II. König in Dennem. A. 1581.; 4. Erinnerung der Ursachen/ warumb das Torgische Bedencken/ und Emendirte Bergische Buch zu unterschreiben sol geweigert werden. His Etzenii Antilogiis est effectum, ut Duces Holsato-Gottorpienses Librum Concordiæ cœteris Ecclesiarum suarum Symbolicis accenseri nondum jusserint. Regiarum vero Cimbriæ Ecclesiarum Ministris subscriptio illius circa A. 1647., Steph. Klotzii Superintendentis svasu, demum est injuncta. Antea enim nec illi, nec Daniæ Parochi, Scripto huic obstringebantur, qvod Fridericus II., absqve ejus subsidio Orthodoxiam in regnis suis conservari posse persvasus, importari in illa, aut possideri a qvoqvam vetuit, imo, uti Scriptores

 Cal-

Calviniani, & in his Pontanus, perhibent, suis ipsius manibus Anderschoviæ Anno 1587. in ignem projecit. Qua de re consuli possunt, quæ nuper inter H. G. Masium, Theol. Hafn., & Sam. Andreæ ac J. C. Becmannum, Doctores in Acadd. Marp. ac Viadrina Reformatos, sunt disceptata.

IV. Hoc Seculo ineunte suspicionem ἑτεροδοξίας incurrit CHRIST. SLEDANUS Rostoch., Th. D. & per Decennium in Acad. Patria PP. Basilicæ autem Slesvicensis ab An. 1624. ad emortualem 1646. Antistes, ab Ad. Friderico, D. Megap., ad Professionem Theol. Rostoch. Primariam An. 1634. ex Cimbria, sed incassum, revocatus, quem J. Quistorpius Sen. (16.) aliis, ceu Virtutum, quas Paulus in Episcopo desiderat, Exemplum proponere non dubitavit. An. 1616. is famæ suæ, contra Phil. Cæsarem, Reformatum Aulæ Gottorpiensis Doctorem, de Calvinismo ipsi gratulantem, in *Epistola, qua Defensionem habent, non Concertationem, adversus infamem Calvinismi suspicionem.*

(16.) *in Dedic, Commentarii in Epp. ad Timoth, Anno 1643. editi.*

nem, Slesvigæ (17.) excusis, est patrocinatus. Septennio autem post (*An. 1623. & seqq.*) a Collega Henr. Gladovio, Dan. Selmero, Senatore & Advocato, ac qvodam M. Phil. Gabrielo Slesvicensi, non aliis solum Criminibus est oneratus, sed Erronearum etiam de Statu Exinanitionis Christi, aliisqve Fidei Articulis, Phrasium ac Opinionum, in chartis aliqvot ineditis, insimulatus. Reposuit his Apologias complures, ex qvibus lucem viderunt publicam: 1. *Commentatio Scholastico-Theologica in binas Aureolas S. Pauli Sententias 2. Cor. V. 21. & Gal. III. 13. Christus est pro nobis factus Peccatum & Execratio; veram Interpretationem exhibens, falsam autem Lutheromastigarum, Papicolarum & Papizantium retundens, uti in* ζήλῳ κατ' ἐπίγνωσιν *meditata, ita* μετὰ πραότητος καὶ φόβου *perscripta.* Rost. 1626. *in 4to.* 2. *Qv. Practica de Consecratione Sacramenti Eucharistici: An verba Fundationis ac Institutionis Primævæ Formalia, ab Evangeliographis & Testatore ipso scripta, dicta, sint necessario ante Elementorum Distributionem recitanda?*

(17.) *in 4to.*

dat extra calorem contentionis planissime explicata. Rostoch. 1627. in 4to. Nondum autem prodierunt: 1. Abgenöthigte Glaubens-Bekäntniß von der Erniedrigung JEsu Christi (aus Lutheri Geistreicher Erklärung über 2. Cor. V. 21 und Gal. III. 13. (*cum Opisthodromo ad Lectorem*) Anno 1623: 2. *Lutherana Confessio & Exegesis de Christo, non Hominum opinione, sed Dei Autoritate, Peccatore omnium maxime execrabili, ad Regem Daniæ*; 3. *Apologeticus adversus utriusque, ita vocat, Sycophantias Dos. Selmeri, Confessio inquietissimi, &, si quos in eadem luce domi forisque forsan habet dubios ad maledicum & calumniam*; 4. *Epistola Apologetica ad Consules Slesvic., contra Selmeri Calumnias.*

V. Alias Controv. obscuriores, & confestim sopitas, brevitatis studio prætereo, ac in his Neubauerianam Flensburgensem, Meierianam Itzehoensem, & Sinnknechtianam Hathersiebiensem. Illa Frid. Damio Præposito cum M. *Joh. Neubauero* Lemgoviensi, Scholæ Conrectore, Pius merito Mortis & Resurrectionis Christi Vitam in Die Pantocritico recupera-

peraturos esse, in Chartis qvibusdam excusis inficiato, intercessit, & A. 1627. *Dialogum* Hamburgi excusum, *de Resurrectione Mortuorum, an ad Legem, an ad Evangelium pertineat?* extorsit (18.). Ista M. *Dethlevo Meiero* Flensburgensi, Past. & Præposito Itzehoensi, ob Heterodoxas de Descensu Christi ad Inferos Metaphorice intelligendo, & Ergastulo Damnatorum loco certo haud astringendo, opiniones publice in Ambone defensas, Anno 1632. mota est a Mart. Coronæo Diacono, &, post latam d. 13. Aug. a Proto-Dicasterio Provinciali in Meierum Exautorationis Sententiam, d. 2. Sept. spontanea ejus, qvæ excusa prostat, Palinodia terminata. In hanc deniqve a Præposito Hathersleb., M. Joh. Schrödero, Anno 1635. pertractus *Pet. Sinnknechtius* Lubec., Oppidi istius Parochus, Sabbathi ἑβδομαίω, Graduum Academicorum & Libb. Ethnicorum contemptor, Phrasium autem de Fidei Capitibus Weigelianarum ac Inusitatarum Defensor, Officio sponte sua renunciavit. Errores ille suos initio qvi-

(18.) *Prodiit Dial. ille in 8vo.*

qvidem Scriptis aliqvot ineditis (*Synopsica scil. præcipuorum Theologiæ Articulorum Delineatione, Manuductione Deiformis Pietatis, vel gratiosæ ac penitioris cum Deo Unitatis, & Responsione ad Articulos Schröderianos Vernacula*) incrustare est conatus, sed in Lectulo tamen emortuali, eodem A. ad aliqvam eorum agnitionem perductus.

VI. Celebrior est Controversia, qvæ cum exteris aliqvot Theologis intercessit JOH. REINBOHTIO, Altenburga Misnico, Th. Doctori, ab Anno 1636. ad 1639. Diœceseos Flensburg., seqventi autem septennio Hatherslebiensis Præposito, ac Aulico tandem Ducum Holsato-Gottorpiensium, ab An. 1645. ad emortualem 1673, ArchiTheologo, iisdem cum Eitzenio, Prædecessore suo, satis obnoxio. Is Anno 1645., cum supremos in Theologia Honores Rostochii ambiret, *Dissert.* edidit *de Catechesi Veterum* Inauguralem, in qva (19.) sola Dogmata Catechetica, i. e. in Verbo Dei immediate, & eo sensu, qvem Verba afferunt, fundata, fundamentalia esse asseruit, ac credita

(19.) Th. 30. 83. 84. 88. 90. 91.

ditu ad salutem necessaria. Viam autem Concordiæ inter Cœtus Christianorum diversos reducendæ tutissimam fore addidit, imo Regiam atqve divinam, si, resectis Disputationibus de Terminis Artium ambiguis, & Conseqventiis inde deductis, imminutoqve hac ratione Controversiarum numero, omnes illa, qvæ Catechesis Apostolorum ac Veteris Ecclesiæ proposuit, Fidei Capita, Sensu ejusdem Literali accepta, amplectantur atqve defendant. Hæc Diatriba, a Rostochiensibus Theoll. approbata, *J. Conr. Danhauerum*, Theologum paucis inter Lutheranos secundum, Argentinæ invenit Censorem. An. 1650. enim, cum *Sigalionem* is suum *in Crœsiaden Hyperaspisten*, sive *Dialogum pro Mysterio Syncretismi adversus Calixtum Juniorem Apologeticum*, ederet, Reinbohtianis Thesibus Lineolas etiam aliqvot (20.), dissimulato Autoris nomine, opposuit, &, una cum Calixtinis de Symb. Apost. Assertionibus, Socinianis eas haud displicituras esse monuit. Reinbothius, qvi pacis studio integro se ait siluisse

(20.) p. 171. in Notis ad lit. K.

luisse qvadriennio, in Arenam tandem A. 1654. est protractus, occasione Sermonis *de vera Ecclesiæ Concordia* Vernaculi, a M. Andr. Lonnero, Præposito Eiderstadiensi, Slesvigæ (21.) editi. Cum enim hunc, nondum satis accurate perlectum, imprimi esset passus, ac Præfationem, rogatu Autoris, adjicere pararet, Danhaueri Sententiæ esse ἐμόψηφον, suæ autem adversari, observavit. Promisso igitur satisfacturus, & Doctrinæ simul suæ patrocinaturus, Procemium ei satis prolixum adjecit, sed tale, in qvo, suam de Catechesi & Symbolo Apostolico, omnia necessario credenda complexis, θέσιν φυλάττων, tum Autoris, tum Kühnii atqve Danhaueri Meditamenta contraria, hujus item Tabularum in Symb. Apostolicum Exegeticarum (sensu illud Lutherano, Papæo & Calviniano, Glossematum variorum ope, sistentium) Trigam, Sigalioni annexam, suppressis Antagonistarum Nominibus, sub Examen vocavit compendiarium. Procemio huic Danhauerus triennio post (Anno 1657.) reposuit, ac

Parti

(21.) *in 4to.*

Parti Lactis Catechetici Vitæ præfixit, Vernacula *de Extensione Symboli Apostolici* Prolegomena, a Reinbohtio eodem Anno confutata in der Schutzrede wider die unChristliche Auflage / als wenn ers mit den Socinianern hielte / und den Weg zum Atheismo bahnte; Neben einer Wiederlegung des Berichts von der Extension des Apostolischen Symboli, und wiederholter Behauptung des alten Apostolischen Glaubens Vollkommenheit / und daß man heute nicht befugt sey / schwere neue Lehren unter dem Glaubens-Nahmen einzuführen / &c. (22.) Apologiam Reinbohtii biennio post (An. 1659.) excepit Antapologia Danhaueriana, *Parti Lactis Catechetici VIIma* præfixa (23.), & Steph. Klotzio, Ecclesiarum Chersonesi nostræ Regiarum Antistiti (cui Arbitri in Controvers. hac Honorarii Partes Autor detulit), inscripta, sub Tit.: Abgenöthigte Rettung des heilsamen Wachsthums der Christlichen Glaubens-Lehre / und Entdeckung des neuen Geheimnisses vom Wortlaut. Respondit Anno 1661. Reinbohtus in der Wiederholten Schutz-Rede / oder Wiederlegung

N der

(22.) *Slesv.* 1657. *in 4to.*, (23.) *Arg.* 1659. *in 4to.*

der unnöthigen Rettung D. Danhauers, wie auch des neuen / zuvor unerhörten / wachsenden / zur Seligkeit nöthigen Glaubens / in einer Idea des Danhauerschen unartigen Disputir-Wurms vorgestellt; benebenst etlichen obgedachtem Professori aufgegebenen Dubiis Theologicis, und ausführlicher Erörterung der Frage: **Ob ein teglicher bey Verlust der Seligkeit wissen müsse / daß der Heilige Geist in Ewigkeit vom Vater und Sohne ausgehe?** (24.). Apologiam hanc iteratam Danhauerus Anno seqv. 1662. (25.) vicissim impugnavit in dem wohlverdientem Schul-Recht / damit Doct. Conradus Hornejus Doct. Borthenium, wegen seines ungeschickten Processes / disciplinirt / und hingegen D. Duarenum von der Schuldigkeit einer künfftigen Antwort absolviret. Qvo scripto uti Duodecennali de Doctrinæ Catecheticæ ad salutem sufficientia Controversiæ finem imposuit, ita Anno seqv. 1663. in Novam de Spiritus Sancti a Filio processione Adversarium denuo conatus est pertrahere. Cum enim, in prioris ventilatione, Dan-

(24.) *S. et l.* 1661. *in 4to.* (25.) *Argentinæ in 4to.*

Danhauerus, Symbolis Ecclesiæ quædam subinde posse addi, ostensurus, [illegible] Latinorum Quadrisyllabam (*Filioque*), Symbolo Constantinopolitano adjectam, pro se allegasset, Reinbohtius in Interpolationis hujus, a Latinis factæ, Moralitatem cœpit inqvirere, eosqve Symboli falsari reos agere, Græcorum autem in hoc Fidei Capite Dissensum excusare, & necessitatem credendi illius elevare. Moderatio hæc illius in Controv., tot jam seculis inter Christianos Orientales & Occidentales agitata, Herm. Conringio (26.) arrisit, non item Danhauero, qvi obelo eam notavit, cum in cæteris scriptis, qvæ hactenus enumeravimus, Polemicis, tum imprimis in istorum postremo, *Stylo scil. Vindice Æternæ Spir. S. a Patre Filioque Processionis, Internæ immanentis Emanationis, avita Religione hactenus creditæ, & necessario credendæ, modum tertius autem in dubium vocatæ & negatæ, cum præfat. ad omnes ubique Orthodoxos* Anno 1663. Ar-

 gen-

(26.) in Præf., Confessioni Metrophanis Critopuli [illegible] præfixa.

gentinæ (27.) excuso. Optandum esset, Par istud Theologorum Ecclesiæ Lutheranæ Eximiorum, (in qvorum altero singularem δύναμιν ἐυρετικὴν, & Eloqventiam styli, nervosæ atqve ingeniosæ brevitatis studiosi, Heroicam; in altero autem raram Archæologiæ Ecclesiasticæ peritiam soleo admirari) Nobilissimum Intestino huic dissidio nunqvam fuisse implicitum, aut, *si bella geri, nullos habitura triumphos*, erat in fatis, majori saltem, qva Mysteria Divina tractari par est, animorum & calamorum Moderatione Scandalo, ex συῤῥάξει ista orto, fomenta subtraxisse. *Extra* enim & *intra Muros Iliacos*, a Doctore Holsato pariter atqve Alsato, hac in parte esse *peccatum*, Scriptorum utriusq; lectio ostendit. Danhaueri in Certamine hoc Synaspistes fuit *Andreas Kühnius*, Theol. Doct. & Superint. olim in Saxonia Hertzbergensis, jam autem Theol. Dantiscanus, qvi peculiari circa Annum 1650. Reinbohtium adortus Diatriba, & ab hoc Anno 1654, in *Sermonis Lonneriani Prolegomenis*, ac Anno

(27.) *in 4to.*

no 1657., *in Apologia Vernacula priori*, refutatus, utriqve Scripto *Dissert. Apologeticam de Ecclesiæ per Literam Catecheticam Concordia, & Catalogo credendorum*, Witebergæ (28.) editam, A. 1659. reposuit. Responsum huic est, non ab ipso Reinbohtio, sed ejus Hyperaspista, M. Johann. Meiero, Gymnasii Bordesholm. Conrectore, in *Vindiciis Orthodoxiæ Reinbohtianæ*, qvarum Editionem, post Autoris Excessum, M. Daniel Albinus, Parochus Satrupensis, Slesvigæ Anno 1661. (29.) curavit. Qvibus, uti & *Apologiæ* Reinbohtii *iteratæ*, opposita esse videtur Kühnii unvermeidliche Ehren-Rettung/ wider den Holsteinischen Läster-Geist/ in puncto des unterm Catechetischen Buchstaben vorgeschlagenen Kirchen-Friedens. Qvod Scriptum, mihi non visum, Budissæ Anno 1663. prodiisse, *Catalogus Nundinalis* atqve Lipenius (30.) testantur.

VII. Claudat hanc Theologorum, qvibus a Fidei Sociis Controversiæ sunt

 motæ,

(28.) *in 4to.* (29.) *in 4to.* (30.) *P. I. Bibl. Theol. pag.* 239.

motæ, Noſtratium ſeriem PET. MUSÆUS, Langenwieſa Schwarzburgicus, Theol. Doctor, ejusdemqve in Acad. Rintelienſi ab An. 1648. ad A. 1663., in Julia ſeqventi Biennio, ac in Kilonienſi tandem (cujus primus etiam fuit Prorector ac Procancellarius) ab Anno 1665. ad emortualem 1674., Profeſſor; *Theologus* (qvo eum Elogio χαριέστατος atqve πολυμαθέστατος Pechlinus noſter (31.) merito ornavit) *Conſummatisſimus atqve Accuratisſimus, Philoſophus acutisſimus, Disputator ſubtilisſimus, Orator diſertisſimus, ac Polyhiſtor ſcientisſimus.* Qvæ Anno 1661. Caſſellis, in Colloqvio Irenico, inter eum, Collegamqve Rintelienſem, Johannem Henichium, ac Reformatos Acad. Marpurgenſis Doctores, Seb. Curtium & Johannem Heinium, de arduo Pacis Eccleſiaſticæ inter Lutheranos & Reformatos conciliandæ Negotio, paulo forte præcipitantius ſunt transacta; Certamina item, qvæ, hanc ob cauſam, utriqve cum Witebergenſibus, aliisqve Noſtratibus, interceſſerunt, pede ſicco

h.I.

(31.) *in Programm. ad Exeqvias ejus invitatorio.*

h. l. prædterimus, & *Cimbriæ Literatæ* illorum Historiam reservamus. Non enim solum extra Chersonesum hanc ista contigerunt, sed & a Nostro, cum Anno 1663. ex Academia Rinteliensi in Juliam transiret, sunt retractata, uti ex Adversariis ejus Theologi Witeb. (32.) & J. C. Seldius (33.), ex Reformatis autem J. H. Heideggerus (34.), agnoscunt. Non potuit tamen, vel hac Declaratione, vel *Libri de Syncretismo fugiendo*, jussu Christ. Alberti, Ducis Holst., An. 1670. publicati, Editione, omnem animi, in Heterodoxos justo æqvioris, suspicionem a se amovere. Superstitem subinde vellicarent Michael Siricius (35.), Fridericus Rappoltus (36.), & alii Germaniæ Superioris Theologi. Post Excessum autem

 tem

(32.) *in præfat. Antapologia contra Rintelienses, pag. 57.* (33.) im Syncretistischen Abgott *p. 258.* (34.) *in Manuductione in Viam Concordiæ Protestantium Ecclesiasticæ, An. 1687. edita. V. Acta Erud. Lips. A. 1687. p. 91.* (35.) *in Decade Dispp. Theol. p. 235.* (36.) *in Disputat. de Præsentia carnis Christi, Th. 16. & 17., ac in Synopsi Controvv. in Epitome F. C. occurrentium, Disp. II. Th. 8.*

tem Ipſius, *Librum de Syncretiſmo fugiendo* Virgula notavit Cenſoria Ant. Reiſerus, Theologus Hamburgenſis, in peculiari, qvam Conr. Tyburtii Rangonis *Hæreticorum & Syncretiſtarum Obici*, ſeu Scripto *de Libro Concordiæ* Vernaculo (37.), Anno 1683. præfixit, *Epiſtola*, ac *de Syncretiſmo incruſtando* potius inſcribi debuiſſe pronunciavit. Nec defuit inter Zelotas Saxoniæ, qvi, Animo ſuo, in illum iniqviori, morigeratus, de morte ejus miſerabili publice fabulam ſparſit, vaniſſimam (38.), cui, qvotqvot Exceſſus ipſius, ex Collegis & Amicis ſuperſtitibus, fuere Spectatores, uno ore contradicunt.

(37.) *Editus is eſt Hamb. A. 1683. in 12mo.* (38) *in Hiſt. Syncr. l. 3. c. 1. p. 610.*

CA-

CAPUT IIX.

De
Historiæ Chersonesi nostræ Literariæ Scriptoribus, & CIMBRIA Autoris LITERATA, Opere affecto atq; inedito.

§. I.

QVanto Illustrioribus in Hist. Literariam Universalem & Exoticam meritis hactenus inclaruerunt, ex Eruditis nostratibus, J. Wowerius, Joh. Henr. & Henr. Meibomii, J. Jonsius, P. Lambecius, V. Placcius, &, (cujus, summo cum Musarum omnium luctu nuper denati, Ossibus *tenuem* apprecamur

- - - - ac sine pondere terram,
Spirantesqve Crocos, & in Urna perpetuum Ver)

Dan. Georg. Morhofius, tanto major omnium circa Domesticam fuit Negligentia. Paucos certe invenias, qvi portio-

tionem ejus aliqvam (fundum enim universum nemo excoluit) sibi sumserint illustrandam pauciores, qvi ea, qva par est, diligentia in stadio hoc sint versati. Qvæ de Academia Cimbriæ nostræ unica, Kiloniensi scil. (fallitur enim Sixt. Amama, qvi (1.) Rinteliensem Holsatiæ vindicat), Scholisqve & Gymnasiis Bordesholmensi, Hamburgensi, Lubecensi, Flensburgensi, Slesvicensi ac Husensi, prodierunt Scripta, suis in Parte III. ac IV. locis enumeranda, talia sunt (si Bangertinum de Schola Lubecensi excipias) pene omnia, ex qvibus, præter Fundationis & Legum statutorumqve Notitiam, nihil ad Historiam, vel illorum, vel Doctorum in iis Publicorum, illustrandam utile possis depromere.

II. A Collegiis Literariis, loco certo astrictis, ad alias transimus **Eruditorum Societates Liberiores**, qvarum, in omni Literarum genere, apud Italos, Gallos & Germanos, plurimæ hactenus, Institu-

(1.) *Sub finem Orationis de Barbarie Morum, Anti-Barbaro biblico præfixa.*

ſtituto utilisſimo, coaluerunt. In Cimbria contra, præter Poeticas aliqvot, Riſtianam ſcil. ſive Cygnæam, a *Johan. Riſtio*, Holſato, Com. Palat. Cæſ. & Parocho Wedelenſi, circa Annum 1660. apertam, ac IV. alias (Roſigeram, Liligeram, Caryophylligeram & Rutigeram), a Philippo Zeſio, Priravia Saxone, Comite itidem Palatii Lateranenſis, Anno 1643. 1669. & 167-. fundatas, prolixaqve Mentione indignas nullum hujusmodi Collegium invenies. De Ordine Cygnæo duo vernacula evolvantur Opuſcula Collegæ iſtius *Candorini* i.e. Conradi ab Hövelnـ), in Stylo ſoluto pariter atqve ligato mire ineptientis: 1. Der Zimberſchwan/ darinn des Schwanen-Ordens Anfang/ Zunehmen/ Bewandniß/Gebräuche Satzungen/Ordens-Gefäße/ ſamt der Geſellſchaffter Ordens-Nahmen/ ſind entworffen; Lub. 1665. in 8vo.; 2 Thränfließender Zimberſchwan/ welcher aller des Schwanen-Ordens zu des Uhrhebers Lebzeit geweſenen Mitglieder Ordens Nahmen/ nebſt ſonderlichen Merckwürdigkeiten / und andern Or-

Ordens-Bewandnissen eröfnet. Lübeck/ 1669. in 8vo. De IV. Zesianis autem, Ipsius Zesii, Novatoris ob Arrogantiam suam Buchnerianæ jamdudum (2.) Censuræ obnoxii, ante biennium (d. 13. Novembr. Anno 1689.) in Civitate Hamburg. defuncti, Schediasmata seqq., itidem Germanica: 1. Das Hochteutsche Heliconische Rosenthal/ oder der Teutschgesinnten Genossenschafft Erster und Neunstämmiger Rosen-Zunfft Ertzschrein/ darinn derselben Anfang/ Fortgang/ Ausgang/ Bewandnisse/ Zunfft-Satzungen/ und Gebräuche/ Neunfaches Zunfft- und Stam̃-Buch/ zusamt ihrem gantzen Stiffts-Schmucke/ aller und jeder Zunfft-Genossen/ Zunfft-Nahmen/ Zunfft-Zeichen und Zunfft-Sprüchen/ mit derselben in kurtzbündige Reimen verfaßten Erklärungen/ zu finden. Amsterdam 1669. in 8vo; 2. Des Hochteutschen Heliconischen Lilien-Thals/ das ist: Der Deutschgesinnten Genossenschafft Zweyter oder Siebensa-

(2.) V. Buchneri *Epistolas, P. I. num.* 179. *p.* 425. 426., *ubi Elegans in* Ἀλαζόνειαν *Zesii offendes Epigramma, Albo ejus inscriptum.*

benfacher Lilien-Zunfft Vorbericht / Amsterdam An. 1679. in 8vo; 3. Des Hochteutschen Heliconischen Nägelein-Thals Vorbericht. Hamb. 1687. in 8vo. Addantur Vernaculi Collegarum, qvi 3. prioribus nomen suum dedere Societatibus, Catalogi, Hamburgi Anno 1673. & 1676., ac Witebergæ Anno 1685., excusi (3.) Ambo, Ristius pariter atqve Zesius, inter Poetas Vernaculos medii Ordinis locum merentur honestum, & eo Societates hasce fine aperuerunt; ut Lingvæ Germanicæ Puritatem, & Poeseos ejusdem Elegantiam, pro virili assererent. Sed degenerarunt illæ postea; ob Zesianam novaturiendi Libidinem, & promiscuum qvorumvis Rythmopœorum ineptientium ad easdem confluxum, in utriusqve Pestes ac Corruptrices. Catervatim enim ex iis prodiere Poetastri nugaces, qvi, veterem veramqve Idiomatis nostri Orthographiam & Syntaxin pro lubitu mutare, & Voces, non vere solum peregrinas, Civitate vero

ro

(3.) V. des Stützenden Verzeichniß der Zesischen Schrifften / p. 12.

ro Germanica dudum donatas, ſed vernaculas etiam, qvæ ipſis, genuinæ Lingvarum Cognationis atqve Antiqvitatis vel ignaris, vel incurioſis, peregrinæ falſo videbantur, eliminare, absqve judicio aggreſſi, novas, ipſius etiam Heracliti cachinnum abſurditate ſua provocaturas, in locum iſtarum ſubſtituerunt, præcipuas autem Boni Poematis Dotes, Inventionis ſcil. Acumen, & Elocutionis Dignitatem neglexerunt. Sale Satyrico multiplex hoc Novatorum iſtorum Cacoethes defricarunt J. Balth. Schuppius (4.), Joachimus Rachelius (5.) & noviſſime Chriſt. Weiſius, Styli in Orat. Vorſa pariter ac Proſa Germanici Magiſter Egregius, in Dramate vernaculo (die zweyfache Poeten-Zunfft) / *Meditationibus Maturioribus*, Lipſiæ Anno 1682. (6.) editis, annexo. Seriis autem Monitis atqve Invectivis idem ſunt deteſtati Auguſtus Buchnerus (7.), Andreas

(4.) im Teutſchen Lehrmeiſter / *ſub initium.* (5.) *Sat. VIII. p.m.* 99. 103. 104. (6.) *in* 8vo. (7.) *Lib. I. de commut. dicendi ratione c.* 8. *p.* 141.

dreas Tſcherningius (8.), Juſtus Georgius Schottelius (9.), Hermannus Conringius (10.), Georgius Neumarck (11.), J. Pet. Titius (12.), D. G. Morhofius (13.), Er. Franciſci (14.), Vindices Sermonis Patrii omni Exceptione majores, &, qvi iſtis Calculum ſuum noviſſime adjecerunt, Collectores *Actorum Lipſienſium* πολυμαθέστατοι ac Judicioſiſſimi (15.). And. Daniel. Habichthorſtii, Theologi Roſtochienſ., Scriptum hujus Argumenti, qvod Anno 1678. & 1683. Hamburgi (16.) prodiit, Vernaculum (Wohlgegründetes Bedencken über die ſonderbahre Zeſi'che Art Hochteutſch zu reden und zu ſchreiben) / an Zeſio, ejusqve Sputilingis,

(8.) im Unvorgreifflichen Bedencken über die Teutſche Rechtſchreibung. (9.) in der Teutſchen Sprachkunſt/ *l.5. Tr.4. p.1201.* (10.) *in Epiſt. ad Schottelium, a Morhofio laudata.* (11.) im Neuſproſſenden Teutſchen Palmbaum: *p.51.52.88. 89.90. & ſeqq.* (12.) *in Manuduct. ad Excerpendum [a Morhofio allegata] p.137.* (13.) im Unterricht von der Teutſchen Sprach und Poeſie/ *P. III., toto Cap. 2., & Cap.13. pag. 658. 659. 660.* (14.) in der Luſtigen Schaubühne vielerhand Curioſitäten/ *P.II. p.732. 733.* (15.) *M. Oct. A. 1682. p.363.* (16.) *in 8vo.*

gis, patrocinetur, vel adverſetur, jam non recordor.

III. Inter Scripta Biographico-Panegyrica, Scriptores patriæ Illuſtriores ſeorſim celebrantia, eminent Henr. Bangerti de Henrico & Antonio Coleris, Reipublicæ Lub. Conſulibus, Commentarii, Mart. Fogelii de Vita Joachimi Jungii (cujus omnia nuper MSta in Ædium Vagetianarum Incendio Hamburgi perierunt) Narratio, Hiſtoriæ ejus prolixiori præmiſſa; Pet. Vincentii de Johanne Bugenhagio, Joh. Spithovii de Jac. Bordingo Sen., Dav. Chytræi de J. Fredero Sen., J. Kirchmanni de Jac. Bordingo Jun. & Georg. Stampelio, Marci Gvaltheri de Conr. Vorſtio, Seb. Meieri de Nicol. Hunnio, Jac. Stolterfohtii de J. Kirchmanno, Pauli Neucrantzii de J. H. Meibomio, Gerh. Titii & Chr. Schraderi de G. Calixto, Chr. Oſtenfeldii de Th. Finchio, Thom. Bartholini de Paulo Mohtio, Ad. Tribbechovii & Herm. Nottelmanni de Men. Hannekenio,

Sam.

Sam. Bened. Carpzovii de J. Müllero, aliorum item de aliis hisce geminæ Oratt. Parentales. Qvas inter Laudationum, qvibus J. F. Gronovium Theod. Ryckius, Johan. Loccenium Andr. Norcopensis, & Chr. Ravium Clem. Brechtius celebrarunt, Funebrium inspiciendarum Copiam a Possessoribus mihi fieri desidero, Felicior & aliis Eruditis, & ipso Principe suo, Johan. Adolpho, nullos, uti supra (17.) monuimus, Encomiastas Posthumos nacto, fuit *Joh. Wowerius*, Minister Aulæ Gottorp. Primarius. Biographias enim, & Sermones Panegyricos, memoriæ illius sacros, publicarunt Gev. Elmenhorstius, Ad. Olearius, Nic. Johann. Crusius, aliiqve complures, *spe* potius *Nummi dolosi* (Præmii sc. LX. Joachimicorum, qvod cuilibet, Laudationem sibi posthumam scripturo, in Tabulis ultimæ Voluntatis Wowerius destinavit), ipsis *affulgente* invitati, qvam sincero in Virum Virtutibus pariter atqve Vitiis magnum ducti affectu? Alio haud dubie fine, ut Animo sc. suo, in Wowerium

O ob

(17.) P. I. c. 13. §. 3. p. 198. 199.

ob ſtudiorum Æmulationem iniqviori, morem gereret, Vitæ illius Hiſtoriam (18.) ſcribere in Animo habuit Frid. Lindebrogius, Civis ipſius, qvo rigidiorem Vitiorum ejus Cenſorem hactenus obſervavi neminem. Suæ ipſius Vitæ Narrationem, Cardani, Thuani, aliorumqve exemplo exorſus eſt, & ab A. Natali 1605. ad A. usqve, qvo Patavii Doctor eſt creatus, 1636. perduxit, cumqve cœteris MSS. ſuis Biblioth. Patriæ reliqvit, PAULUS MARQV. SLEGELIUS Hamb., Patriæ Poliater, ex terrore, ob acceptam a Cadavere diſſecto Alapam orto, in Febrem malignam Petechialem prolapſus, & hac d. 20. Febr. Anno 1653. exſtinctus. Qvæ ſi ad Annum hunc emortualem a Viro Ingenioſiſſimo ac πολυμαθεστάτῳ fuiſſet continuata, Commentario de Peireſcii Vita Gaſſendino, ob Phyſico-Medicarum aliarumqve Selectiorum Obſervationum Copiam, merito poſſet æqviparari.

IV. Uni-

(18.) Promiſit eam A. 1613. in Epiſt. qvadam MSta, cujus Avtographum Gudius ὁ μακαρίτης aſſervabat. Conf. Morhofii *Polyhiſt. l. 1. c. 24. p. 304.*

IV. Universam Cimbriæ Historiam Literariam ante decennium circiter illustrare ipse sum aggressus, & Systemamatis, qvo comprehendere istam decrevi, Qvadripartiti Σκιαγραφίαν in *Cimbriæ Literatæ Prodromo* Anno 1687. exhibui, qvam h.l. strictim repetere haud gravabor. Opus ipsum in Partes IV. dividetur, qvarum Ima Scriptorum Indigenarum, IIda autem Adoptivorum Illustriorum, Elogia fusiora serie sistet Chronologica. IIIia vero & IVta eos Ordine Alphabetico enumerabunt Indigenas pariter atqve Adoptivos, qvi, licet ad priorum famam & merita non assurgant, mentione tamen aliqva videntur digni, & inter Secundæ aut Tertiæ in Cœlo Literario magnitudinis sidera referendi. Præmittentur Τετραπύχῳ huic Prolegomena de Cimbrorum in omne Literarum genus Meritis εἰσαγωγικά, & Topographia Ducatuum Slesvic. & Holsf. Compendiaria, Desselianæ, qvæ in *Biblioth. Belgicæ* fronte comparet, gemina, illorum Historiæ nostratis Lite-

 rariæ

rariæ Capitum brevem exhibitura Διήγησιν, qvæ Scriptorum Elogiis non poterunt intexi. Subjicientur eidem: 1. Notitia Scriptorum Cimbriæ Anonymorum, Publicorum atqve Privatorum, magnam partem detectorum, Bipertita; 2. Notitia Psevdonymorum, qvorum plerisqve Larva itidem detrahetur; 3. Indiculus Historicorum, qvi de Rebus nostris commentati sunt, Exterorum; 4. Recensus Hominum Eruditione summa, & Meritis in Patriam insignibus, non item Scriptis, Inclytorum, ex Seculis XVI. & XVII. parcior, ex VIII. autem præcedentibus uberior; 5. Congeries Alphabetica Autorum, qvos Cimbriæ, Conjecturis qvidem probabilibus, non autem certis Argumentis, possum vindicare; 6. Sylloge Scriptorum Cimbris falso annumeratorum; 7. Sex in totum Opus Indices, Alphabeticus scil., Chronologicus, Topographicus & Tacticus Autorum, Realis Scriptorum, ab illis editorum (singula Titulis Scientiarum, tum Generalibus, tum Specialibus, substraturus)

Digitized by Google

turus), & Alphabeticus deniq; aliorum in opere universo memorabiliũ. In singulorum Scriptorum Elogiis occurret mentio: 1. Patriæ, 2. Ætatis, 3. Functionum, 4. Anni (qvoties is investigari potuit) emortualis, 5. Scriptorum editorum, secundum Idiomatum diversitatem in certas Classes distinctorum, & juxta Annorum, qvibus prodiere, seriem, adjectis Titulis integris, ac Editionum omnium indicio, enumeratorum; 6. Monumentorum ineditorum, affectorum, promissorum, amissorum, & falso qvibusdam attributorum. Addentur deniqve 7. Eruditorum, tam de Autoribus, qvam de Libris illorum, Judicia & honorifica, & seqviora, una cum aliorum, qvi de iisdem, vel ex professo, vel obiter, commentati sunt, Scriptorum Indiculo. Illustriorum præterea Elogiis inserentur Biographiæ eorum prolixiores, Controversiarum, qvibus impliciti fuere, Sacrarum aut Literariarum Historia accuratior, Epitaphia & Epicedia selectiora, Methodi, qvam

in Scriptis potioribus ſunt ſecuti, Metaphraſtarum item, Exegetarum, Continuatorum & Antagoniſtarum, qvi eadem vel illuſtrarunt, vel impugnarunt, Notitia, & alia Cognata de non unius generis Ἀξιομνημονεύτοις Monita. Eccum tibi, Lector Benevole, faciem Laboris, qvem, in Patriæ honorem cœptum, porro, ſi Valetudinem DEUS, & Otium, ei neceſſarium, Studiorum Patroni conceſſerint, pertexam, & ad finem perducere annitar. Qvam ſpem meam, Tuamqve Expectationem, ſi Moles Ordinariarum, qvibus premor, Occupationum, aliave Impedimenta, in *Partis I. Prolegomenis* enumerata, forte reddent irritam, Affectus in Patriam Sinceri, & Studii de eadem pro virili bene merendi, Conſcientia ipſe me ſolabor, nec Tu immerenti ſuccenſebis, memor Propertiani iſtius (19.):

Qvod ſi deficiant vires, Audacia certè
Laus erit; in magnis & voluiſſe ſat eſt.

AP-

(19.) *l. 2. Eleg.* 10.

Digitized by Google



APPENDIX
τῶν
ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΈΝΩΝ.

Parte I. Cap.14. §.13. pag.241. Exſtat etiam Genealogia Familiæ Brocktorfianæ inedita, a *Dan. Georg. Morhofio, τοῦ μακαρίτη*, ante qvadriennium, Illuſtrisſimi Comitis, Caji Laurentii. Comitis a Brocktorf, poſtulatu, congeſta, uti ex Dn. Hannemanni, Philoſ. Natur. in Academ. Kilon. Profeſſoris, ad me Literis nuper intellexi.

Parte II. Cap. I. §.4. p.4.5.6. EDDÆ Antiqvioris Autor, Sæmundus Sigfuſonius, vixit Anno 1077. Recentioris Sturleſonianæ Codicem Membranaceum, ab Edit. Reſeniana nonnunqvam diſcrepantem, ac multa, qvæ in hac comparent, omittentem, a Magno Gabr., Comite de la Gardie, Regni

Svedici Cancellario, Bibliothecæ Academicæ Upsaliensi esse donatum Ol. Rudbeckius (1.), &, ex illo, Morhofius (2.) ac Celeb. Tenzelius (3.) testantur. Rudbeckius verum Fabularum Borealium Poeticarum sensum Snorronem sæpius fugisse existimat.

Cap. III §. 7. pag. 48. Vir Doctiss. *Claudius Obrnbiälm*, Historiogr. Svecicus, in *Excerptis Chronologicis*, *Vitæ Ansgarii Geminæ* A. 1677. adjectis (4.), & *Historia Sveonum Gothorumqve Ecclesiastica*, ante biennium edita (5.), Krantzianæ *Metropoleos* (6.), & Bruschiani Præsulum Hildesiensium Catalogi de Episcopatu Ebonis Hildesiensi Narrationem in dubium immerito vocavit, ac in Fuldensi Monasterio Exilii tempore delituisse conjectavit. Præter Krantzium enim (qvi hac de re

(1.) *P. I. Atlantica c. 22. p. 540. 541.* (2.) im Unterricht von der Teutschen Sprach und Poesie / *P. II. c. 8. p. 404. 405.* (3.) *in Colloqviis Menstruis Vernaculis, M. Aug. A. 1691., p. 731. 732.* (4.) *p. 259.* (5.) *lib. 1. c. 4. p. 12.* (6.) *lib. 1. c. 27. & 30.*

Digitized by Google

re *inter omnes* ait *constare)*, Bruſchium, aliosqve Recentiores, eidem patrocinantur Anonymus Antiqvi *Saxonum Chronici*, Moguntiæ Anno 1492. excuſi, Autor (qvi Ebonem A. 835. Fromberto in Cathedra Hildeſ. ait ſucceſsiſſe, 12. annis eandem tenuiſſe, inqve Æde D. Mariæ ibidem eſſe ſepultum), & ipſe Flodoardus, Hiſtoriæ Præſulum Rhemenſium Scriptor (7.). Is enim, poſtqvam narravit, Ebonem A. 840. in Eccleſiam Rhemenſem denuo fuiſſe intruſum, ac, poſt annuam gubernationem, eandem deſeruiſſe, profugiſſe addit initio ad Lotharium, deinde autem ad Ludovicum, Germaniæ Regem, & ab hoc cuidam in Saxonia Epiſcopatui eſſe præfectum. Qvi Flodoardi Locus Præſidium etiam illud deſtruit, qvod Vir Celeb. a Reſtitutione Ebonis in Sedem Rhemenſem, ad ſententiam Krantzii impugnandam, Remotionis ejus iteratæ, & Fatorum hac poſteriorum, ignarus, depromſit.

O 5 Fa-

(7.) *l. 2. c. 20.*

Fatemur interim errare Bruſchium, cum circa Ann. Ebonis emortualem, qvem in A. C. 851., non 847., incidiſſe, ex Hincmaro & Flodoardo eſt oſtenſum, tum circa ipſam Epiſcopatus Collationem, qvam ab Ansgario credit eſſe factam, cum is ſua tantum commendatione eundem ipſi a Ludovico, Germaniæ Rege, impetrarit.

Cap. III. §. 8. Anno Ætatis 64. (*), Archiepiſcopatus autem 34, Ansgarium in Morbum incidiſſe Lethalem, & iſto non multo poſt expiraſſe, Rembertus *in Vita ejus c. 33.* teſtatur. De Anno Chriſti, qvi cum iſto Ætatis Ansgarianæ coincidit, diſceptatur. Ohrnhiälmius (8.), Heldvaderum (9.) ſecutus, pro A. C. 869. acriter depugnat, & calculum

(*) In Pagellam Capitis III., jam excuſam, pro Anno æt. 64., Annus 60., iterata vice, per σφάλμα μνημονικὸν, irrepſit.

(8.) *in Excerptis Chronol. Vita Ansgarii ſubjunctis p. 269. 270., & in Hiſt. Sveonum Gothorumqve Eccleſiaſtica, l. 1. c. 21. p. 66., ac c. 23. pag. 77-80.* (9) *P. I. Sylva Chronol. p. 75.*

culum Vitæ Ansgarii in ejus gratiam nobis obtrudit intricatisſimum, ex Ludov. Pii Imp., Gregorii item IV. & Nicolai I. Pontificum, de Ecclesiæ Hamburg. fundatione Diplomatis deductum, ſed in iis pariter, atqve Autt. Antiqvis, qvadrata rotundis, audacia plusqvam Critica, mutantem, ac proinde merito nobis ſuſpectum. Nobis, cum Adamo, Alb. Stadenſi, Anonymo Archiepp. Bremenſium Hiſtoriæ Scriptore, Krantzio, & plerisqve Recentioribus arridet Anno 865. Facilius ſane Apographa 3. Diplomatum (an enim Archetypa ſuperſint, dubito) potuere corrumpi, qvam tot Autt. Antiqvi, qvi Bremæ & in vicinia vixerunt, eq; Eccleſiæ iſtius Archivis & Libris Memoriarum (in qvibus Anni Præſulum emortuales diligenter ſolebant annotari) ſuam hauſerunt Relationem, ac amice omnes inter ſe conſentiunt, in Parachroniſmum eundem impingere. Omnis circa 34. Archiepiſcopatus Ansgariani Annos difficultas

cultas tolletur, si initium ejus ad Ann. 832. cum Baronio referas, Diplomata autem, vel biennio post demum scripta, vel Subscriptiones eorundem in mendo cubare, mecum suspiceris. In plerisqve certe eorum MStis Anni χειροτονίας 834. Mentionem nullam occurrere, Cæsaris, Lambecii & Maderi Editiones ostendunt. Imo Gregoriani subscriptionem Κειπικώτατος Schurtzfleischius, ceu Spuriam, & Curiæ istius ævi Pontificiæ stylo minime convenientem, jam ante me rejecit (10.). Tutius proinde Vulgatam amplecti Opinionem, qvam cum Anni 869. Patronis omnibus Historicis Antiqvis contradicere, ac in Successorum Ansgarii Chronologia iis implicari Difficultatibus, e qvibus non licet eluctari. Cum enim Rembertum, qvi Ansgario succesfit, Ann. 888. obiisse, ac 23. Annis Ecclesiæ Hamburgens. præfuisse constet, Novatores isti Eruditi, vel XIX. Annorum Periodo guber-

(10.) *in Diß. de Rebus Danicis p. 18.*

gubernationem ejus Sacram coguntur circumſcribere, vel cum Ohrnhiälmio (qvi in Nodo hoc Gordio disſolvendo fruſtra ſe torqvet) Obitum ejusdem in Ann. 892. translocare. Utrumqve Veterum Conſenſui repugnat. Poſterior vero Sententia, cum iis, qvæ de Succeſſoribus Remberti, horumqve Electionis, Regiminis & Exceſſus Annis, hactenus ab omnibus ſunt tradita, nulla ratione poteſt conciliari. Sicut autem in hac Controverſia meum ab Eruditisſimo Ohrnhiälmio Diſſenſum libere profiteor, ita debitis laudibus haud defraudabo Candorem ejus ac φιλαλήθειαν, qva motus erroneæ Sympatriotarum de Ansgarii Itinere in Sveciam Anno 816., anteqvam Cimbriam ac Daniam adiret, ſuſcepto Narrationi, a nobis refutatæ, Johannis Meſſenii exemplo, contradixit (11.), ac Ann. 832. (malim ego

(11.) *in Excerptis de Vita Ansgarii Chronologicis p. 261, 262., & l. 1. H. E. SveoGoth. c. 5. p. 13. 14.*

ego Ann. 829. vel 830.) in iſtius locum ſubſtituere non dubitavit. Qvæ de Evangelio per alios Svecis prius, qvam Danis, annunciato addit, Virorum Daniæ Eruditorum Examini tranſcribimus. Cimbris, qvibus Seculo jam VII. Salutaris Doctrinæ Lucem affulſiſſe *Capite II.* eſt oſtenſum, palmam hanc extorqvere nec volet, credo, nec poterit.

Cap. III. §. *11.* Philippo Cæſari, &, qvi huic, teſte Ohrnhiälmio, eſt ὁμόψηφος (12.), Johanni Vaſtovio (13.), Daniæ Rembertum, Archiepiſc. Hamburg., falſo vindicantibus, impoſuit Narratio de alio Rimberto, gente Dano, noſtri Coætaneo, qvem ab Ansgario Epiſcopi Titulo eſſe donatum, & in Sveciam miſſum, Ipſe in *Vita Ansgarii*

(12.) V. Ohrnhiälmii *H. E. SveoGoth. c. 20. pag. 65.*

(13.) *in Viti Aqvilonari p. 14.*

garii (14.) testatur, & proinde a se satis perspicue distingvit.

Cap.V. §.6. Sim. Goulartium Jun., qvem in Genevensi Civitate, cujus Ecclesiæ Pater ejus, ipsi cognominis, præfuit, natum credidi, Senlisiensem Silvanectinum esse, rectius forte tradit Vir Clarissimus Henn. Wittenius, PP. Rigensis, magnam diligentia sua Historiæ Seculi XVII. Literariæ lucem fœneratus, in *Tomo*, qvi nuper prodiit, *Diarii Biographici IIdo* (15.). Scripta autem, qvæ Filio ibidem tribuit, Parenti sunt vindicanda. Filium Autorem agnoscunt VIII. *Epistolæ* Gallico-Latinæ, qvæ inter *Ecclesiasticas Remonstrantium* a Philippo Limburgio Anno 1684. Amstelodami sunt publicatæ (16.), & Scriptum, qvod in earum prima allegatur, Gallicum:

Exa-

(14.) *cap.* 29.
(15.) *ad Annum ejus emortualem* 1618. *pag.* 35.
(16.) *num.* 374. 384. 424. 428. 429. 441. 445. 446.

Examen des Opinions de M. Fabrice Baſſecourt, contenües en ſon Livre de Diſpütes, intitulé: Election Eternelle, & ſes Dependances. Prælo etiam paratam habuit *Refutationem Virulentarum contra Remonſtrantes Declamationum Gallicarum Joſephi Poujade, Theologiæ in Collegio Caſſellano Profeſſoris.*

ISAGOGES
ad
Historiam
CHERSONESI
CIMBRICÆ
PARS TERTIA;
seu
INTRODUCTIO
ad
Historiam Ducatus Slesvicensis, & Provinciarum ac Urbium ejus, Particularem, Juriumqve Ἐπιχωρίων ac Municipalium, iisdem propriorum, Notitiam.

CAP. I.

De

Historiæ, cum totius Ducatus Slesvicensis, tum Episcopatuum illius, Slesvicensis ac Ripensis, Scriptoribus.

§. I.

HIstoriam Ducatuum Cimbricorum (*Slesvicensis ac Holsatici*) alterutrius Profanam seorsim Literis mandare nemo hactenus est aggressus. Nec commode fieri id potuit, qvia, cum ob Vicinitatem, tum ob Principum eorundem, & pristinis subinde temporibus, & Seculis tribus proximis, communionem, iisdem plerumqve Fatis, prosperis pariter atqve adversis, fuere obnoxii. Ecclesiasticæ Slesvicensis Historiæ JOHAN. AD. CYPRÆUS & ANT. HEIMREICHIUS peculiaria reliqverunt Systemata, de qvibus relegi possunt, qvæ *Partis I. Capite VII.* (1.), & IIdæ *Capite II.* (2.), monuimus. Multa tamen & illi habent, utriqve Ducatui communia, non huic soli propria. Juris illius ac Status Publici Cognitioni inserviet MART. CHEMNITII Jun., Cancell. Gottorp., Libellus *de Discrimine Ducatuum Slesv. & Hols.* Vernaculus, Anno 1629. excusus, & *sub initium Partis I.* (3.) com-

(1.) §. 7. (2.) §. 1. (3.) *Cap. I. §. 2. p. 3.*

commendatus. Inserviet Opusculum Anonymi, qvod in Biblioth. Hamb. inter Codices Lindebrogianos asservatur, ineditum: Bericht vom Hertzogthum Sleßwig/wie dasselbe an die Graffen zu Holstein/und folgends an die Oldenburgische Linie gekommen/ und dessen Lehn-Gerechtigkeit. Inservient deniqve plurima, qvæ, tempore nuperrimi de Ducatu hoc inter Patres Patriæ Dissidii, lucem viderunt, Scripta Amœbæa Polemica, ob Mutationum imprimis crebrarum, qvibus ille sex septemve lustris proximis fuit obnoxius, Historiam evolvenda.

II. Inter Ordines Ducatus Slesv. Provinciales Jus olim προεδρείας sibi vindicarunt Episcopi SLESVICENSES, & aliqvando etiam, ni fallor, RIPENSES. Horum enim Sedem, Civitatem Ripensem, qvæ Jutiæ Boreali a multis jam Seculis solet accenseri, atqve idcirco ab Andrea Angelo in *Chronico Urbium nostrarum* Vernaculo est omissa, in Ducatu Slesv., tota cum 43. Episcopatus Parochiis, esse sitam, Dancwerthius (4.) aliiqve

(4.) *P. II. Chorogr. Cimbr. c. 1. p. 54. & c. 4. p. 77.*

qve recte monuerunt. Seriem Præsulum, & Slesvicensium & Ripensium, Historico-Chronologicam exhibent HARALDI HUITFELDII, Regni Dan. Senatoris ac Cancellarii, Danicum *Episcoporum Daniæ Chronicon*, seorsim, sub initium hujus Seculi (5.), Hafniæ impressum, & cum Historia deinde ipsius Regni Patrii, ibidem An. 1652. (6.) recusum (7.), ac CASP. DANCWERTHII *Chorographiæ Cimbricæ Pars IIda* (8.)

III. Solius Episcopatus Slesvicensis (circa ANN. 946. fundati (9.)) Præsulum Recensum Breviorem invenies in Nicol. HELDVADERI Libello *de Civitate Slesvicensi* Vernaculo (Kurtze Beschreibung der Alten Stadt Schleßwig) / Anno 1603. (10.) excuso, prolixiorem autem Historiam in J. A. CYPRÆI *Annalibus Episcc. Slesvicensium*, Coloniæ Anno 1634, editis, & horum Exscriptoris, ANT. HEIMREICHII, *Historia Eccl. Slesv.* Vernacula, §.I. jam laudatis, BRODERI item,

& AVE-

(5.) *in 4to.* (6) *in fol.* (7.) *pag. 6-35. Edit. Recent.* (8.) Cap. IV. p. 78. 79. 80., & cap. IX. p. 117-124. (9.) *V. P. II. c. 3. §. 13.* (10.) *Slesv. in 4to.*

τοῦ Ἀνεπωνύμου, *Chronico Slesvicensi* inedito (11.). Exstant etiam M. HIERON. CYPRÆI Sen., Slesvicensis, Basilicæ Patriæ Canonici, & Gymnasii, ibidem. A. 1576. ab Adolpho, Duce Holſ., fundati, primi Rectoris ac Professoris, *Epigrammata, sive Tetrasticha de XXXVI. Episcopis Slesvicensibus, qvi ab Erico usqve ad Adolphum, Ducem Holſ., Ecclesiæ illi præfuerunt;* Lubecæ Anno 1560. seorsim publicata, & postmodum ab Huitfeldio ac J. Ad. Cypræo suis eorundem Antistitum Catalogis inserta. *In præfat.* (12.) plenius & prolixius de Vitis Episcoporum Slesvicensium Scriptum promisit; sed palmam hanc, labori isti immortuus, Consangvineo suo Paulo Cypræo, & Filio ejus, Johan. Adolpho, reliqvit. Vernaculum hujus Argumenti Libellum, mihi nondum visum (Bischöffliche Gedächtnisse von den Bischöffen zu Heidebÿ und Lübeck) Juris, teste Cl. Arnkielio, fecit publici FRID. COGELIUS, Mitavia Semigallus, Scholæ in

(11.) *V. de illo P. I. c. 7. §. 13. p. 132. 133.* (12.) *V. Præfat. Versionis Germ. Nomocanonis Jutici Krabbianæ Resenianam, p. c. 4. a.*

læ in Wagria Eutinenſis non ita pridem Conrector.

IV. Antiqvum Præpoſiturarum, Parochiarum, Templorum ac Sacellorum totius Diœceſeos Epiſcopatus Slesvic. Catalogum, in Joh. Harſenii, Strategi Nordſtrandiæ Provincialis, Bibliotheca repertum, ante octennium in *Hiſt. Slesv. Ecclesiaſtica* (13.) divulgavit Ant. Heimreichius, ac circa A. 1305. conſcriptum eſſe recte aſſeruit. Privilegiorum Epiſcopatus Codicem MStum inter Lindebrogianos Bibliothecæ Hamb. offendi. Scripta ejusdem Publica Dogmatico-Liturgica (*Breviarium* ſc., *Agenda Eccleſiaſtica* & *Diurnale*), ultimi Epiſcopi Romano-Catholici, GODSCHALCI ALEFELDII (qvem *Chronologia* Svaningii *Danica* Familiæ Ranzoviæ male vindicavit), d. 25. Januarii Anno 1541. defuncti, cura ac juſſu, Seculo ſuperiore ineunte edita, *Capite Partis IIdæ Tertio* (14.) enumeravimus. Controverſiæ, qvæ coram Proto-

Dica-

(13.) *l.* 3. *c.* 2. *p.* 121-131. *Conf. de eodem Chronicon Friſiæ Borealis*, *c.* 6. *p.* 104. *& ſeqq.* (14.) §. 16.

Dicasterio Spirensi, Seculo superiore, Regibus Daniæ cum Fisci Imperialis Patrono, ob Episcopatum hunc in Matriculam Imperii temere relatum, intercessit, lata de eo iterum expungendo contra hunc Sententia terminatæ, Acta apud Adr. Gylmannum (15.) inveniuntur; Relatio autem Compendiaria in Opere *de Finibus Imp. Rom.* Conringiano (16.), & Christ. Gastelii *de Novissimo Europæ Statu Commentario* (17.). Actis reliqvis est jungenda est Epistola Godsch. Alefeldii, qva An. 1526., Episcopatum suum extra Rom. Imperii Limites esse situm, ac Daniæ Regno subjectum, Judicibus Spirensibus demonstravit, a Cypræo Ann. 1634. (18.) edita.

V. De Episcopatus RIPENSIS, eodem, qvo Slesvicensis, tempore erecti (19.), Præsulibus solus seorsim est commentatus JOH. LAURENTIUS Ripensis, Med. D., & in patria Practicus ac

(15.) *l. 1. Decisionum Cameralium, Decis. XI.* (16.) *cap. 15.* (17.) *cap. 18. p. 578.* (18) *in Annal. Episcc. Slesv. l. 3. c. 5. p. 423. 424. 425.* (19.) *V. P. II. c. 3. §. 13.*

Canonicus, cujus *Series Episcoporum Ripensium*, *Tetrastichis* (satis elegantibus) *comprehensa*, Typis A. 1591. (20.) prodiit Hafnienſibus, & Civi Autoris, Ol. Borrichio (21.), *non pœnitendæ* merito audit *Industriæ Opusculum*. Doctrina, Vitæ Sanctitate, inqve Ecclesiam suam Meritis, inter eos enituit HOMERUS (*Henricum* alii vocant), Episc. ab Ann. 1186. ad emortualem 1203. XImus, qvi in Epitaphio Lugumensi a grata posteritate meruit salutari:

-- -- -- *Decus Orbis, forma Sophiæ,*
Gloria Pontificum, magni Sectator Oniæ.

Ecclesiam ille suam non plurimis solum donavit Vasis aureis ac argenteis, sed Bibliotheca etiam insigni, & *Breviario* peculiari, Sacrorum Publicorum ac Rituum Ecclesiasticorum Ordinem præscribente. Qvod ut eo accuratius cum Verbi divini Præceptis, Ecclesiæqve Priscæ Canonibus congrueret, solus illi conscribendo

(20.) *in 4to.* (21.) *Diss. 5. de Poetis p. m. 168.*

do manum noluit admovere, ſed ex univerſo Regno Danico Viros Pietate atqve Eruditione præſtantes (ac, hos inter, Johannem & Bentonem, Canonicos in Scania Dalbyenſes,) Ripam Anno 1188. evocavit, horumqve ope & conſilio ſublevatus, Sacrum iſtum laborem feliciter abſolvit (22.). Huitfeldius, de eo commentans, in turpem incidit Parachroniſmum. Burglavienſi enim, ſive Aalburgenſi in Jutia Eccleſiæ Homerum præfuiſſe contendit circa annum 1086., qvo Canutus IV, Rex Daniæ, a Subditis Rebellibus Ottoniæ obtruncabatur, & ab iſta Anno demum 1186., Intervallo Seculi integri elapſo, Lucii III. Papæ permiſſu, Ripam eſſe translatum. Qvæ Relatio, Gubernationem Annorum CXVII. Eccleſiaſticam noſtro affingens, tantum abeſt, ut Hiatum Chronologiæ Epiſcoporum Seculi XII. Aalburgenſium qveat tollere, ut ſua potius ſeipſam deſtruat abſurditate, Doctiſſimoqve Svaningio, *Chronol. Danicæ* Autori (qvi Sylveſtrum qvendam

(22.) V. de Homero Huitfeldii Chronicon *Epiſc. Daniæ Vernaculum, p.20. 21. 56. 106.*

dam Anno 1140. Aalburgensem rexisse Ecclesiam perhibet), merito fuerit suspecta. Cœterum, an *Breviarium* illud Homericum Lucem viderit publicam, an item alia istius Generis Scripta Ritualia, Ecclesiæ Ripensi propria, supersint, ignorare me haud invitus fateor.

CAPUT II.

De

Historiæ Provinciarum Ducatus Slesvicensis Frisicarum (Frisiæ scil. Minoris, Eiderstadiæ, Strandiæ, Helgolandiæ, Stapelholmiæ), ac Insulæ Femariensis, Scriptoribus, Juribusq; earundem Provincialibus.

§. I.

SI cujus inter Europæas Gentis Historia Fabulis oppleta est nugacibus, & Commentis fœdata putidissimis, Frisica certe præ aliis ista laborat scabie, nec fertiliorem alibi Mythologorum segetem,

tem, qvam in Palustri, qvem Populus iste inhabitat, Belgii, Westphaliæ, Saxoniæ & Cimbriæ tractu, facile reperias. In horum Classem ex Vetustioribus sunt referendi Cappidus Stavriensis, Occo Scarlensis, Vorperius Taborita, aliiqve farinæ istius Scriptores, magnam partem fictitii, & vel ob ipsa Nomina, monstri aliqvid alentia, Cordatioribus suspecti, qvos SUFFRIDUS PETRI Leovardiensis, J. U. D., Ordd. Frisiæ Historiographus, & Canon. Coloniensis (A. 1597. defunctus), longa serie in *XVI. Scriptorum Frisiorū Decadibus* (Catalogi Virorum Frisiæ Obscurorum Titulo potius donandis) enumeravit (1.). Inter Recentiores Gentis istius Pseudo-Historicos, Veterum Sputilingos, familiam ducit ipse SUFFRIDUS, Acerrimus Nugarum istarum Hyperaspistes, *Homo*, si Vossium (2.) audias, *valde simplex ac prope insipiens*, imo, Casp. Sagittario (3.) Judice, *Triobolaris ac pene nauci Historiæ Frisicæ Conditor.* Ducem hunc (cui

(1.) *Excusa sunt Coloniæ A. 1593. in 8vo.* (2.) *l. 2. de Hist. Lat. c. 32. pag. m. 300.* (3.) *in Diss. de Origg. Civit. Brunsvic. §. 35.*

(cui, qvam parum fidei sit tribuendum, fusius alibi (4.) monebimus) seqvuntur Mart. Hamconius, Qvæstor Veenhusanus, Corn. Kempius, Bernh. Furmerius, & allii nullius in Historicis Judicii Compilatores. Qvorum uti Catalogum texere nostri non est Instituti, ita Fabulas de Originibus Frisiorum (Populi Germaniæ, me Judice Αὐτόχθονος) Indicis, in Castris Alexandri Magni militia, Itinere in Belgium ac Germaniam Maritimo atqve Octenni, A. M. 3648. confecto, aliisqve Fatis ac Migrationibus, pari laborantibus vel falsitate, vel incertitudine, sub Examen vocare, ac post Homerum Iliadem scribere, haud necessarium. Jampridem enim inter Frisios ipsos exsurrexit Novus Hercules Literarius, & Domitor Monstrorum istorum felicissimus, UBBO EMMIUS, Gretha Ostfrisius, L. Gr. ac Hist. in Acad. Groning. ad An. usqve emortualem 1625. PP., suis, qvibus stabulum hoc Augiæ expurgavit, de Patriæ Historia Commentariis, Judicio scriptis

(4.) *in Apparatu ad Notitiam Historiæ Ecclesiastico-Literariæ Geographicam.*

Digitized by Google

pris accuratiſſimo, invidenda Scaligeri, Thuani, Douſæ, Gruteri, Heinſii, Scriverii, & aliorum Ordinis Literarii ætate iſta Principum, meritus Elogia. E noſtratibus easdem Cenſuris jugularunt cordatisſimis Alb. Krantzius, Hiſtoricorum Patriæ Recentiorum Anteſignanus, Scriptor miræ in diſcernendis veris falſisqve Narrationibus Circumſpectionis (5.), Matthias Boethius, Judicioſus *Hiſtoriæ Cataclyſmi Nordſtrandici* Autor, & Chorographus Cherſoneſi noſtræ Nobilisſimus, Caſp. Dancwerthius.

II. Solus, inter Hiſtoriæ Friſicæ Univerſalis Scriptores, Mentione h. l. aliqva non videtur defraudandus JOHAN. SAXONIUS noſtras, Hattſtedia (Vicus is eſt Civitati Huſenſi vicinus) Cimber, & Belgis proinde a Val. Andr. Deſſelio (6.) ac Franc. Sweertio (7.) male annumeratus, Phil. & J. U. D. Literarum is Humaniorum in Acad. Leucorea, ab A. circiter 1533. ad A. 1546., Juris autem non multo poſt Erfordiæ fuit Profeſſor, tandemqve Cano-

(5.) *V. Lib. I. Saxon. c. I. & l. II. c. 6.* (6.) *in Biblioth. Belg. p. 559.* (7.) *in Athenis Belg. p. 466.*

Canonicus Bremensis & Decanus (circa An. jam 1554.) Hamburgensis, Annoqve 1564. (8.) ibidem est defunctus. Patriæ ille suæ (qvam ipse (9.) *non solum Frisiis* ait *esse vicinam, sed Frisiorum etiam Coloniam, ideoqve adhuc hodie nomen Frisiæ Minoris in Holsatia retinere*) ductus amore, Frisiæ totius Historiam scribere in animo habuit, &, ad conqvirenda Antiqva Rerum Gentis istius Monumenta, in Belgium excurrit. Illic, commendatione Viglii Zvichemi, Senatus Regii Præsidis (cui suam *de Glossis Accursianis, & Bartoli aliorumqve Commentariis, ad Juris Civilis Intellectum necessariis, Assertionem*, Basileæ An. 1548. excusam, inscripserat,) adjutus, omnia pene Chronica Frisiorum vetustiora a Senatoribus Provinciæ Westfrisicæ, aliisqve Antiqq. Patriarum peritis, obtinuit, ac secum in Germaniam asportavit. Qvæ, post Excessum Autoris, Labori huic immortui, Suffridus Petri, per Henricum Knaustinum Hamburgensem, JurisConsultum Erfordiensem, ab Hæredibus repetiit, qvi-

(8.) *teste J. Gvalthero Lib. IIdo Chronici Chronicorum.*
(9.) *in Or. de Vita Rod. Agricolæ.*

dem, ſed recuperari nunqvam potuiſſe indignabundus conqveritur (10.). Opus ipſum a Saxonio ad Umbilicum non eſt perductum. Fragmenta tamen ejus & Ἀποσπασμάτια eſſe credo, qvas Herm. Hamelmannus (11.) allegat, Ipſius *de Rebus Friſiæ Annotatiunculas*, haud dubie MStas. Qvas, qvoniam videre mihi nondum licuit, definire neqveo, an & ille Fabulas Friſiorum incruſtare ſit conatus, an vero ſuum ab iisdem Diſſenſum cordate teſtatus.

III. Ab Hiſtoria Friſica univerſali pergimus ad Particularem Friſiæ noſtræ Minoris, ſive Borealis, præter Friſicas Præfecturarum Flensburgenſis, Tunderenſis, ac Huſenſis Nomarchias, Eiderſtadiam, Nordſtrandiam, Stapelholmiam, Helgolandiam, aliasqve Inſulas Minores, Ambitu ſuo complectentis. Hanc iidem, de qvibus antea dictum, Nugatores cum aliis inqvinarunt Figmentis ineptisſimis, tum Narrationibus Fabuloſis de Coloniis Friſiorum, per Vithonem, Freſonis Filium, 3. ante N. C. ſecu-

(10.) *Dec. II. Scriptt. Friſ. n. 2.* (11.) *in Catalogo Autorum, Chronico-Oldenburgico præfixo.*

ſeculis, ac per Udolphum Haron, Ultimum eorum Ducem, A. C. 392., in Cherſoneſum noſtram, indeqve poſtmodum, per Filios hujus, Hengiſtum & Horſam, in Anglicam Britannicam traductis, qvas *Parte* jam *I.* (12.) exploſimus. Mappam Friſiæ Borealis geminam, Faciem ejus Antiqvam, qvalis Anno 1240, & Recentiorem, qvalis A 1651. fuit, exhibentem, inter Tabulas Chorographicas, a Johan. Meiero Operi Danckwerthiano adjectas, invenies. Prioris fidem in nonnullis claudicare, jam ante (13.) indicavi. Hiſtoriam Ejusdem & Archæologiam erudite illuſtravit MATTHIAS BOETHIUS Strandfriſius, Parochus in Inſula Natali Evensbullenſis, Scriptor cordatus ac diligens, in *Libris III. Commentariorum de Cataclyſmo Nordſtrandico*, Slesvigæ Anno 1623. (14) excuſis, & *Scholiis* iisdem adjectis. Ex profeſſo, & Opere peculiari, eundem Laborem in Patriæ gratiam exantlavit Popularis Boethii, M. ANT. HEIMREICHIUS WALTHERUS, Trindermar-

(12.) *Cap. IV. §. 7. p. 37. 38. & Cap. V. §. 12. p. 58. 59.* (13.) *P. II. c. 1. §. 6. p. 9.* (14.) *in 8vo.*

Digitized by Google

marſa Strandfriſius, Joh. Heimreichii, Civis mei (Parochi Eccleſiæ Pelwormienſis, & reliqvarum totius Inſulæ Ephori), Filius Mohrenſi in Diſtrictu Inſulæ Natalis Beltringico Parochiæ Ann. 1652. præfectus, & 32. poſt Annis (A. C. 1684. æt. 59.) denatus. Locum is inter Hiſtoriæ Cimbricæ Scriptores ſibi vindicat haud poſtremum, ob Libros vernaculos, ingentem illi Lucem ex Annalibus ac Monumentis, qvorum haud exigua penes eum delituit Copia, ineditis, nec ubivis obviis, fœneratos. Imprimis tamen egregie de Provinciis Friſicis eſt meritus, qvarum Geſta & Antiqvitates ſollicite ab Oblivionis tenebris vindicavit, longeqve illuſtriori, qvam Caſp. Hoyerus, Matth. Boethius & C. Dancwerthius, ipſius in hoc Stadio Anteambulones, Lumine perfudit, in Lib. vernaculo: Die Nordfreſiſche Chronica, darinn die Beſchreibung derer dem Schleswigiſchen Hertzogthum incorporirten Freſiſchen Landſchafften / Heiligland / Eiderſtede / Nordſtrandt / Süder- und Norgoßharde / Karr- und Böckingharde / Föhre / Sylt und Amrum / und der in ſelbigen weiland gelegenen /

Q längſt

längst zerstörten / auch neuerbauten Städte / Flecken und Schlösser / und derselben Hohe und Niedrige Obrigkeit / Religion und Gottesdienst / Privilegien / Rechte / Gesetze / und Beliebungen; wie auch / wie dieselben Oerter nach gerade aus der See geholet / nach abgeschafften Heidenthum Kirchen und Klöster in denselben erbauet / und dieselbe letzlich sein reformiret worden; Auch was sich zu Friedens- und Kriegs-Zeiten in denselben Merckwürdiges begeben / und durch Wasserfluhten vor Schaden geschehen sey / mit Fleiß wird vorgestellet / etc. Prima *Chronici* hujus Editio Slesvigæ Anno 1666. (15.); Altera autem, Tabulis Chorographicis, Genealogiis Regum Daniæ, Comitum Schauenburgicorum, & Ducum Holsatiæ, aliisqve Additamentis, qvadruplo pene auctior, ac, mutato prioris Ordine, in Libros III. divisa, ibidem, biennio post, A. 1668. (16.) est excusa. Liber I. Historiam Regionum istarum, sub Ducibus Frisonum Ethnicis, magnam partem fabulosam; IIdus Faciem earundem, sub Ducibus Dynastiæ Danicæ ac Schauenburgicæ, Pontificiæ addictis Religio-

(15.) *in 12mo.* (16.) *in 4to.*

Digitized by Google

ligioni; Illius autem, qvæ post Reformationem, sub Principibus Oldenburgicis, in iisdem contigerunt, exponit. Non invidebunt candidi Laboris hujus Æstimatores Autori Elogium, qvod a Bernh. Laurentio, Ecclesiaste Föhrensi, reportavit, Metricum:

Non labor in tenui fuit hic tibi: sed tenuis nec,
Qvæ vel nolentem, fama, seqvetur, erit:
Ut, qvantum Emmiadæ communis Frisia, tantum
Debeat Ingenio Frisia nostra tuo.

Multo tamen magis haud dubie emunctæ Naris Lectoribus Diligentiam suam probasset, nec hujus laudem ἀκρισίας turpissimæ Labe obfuscasset, si in Minutiarum Recensu fuisset parcior, &, Emmii atqve Cypræi exemplo, accuratiori in Narrationibus veris ac fabulosis discernendis usus selectu, a Crambe Fabularum Frisicarum insipida, ac cordatis omnibus nauseam movente, recoqvenda sibi temperasset, nec hisce Qvisqviliis Originum Chersonesi nostræ, ac Mariti-

marum ejus Provinciarum, Historiam polluisset. De Jure Frisiæ Borealis antiqvo, omnibus ejus Provinciis communi, XXV. Articulis An. 1426. in Insula Föhrensi comprehenso, ab Henrico & Gerhardo, Ducibus Slesvicensibus, eodem A., a Christiano I., R. Daniæ, A. 1460., & a Filiis hujus, Johanne ac Friderico, An. 1482. confirmato, An. 1446. Additamentis aliqvot aucto, tandemqve paulatim, ob Leges, qvæ eo continebantur, iniqvissimas, abrogato, *Caput XI. primæ Chronici Heimreichiani Editionis* meretur consuli. Ex eodem etiam petes Historiam *Juris Aggeralis* (des Spadelandrechtes), Husæ An. 1557., Christiani III. Regis jussu, per Incolas aliqvot Frisiæ nostræ Primarios congesti, aliarumqve istius argumenti Constitutionum, A. 1466. 1534. 1556. 1572. 1582. 1595. 1610. 1613. & 1625. promulgatarum.

IV. Ad singulas jam Provincias Ducatus Slesvic. Frisicas perrecturis, Nomarchiæ initio occurrunt Præfecturarum Flensburgensis, Tunderensis ac Husensis, qvibus Frisiæ Nomen a Nostratibus καὶ ἐξοχὴν vulgo tribuitur, Rerum

suarum

ſuarum Scriptore hactenus deſtitutæ. Qvatuor Nomarchiis Tunderenſibus (Horsbüllenſi, Böckingenſi, Föhrenſi atqve Siltenſi) d. 26. Novemb. An. 1559. peculiare Jus Provinciale, a Johanne Seniore, Duce Holſ., abrogato veteri Friſico, eſt conceſſum, & novennio poſt (d. 24. Mart. A. 1568.) aliqvot in Curia Tunderenſi Articulis auctum (17.).

V. EIDERSTADIÆ *Deſcriptionem* Latinam, a CASP. HOYERO Huſenſi editam, JAC. SACHSIUS Hamburgi A. 1610. (18.), cum Verſione ſua duplici, Germanica Ἀμέτρῳ & Saxonico-Rythmica, denuo ſub hac publicavit Inſcriptione: Caſp. Hoyeri kurtze und förmliche Beſchreibung des Eiderſtättiſchen Landes / in Lateiniſcher Sprache beſchrieben / ietzo aber nicht allein ins Teutſche überſetzt / ſondern auch in Niederſächſiſche Rythmos componiret von Jacobo Sachſen. Autor illius, Hoyerus, Filius fuit Herm. Hoyeri, Strategi Danici, a Friderico I. Rege nobilitati, ac Uxoris ejus Catharinæ, ab eodem Monarcha, ſed extra

(17.) *V. Heimreichii Chronicon Friſiæ Borealis*, c. 11. p. 271. 272. (18.) *in* 8vo.

Thorum Regium, progenitæ. Apud Adolphum, Ducem Holſato-Gottorp. cujus Miniſter erat Primarius, Conſil. Intimus, & in Provincia Eiderſtadienſi ab Anno 1578. ad emortualem 1594. Præſes ſupremus, tanta polluit Autoritate, ut ſuperſtes is omnia ad nutum ipſius geſſerit, moribundus autem Ducatum, cum Conjuge ac Liberis, Curæ ejus atqve fidei commendarit. Davidi Chytræo (19.) audit *Vir Nobili Genere ac Ingenio, & excellenti Virtute, Doctrina ac Humanitate ornatus*, Henrico Rantzovio autem (20.) *Vir, ut Doctrina ac ſtudiis excultiſſimus, ita etiam Conſilio atqve Prudentia celeberrimus*. Interpres Libri, Jac. Sachſius, patria fuit Eiderſtadienſis, & Civitatis Huſenſis, ni fallor, Diaconus. Addi huic poteſt MART. CHEMNITII Jun., Cancellarii Holſato-Gottorp., Tract. Vernaculus, A. 1629. excuſus, & aliqvoties (21.) jam laudatus: Bericht von der Gelegenheit und Unterſcheid der beyden Hertzogthümer Sleswig und Holſtein/

(19.) *P. I. Chronici Sax. p. m. 86.* (20.) *in Exegeſi Claſſium de Holſatia Elverfeldianarum, p. P. 4. a.* (21.) *P. I. c. 1. §. 2. p. 3, & P. III. c. 1. §. 1.*

stein / und in specie des Landes Eiderstätt / &c. Supersunt etiam Scripta qvædam de eadem Provincia Historico-Chronicographica, sed hactenus inedita. Talia sunt: 1. ANONYMI Eiderstättische Geschichte von Ann. 1103. biß 1502., cujus Libri MStum in Bibliothec. Hamb. vidi Exemplar; 2. LAURENTII ADTSEN, Scholæ initio Tonning. Rectoris, & deinde ab Anno 1582. ad emortualem 1603. Parochi Witzwortensis, *Annales Eiderstadienses*; 3. PET. SACHSII, Evensbulla Strandfrisii, ob singularem diligentiam ab Heimreichio (22.) commendati, Eiderstädtische Chronica; 4. JVENI KNUTSEN, Agricolæ circa A. 1582 in Eiderstadia illiterati (23.), Eiderstättische Chronica, und Beschreibung / wie Eiderstätt mit der Geest Landvest worden (24.); 5. JOHANNIS SCHULTZEN Verzeichniß von Eiderstätt / Everskop und Utholm A. 1612. (25.). Cataclysmi, qvi eam Anno 1634. affli-

 xit,

(22.) *in præf. Chronici Frisiæ Borealis.* (23.) Vid. Danckw. *Chorogr. Cimbr., P. II. c. 12. p. 142.* (24.) *V. Catal. Autorum, Heimreichii Chronico Fris. Bor. præfixum.* (25.) *V. Heimreich. l. c.*

xit , Hiſtoriam perſeqvitur Opuſculum MATTHÆI PAMPI, Paſtoris ab Anno 1595. Ordingenſis, MStum: Kurtze iedoch warhafftige Erzehlung der grauſamen Fluht / ſo das Land Eiderſtätt An. 1634. / zwiſchen dem 11. und 12. Octob., verwüſtet und ruiniret hat. Incolæ eodem cum cœteris Friſiæ Borealis Habitatoribus Jure uſi ſunt Friſico, Anno 1426. condito (26.), ad Imperium usqve Johannis, Regis Danici, qvi An. 1483. aliud illis largitus eſt, Provinciæ ipſorum proprium (27.). In iſtius viciſſim locum An. 1572. ſucceſſit Jus Ἐπιχώριον noviſſimum, ab Adolpho, D. Holſ. d. 10. Jul. An. 1572. Eiderſtadienſibus conceſſum, ac Hamburgi A. ſeqv. 1573. (28.) excuſum. Sed & hoc, qvoniam multa in eo Loca obſcuriora & ἐναντιοφανῆ occurrebant, qvatuor poſt Luſtris (An. 1591.) juſſu Joh. Adolphi, Sereniſſimi Legislatoris Filii, a CASP. HOYERO, Provinciæ Gubernatore, denuo eſt reviſum, correctum, ac, retentis Friſonum, qvotqvot tolerabiles videbantur, Conſvetudini-

(26.) *V. §. 3. & Heimreichium l. c. c. 12. p. 255. 260.* (27.) *V. Heimreichium l. c. p. 260.* (28.) *in 4to.*

Ordinibus, ex Jure Dithmarſico auctum, Annoq; eodem 1591. Slesvigæ (29.) recuſum, ſub Tit. Unſer Johann Adolphs/ Hertzogen zu Schleſw. Holſtein / Landrecht / welches wir unſern getreuen Unterthanen in den 3. Landen/ Eiderſtätt / Eversↄkop und Utholm / aufs neue gnädigſt gegeben / confirmirt / verbeſſert und beſtätiget haben (30.). MSta mihi occurrit, qvam Heimreichius excuſam eſſe teſtatur, *Conſtitutio Eiderſtadienſis Politica*, (die Eiderſtättiſche Policey-Ordnung)/ ab eodem Sereniſſ. Principe, Joh. Adolpho, Anno ſeculari promulgata.

VI. NORDSTRANDIÆ Hiſtoriam, præter Heimreichium, illuſtrarunt 3. Scriptores hactenus inediti: 1. JOHAN. PETRÆUS Flensburgenſis, Paſt. in Inſula illa ab An. 1565. ad An. 1605. Odenbullenſis (31.), in *Strandia* ſua Vernacula, oder der Beſchreibung des Nordſtrands; 2. PET. SACHSIUS, Evensbulla Strandfriſius, in der Nordſtrandiſchen Chronica (32.); 3. ANONYMUS Autor MSti, qvod in Biblioth.

(29.) *in 4to.* (30.) *Conf. Heimr. l.c. p. 260. 261.* (31.) *V. Heimr. Chron. Friſiæ Borealis, in præfat., & c. 6. p. 116.* (32.) *V. Heimreichium l.c. in præfat.*

blioth. Gottorpiensi exstare Catalogus ejus testatur, Vernaculi: Anmerckung etlicher Geschichte im Nordstrande. De triplici Insulæ hujus Jure Provinciali, Veteri scil. Frisico, ab Incolis subinde, imprimis autem Anno 1519. 1551. & 1558, aucto atqve mutato, *Recessu* Ecclesiastico-Politico, An. 1556. a Johanne Seniore, Duce Holsa. promulgato, ac isti adjuncto, & Novissimo tandem qvod ejusdem Principis jussu, a Cancellario ipsius, HIERON. OELGARDIO, J. U. D., ac Secretario GEORG. BEIERO, ex Frisico Veteri, Saxonico & Jutico, Ann. 1572. est congestum, commodioriqve ordine dispositum, qvæ ab Heimreichio (33.) sunt monita, legi ab istius Studioso, una cum Indice Constitutionum Recentiorum adjecto, merentur. Novissimum, eodem curante, Slesvigæ An. 1670. (34.), cum accessionibus cognatis haud pœnitendis, editum, hac gaudet Inscriptione: Beschriebenes Landrecht des Nordstrandes/ damit Hertzog Johannes der Aeltere/ Hertzog zu Schleßwig Holstein/ seine Unterthanen/ die Fünffhardes Rähte/ Bun-

(33.) *l. c. c.* II. *p* 266-279. (34.) *in* 4*to*.

Bunden und Einwohner desselben seines Landes/ An. 1572. begnadet hat: Nunmehr / nebst kurtzem Außzuge unterschiedlicher zur Erklärung desselben dienenden Königl. und Fürstl. Constitutionen/Decreten / Sentenzien/und Bescheiden / der neuen Nordstrandischen Gerichts-Executions-und zweyfachen Vormunds-Ordnungen/wie auch dem Spadelands-und Strand-Rechte / und Anfügung vieler alten Fresischen Gesetze / auch unterschiedlicher neuen Beliebungen / und gesprochenen Denckwürdigen Urtheile / ausgegeben. Jungenda est Juri huic Provinciali, Friderici IV., D.Holsʃ. Verordnung/darnach sich die Eingesessenen des Landes Nordstrand bey Verlöbnissen/ Hochzeiten/Kindtauffen/Begräbnissen/in Kleidungen / und sonsten verhalten sollen / qvæ Slesvigæ A. 1622. (35.) est impressa. Qvibus Legibus, post Insulæ pene totius Inundationem, A. 1634. factam, Optimatibus aliqvot Belgicis, postliminio eandem Marinis fluctibus eripere aggressis, Dominio illius Subordinato Serenissimi Duces Holsato-Gottorpienses, supremo sibi reservato, cesserint, disces cum ex Heimrei-

(35.) in 4to.

reichio, tum ex Scripto A.1667. (36.) edito, hunc Titulum præferente: *Contractus inter Ducem Holsatiæ, & Strandiæ Participantes.* Leges ac Statuta Confraternitatis S. Mariæ, in Strandia ante Reformationem celeberrimæ, a Decano illius, EBERHARDO RODOLPHI, Parocho Stintebullensi, An. 1510. congesta, Heimreichius Editioni *Chronici Frisiæ Borealis* Secundæ (37.) A.1668. inseruit.

VII. Fuere etiam, qvi Cataclysmorum ac Inundationum, qvibus cum cæteræ Chersonesi hujus Provinciæ Frisicæ ac Maritimæ, tum Nordstrandia imprimis, afflictæ subinde sunt, & magnam partem absorptæ, Historiam Literis mandarunt. De Cataclysmo ingenti Anni Sal. 1362. (der Manndrenckelse) consulendus est NICOL. BRUNII, Episc. Slesv., Parochiarum Diœceseos suæ, ab illo submersarum, Catalogus, *Parte* jam I. (38) allegatus. De Cataclysmo An. 1532., Cantilena Saxonica M. JOH. MEIERI Hamb., primi Ecclesiæ in Nordstrandia Pelwormiensis Pastoris Lutherani, ac tandem Præ-

(36.) *in 4to.* (37.) *l.2. c.1. p.69-84.* (38.) *c.8. §.2. pag.137. 138.*

Præpositi ab An. 1532. ad emortualem 1561. Rendesburgensis. De Inundationibus, qvæ in A. 1612. 1613. & 1615. inciderunt, MATTH. BOETHII *de Cataclysmo Nordstrandico Libri III.*, Slesvigæ An. 1623. excusi, & §. 3. jam laudati, JOHANNIS NUMMENSEN, Diaconi in Strandia Bupseensis, An. 1634. cum innumeris aliis submersi, Bericht von den Wasserfluhten Anno 1612. und 1615., Scriptum ineditum (39.) ac MUMMII HARSEN, Past. Ilegrofiensis, Threnodia Rythmica, Germanice A. 1616. (40.), Saxonice autem A. 1617. (41) Slesvigæ excusa. De Ferali deniqve Cataclysmo, qvi An. 1634. toti Nordstrandiæ πανολεθρίαν minatus, magnam ejus partem absorpsit: 1. MATTHIÆ LOBETANZ, Husensis, Parochi in illa Gaikebullensis, Ach und Sach des Nordstrandes; oder Klag- und Unterrichtungs-Predigt vom Ertrunckenen Marschlande Nordstrandt / aus Esa. XXIV. 1. seqq., 2. Chron. XV. 4. Hamb. 1634. in 4to; 2. M. PAULI WALTHERI Hamb., Ecclesiastæ Flensb. Mariani Sturmpredigt über Sir. XL. 33. 34. durch

(39.) *V. Heimreichii Chron. Frisiæ Borealis c. 16. & 19. p. 417. 494.* (40.) *in 4to.* (41.) *in 8vo.*

durch Gelegenheit des den 11. Octob. A. 1634. mit einer grossen Wasserfluht entstandenen Sturms/den 16. Octob. vorgetragen/und nun/ mit vielen Exempeln/ und einer Relation des dadurch geschehenen Schadens/ ausgegeben. Hamb. 1634. in 4to. (42.). 3. MATTHÆI PAMPI, Parochi in Eiderst. Ordingensis, Erzehlung der Fluht/ so Eiderstätt A. 1634. verwüstet (43.), Opusculum ineditum; 4. ANONYMI MStum, qvod penes me est, de Cataclysmo, qvi Dithmarsiam Borealem A. 1634. devastavit, itidem Vernaculum.

VIII. *HELGOLANDIÆ* nostræ, qvæ Regni olim Frisici Sedes fuit, & apud Veteres, (qvorum Loca *Partis II. Caput II.* (44.) exhibuit) decantatissima, Vernaculam Hamburgi A. 1643. (45.) edidit *Descriptionem* (Chorographische Beschreibung der Insul und Festung Heiligeland) *BENJAMIN CNOBLOCHIUS*, Jaura Silesius, Puerorum in Aula Gottorpiensi Nobilium Præceptor. Pleniorem & accuratiorem expectamus a Populari illius ingenio-

(42.) *Recusa est Lubecæ A. 1637, in Triade III. Concionum Pœnitentialium de Tempore.* (43.) *V. §. 5. hujus cap.* (44.) §. 3. *p.* 15-18. (45.) *in 4to.*

niosissimo, *J. DAN. MAJORE*, Medico Academiæ Kiloniensis Primario, qvi, ante aliqvot jam Lustra, in Eleganti *de Lacte Lunæ* Diatriba (46.) eam est pollicitus. *STAPELHOLMIÆ*, qvæ sola inter Provincias Ducatus Slesv. Frisicas superest, Jus Ἐπιχώριον complectitur Friderici, Ducis Holsato-Gottorp. Constitution und Ordnung/darnach sich die Unterthanen im Lande Stapelholm zu richten (Sleßwig 1625. in 4to.). Jus ejusdem aggerale, Ann. 1625. conditum, ab Henr. Gieseberto (47.) allegatur.

IX. Inter cœteras Ducatus Slesvic. Regiones atq; Insulas, tum Frisicas, Föhram scil., Syltiam, Amromiam, &c., tum Anglis atqve Vithis olim habitatas, Angliam sc. Cimbricam (de cujus Colonia, Britanniæ Victrice, *Parte I.* (48.) est dictum), Schwanziam, Alsiam, Arroam, &c., nulla vel Jure gaudet Ἐπιχωρίῳ, sibi soli proprio, vel peculiares de Rebus suis nacta est Scriptores. Solam excipio Insulam in Mari Balthico *FEMARIENSEM*, cujus, H. Gieseberto (49.) teste, *Jus*

(46.) c. 8. §. 9. (47.) *in Præfat. Periculi. I. Harmoniæ Statutorum Practica.* (48.) c. 5. §. 9-13. p. 53-61. (49.) *l. c.*

marum ejus Provinciarum, Historiam polluisset. De Jure Frisiæ Borealis antiqvo, omnibus ejus Provinciis communi, XXV. Articulis An. 1426. in Insula Föhrensi comprehenso, ab Henrico & Gerhardo, Ducibus Slesvicensibus, eodem A., a Christiano I., R. Daniæ, A. 1460., & a Filiis hujus, Johanne ac Friderico, An. 1482. confirmato, An. 1446. Additamentis aliqvot aucto, tandemqve paulatim, ob Leges, qvæ eo continebantur, iniqvissimas, abrogato, *Caput XI. primæ Chronici Heimreichiani Editionis* meretur consuli. Ex eodem etiam petes Historiam *Juris Aggeralis* (des Spadelandrechtes) / Husæ An. 1557., Christiani III. Regis jussu, per Incolas aliqvot Frisiæ nostræ Primarios congesti, aliarumqve istius argumenti Constitutionum, A. 1466. 1534. 1556. 1572. 1582. 1595. 1610. 1613. & 1625. promulgatarum.

IV. Ad singulas jam Provincias Ducatus Slesvic. Frisicas perrecturis, Nomarchiæ initio occurrunt Præfecturarum Flensburgensis, Tunderensis ac Husensis, qvibus Frisiæ Nomen a Nostratibus καθ' ἐξοχὴν vulgo tribuitur, Rerum suarum

suarum Scriptore hactenus destitutæ. Qvatuor Nomarchiis Tunderensibus (Horsbüllensi, Böckingensi, Föhrensi atqve Siltensi) d. 26. Novemb. An. 1559. peculiare Jus Provinciale, a Johanne Seniore, Duce Holst., abrogato veteri Frisico, est concessum, & novennio post (d. 24. Mart. A. 1568.) aliqvot in Curia Tunderensi Articulis auctum (17.).

V. EIDERSTADIÆ *Descriptionem* Latinam, a CASP. HOYERO Husensi editam, JAC. SACHSIUS Hamburgi A. 1610. (18.), cum Versione sua duplici, Germanica Ἀμέτρῳ & Saxonico-Rythmica, denuo sub hac publicavit Inscriptione: Casp. Hoyeri kurtze und förmliche Beschreibung des Eiderstättischen Landes / in Lateinischer Sprache beschrieben / ietzo aber nicht allein ins Teutsche übersetzt / sondern auch in Niedersächsische Rythmos componiret von Jacobo Sachsen. Autor illius, Hoyerus, Filius fuit Herm. Hoyeri, Strategi Danici, a Friderico I. Rege nobilitati, ac Uxoris ejus Catharinæ, ab eodem Monarcha, sed extra

Q 3 Tho-

(17.) *V. Heimreichii Chronicon Frisiæ Borealis*, c. 11, p. 271. 272. (18.) *in* 8vo.

Thorum Regium, progenitæ. Apud Adolphum, Ducem Holſato-Gottorp. cujus Miniſter erat Primarius, Conſil. Intimus, & in Provincia Eiderſtadienſi ab Anno 1578. ad emortualem 1594. Præſes ſupremus, tanta polluit Autoritate, ut ſuperſtes is omnia ad nutum ipſius geſſerit, moribundus autem Ducatum, cum Conjuge ac Liberis, Curæ ejus atqve fidei commendarit. Davidi Chytræo (19.) audit *Vir Nobili Genere ac Ingenio, & excellenti Virtute, Doctrina ac Humanitate ornatus*, Henrico Rantzovio autem (20.) *Vir, ut Doctrina ac ſtudiis excultisſimus, ita etiam Conſilio atqve Prudentia celeberrimus.* Interpres Libri, Jac. Sachſius, patria fuit Eiderſtadienſis, & Civitatis Huſenſis, ni fallor, Diaconus. Addi huic poteſt MART. CHEMNITII Jun., Cancellarii Holſato-Gottorp., Tract. Vernaculus, A. 1629. excuſus, & aliqvoties (21.) jam laudatus: Bericht von der Gelegenheit und Unterſcheid der beyden Hertzogthümer Sleswig und Holſtein/

(19.) *P. I. Chronici Sax. p. m. 86.* (20.) *in Exegeſi Claſſium de Holſatia Elverfeldianarum, p. l. 4. a.* (21.) *P. I. c. I. §. 2. p. 3, & P. III. c. I. §. I.*

ſtein / und in ſpecie des Landes Eiderſtätt/ &c. Superſunt etiam Scripta qvædam de eadem Provincia Hiſtorico-Chronicographica, ſed hactenus inedita. Talia ſunt: 1. ANONYMI Eiderſtättiſche Geſchichte von Ann. 1103. biß 1502., cujus Libri MStum in Bibliothec. Hamb. vidi Exemplar; 2. LAURENTII ADTSEN, Scholæ initio Tonning. Rectoris, & deinde ab Anno 1582. ad emortualem 1603. Parochi Witzwortenſis, *Annales Eiderſtadienſes*; 3. PET. SACHSII, Evensbulla Strandfriſii, ob ſingularem diligentiam ab Heimreichio (22.) commendati, Eiderſtädtiſche Chronica; 4. JVENI KNUTSEN, Agricolæ circa A. 1582 in Eiderſtadia illiterati (23.), Eiderſtättiſche Chronica, und Beſchreibung / wie Eiderſtätt mit der Geeſt Landveſt worden (24.); 5. JOHANNIS SCHULTZEN Verzeichniß von Eiderſtätt / Everskop und Utholm A. 1612. (25.). Cataclyſmi, qvi eam Anno 1634. affli-

 xit,

(22.) *in præf. Chronici Friſiæ Borealis.* (23.) Vid. DancW. *Chorogr. Cimbr., P. II. c. 12. p. 142.* (24.) *V. Catal. Autorum, Heimreichii Chronico Frij. Bor. præfixum.* (25.) *V. Heimreich. l. c.*

xit‿, Historiam perseqvitur Opusculum MATTHÆI PAMPI, Pastoris ab Anno 1595. Ordingensis, MStum: Kurtze iedoch warhafftige Erzehlung der grausamen Fluht / so das Land Eiderstätt An. 1634. / zwischen dem 11. und 12. Octob., verwüstet und ruiniret hat. Incolæ eodem cum cœteris Frisiæ Borealis Habitatoribus Jure usi sunt Frisico, Anno 1426. condito (26.), ad Imperium usqve Johannis, Regis Danici, qvi An. 1483. aliud illis largitus est, Provinciæ ipsorum proprium (27.). In istius vicissim locum An. 1572. successit Jus Ἐπιχώριον novissimum, ab Adolpho, D. Holsf. d. 10. Jul. An. 1572. Eiderstadiensibus concessum, ac Hamburgi A. seqv. 1573. (28.) excusum. Sed & hoc, qvoniam multa in eo Loca obscuriora & ἐναντιοφανῆ occurrebant, qvatuor post Lustris (An. 1591.) jussu Joh. Adolphi, Serenissimi Legislatoris Filii, a CASP. HOYERO, Provinciæ Gubernatore, denuo est revisum, correctum, ac, retentis Frisonum, qvotqvot tolerabiles videbantur, Consvetudini-

(26.) *V. §. 3. & Heimreichium l. c. c. 12. p. 255. 260.* (27.) *V. Heimreichium l. c. p. 260.* (28.) *in 4to.*

dinibus, ex Jure Dithmarsico auctum, Annoq; eodem 1591. Slesvigæ (29.) recusum, sub Tit. Unser Johann Adolphs/ Hertzogen zu Schlesw. Holstein / Landrecht / welches wir unsern getreuen Unterthanen in den 3. Landen/ Eiderstätt / Eversdop und Utholm / aufs neue gnädigst gegeben / confirmirt / verbessert und bestätiget haben (30.). MSta mihi occurrit, qvam Heimreichius excusam esse testatur, *Constitutio Eiderstadiensis Politica*, (die Eiderstättische Policey-Ordnung)/ ab eodem Serenisſ. Principe, Joh. Adolpho, Anno seculari promulgata.

VI. NORDSTRANDIÆ Historiam, præter Heimreichium, illustrarunt 3. Scriptores hactenus inediti: 1. JOHAN. PETRÆUS Flensburgensis, Past. in Insula illa ab An. 1565. ad An. 1605. Odenbullensis (31.), in *Strandia* sua Vernacula, oder der Beschreibung des Nordstrands; 2. PET. SACHSIUS, Evensbulla Strandfrisius, in der Nordstrandischen Chronica (32.); 3. ANONYMUS Autor MSti, qvod in Biblioth.

(29.) in 4to. (30.) Conf. Heimr. l.c. p. 260. 261. (31.) V. Heimr. Chron. Frisiæ Borealis, in præfat., & c. 6. p. 116. (32.) V. Heimreichium l.c. in præfat.

blioth. Gottorpiensi exstare Catalogus ejus testatur, Vernaculi: Anmerckung etlicher Geschichte im Nordstrande. De triplici Insulæ hujus Jure Provinciali, Veteri scil. Frisico, ab Incolis subinde, imprimis autem Anno 1519. 1551. & 1558, aucto atqve mutato, *Recessu* Ecclesiastico-Politico, An. 1556. a Johanne Seniore, Duce Holst. promulgato, ac isti adjuncto, & Novissimo tandem qvod ejusdem Principis jussu, a Cancellario ipsius, HIERON. OELGARDIO, J. U. D., ac Secretario GEORG. BEIERO, ex Frisico Veteri, Saxonico & Jutico, Ann. 1572. est congestum, commodioriqve ordine dispositum, qvæ ab Heimreichio (33.) sunt monita, legi ab istius Studioso, una cum Indice Constitutionum Recentiorum adjecto, merentur. Novissimum, eodem curante, Slesvigæ An. 1670. (34.), cum Accessionibus cognatis haud pœnitendis, editum, hac gaudet Inscriptione: Beschriebenes Landrecht des Nordstrandes/ damit Hertzog Johannes der Aeltere/ Hertzog zu Schleßwig Holstein/ seine Unterthanen/ die Fünffhardes Rähte/ Bu-

(33.) *l. c. c.* 11. *p.* 266-279. (34.) *in 4to.*

Bunden und Einwohner desselben seines Landes/ An. 1572. begnadet hat: Nunmehr / nebst kurtzem Außzuge unterschiedlicher zur Erklärung desselben dienenden Königl. und Fürstl. Constitutionen/Decreten / Sentenzien/und Bescheiden / der neuen Nordstrandischen Gerichts = Executions = und zweyfachen Vormunds-Ordnungen/wie auch dem Spadelands- und Strand-Rechte / und Anfügung vieler alten Fresischen Gesetze / auch unterschiedlicher neuen Beliebungen / und gesprochenen Denckwürdigen Urtheile / ausgegeben. Jungenda est Juri huic Provinciali, Friderici IV., D.Holſ. Verordnung/darnach sich die Eingesessenen des Landes Nordstrand bey Verlöbnissen/ Hochzeiten/Kindtauffen/ Begräbnissen/in Kleidungen / und sonsten verhalten sollen / qvæ Slesvigæ A. 1622. (35.) est impressa. Qvibus Legibus, post Insulæ pene totius Inundationem, A. 1634. factam, Optimatibus aliqvot Belgicis, postliminio eandem Marinis fluctibus eripere aggressis, Dominio illius Subordinato Serenissimi Duces Holsato-Gottorpienses, supremo sibi reservato, cesserint, disces cum ex Heimrei-

(35.) in 4to.

reichio, tum ex Scripto A. 1667. (36.) edito, hunc Titulum præferente: *Contractus inter Ducem Holsatiæ, & Strandiæ Participantes.* Leges ac Statuta Confraternitatis S. Mariæ, in Strandia ante Reformationem celeberrimæ, a Decano illius, EBERHARDO RODOLPHI, Parocho Stintebullensi, An. 1510. congesta, Heimreichius Editioni *Chronici Frisiæ Borealis* Secundæ (37.) A. 1668. inseruit.

VII. Fuere etiam, qvi Cataclysmorum ac Inundationum, qvibus cum cæteræ Chersonesi hujus Provinciæ Frisicæ ac Maritimæ, tum Nordstrandia imprimis, afflictæ subinde sunt, & magnam partem absorptæ, Historiam Literis mandarunt. De Cataclysmo ingenti Anni Sal. 1362. (der Manndrenckelse) consulendus est NICOL. BRUNII, Episc. Slesv., Parochiarum Diœceseos suæ, ab illo submersarum, Catalogus, *Parte* jam I. (38) allegatus. De Cataclysmo An. 1532., Cantilena Saxonica M. JOH. MEIERI Hamb., primi Ecclesiæ in Nordstrandia Pelwormiensis Pastoris Lutherani, ac tandem Præ-

(36.) *in 4to.* (37.) *l. 2. c. 1. p. 69 - 84.* (38.) c. 8. §. 2. pag. 137. 138.

Præpoſiti ab An. 1532. ad emortualem 1561. Rendesburgenſis. De Inundationibus, qvæ in A. 1612. 1613. & 1615. inciderunt, MATTH. BOETHII *de Cataclyſmo Nordſtrandico Libri III.*, Slesvigæ An. 1623. excuſi, & §. 3. jam laudati, JOHANNIS NUMMENSEN, Diaconi in Strandia Bupſeenſis, An. 1634. cum innumeris aliis ſubmerſi, Bericht von den Waſſerfluhten Anno 1612. und 1615., Scriptum ineditum (39.) ac MUMMII HARSEN, Paſt. Ilegrofienſis, Threnodia Rythmica, Germanice A. 1616. (40.), Saxonice autem A. 1617. (41.) Slesvigæ excuſa. De Ferali deniqve Cataclyſmo, qvi An. 1634. toti Nordſtrandiæ *πανολεθρίαν* minatus, magnam ejus partem abſorpſit: 1. MATTHIÆ LOBETANZ, Huſenſis, Parochi in illa Gaikebullenſis, Ach und Sach des Nordſtrandes; oder Klag- und Unterrichtungs-Predigt vom Ertrunckenen Marſchlande Nordſtrandt / aus Eſa. XXIV. 1. ſeqq., 2. Chron. XV. 4. Hamb. 1634. in 4to; 2. M. PAULI WALTHERI Hamb., Eccleſiaſtæ Flensb. Mariani Sturmpredigt über Sir. XL. 33. 34. durch

(39.) *V. Heimreichii Chron. Friſiæ Borealis c. 16. & 19. p. 417. 494.* (40.) *in 4to.* (41.) *in 8vo.*

durch Gelegenheit des den 11. Octob. A. 1634. mit einer grossen Wasserfluht entstandenen Sturms/den 16. Octob. vorgetragen/und nun/ mit vielen Exempeln / und einer Relation des dadurch geschehenen Schadens / ausgegeben. Hamb. 1634. in 4to. (42.). 3. MATTHÆI PAMPI, Parochi in Eiderst. Ordingensis, Erzehlung der Fluht/ so Eiderstätt A. 1634. verwüstet (43.), Opusculum ineditum; 4. ANONYMI MStum, qvod penes me est, de Cataclysmo, qvi Dithmarsiam Borealem A. 1634. devastavit, itidem Vernaculum.

VIII. *HELGOLANDIÆ* nostræ, qvæ Regni olim Frisici Sedes fuit, & apud Veteres, (qvorum Loca *Partis II. Caput II.* (44.) exhibuit) decantatisſima, Vernaculam Hamburgi A. 1643. (45.) edidit *Descriptionem* (Chorographische Beschreibung der Insul und Festung Heiligeland) *BENJAMIN CNOBLOCHIUS*, Jaura Silesius, Puerorum in Aula Gottorpiensi Nobilium Præceptor. Pleniorem & accuratiorem expectamus a Populari illius ingenio-

(42.) *Recusa est Lubecæ A. 1637, in Triade III. Concionum Pœnitentialium de Tempore.* (43.) *V. §. 5. hujus cap.* (44.) §. 3. p. 15-18. (45.) *in 4to.*

niosissimo, *J. DAN. MAJORE*, Medico Academiæ Kiloniensis Primario, qvi, ante aliqvot jam Lustra, in Eleganti *de Lacte Lunæ* Diatriba (46.) eam est pollicitus. *STAPELHOLMIÆ*, qvæ sola inter Provincias Ducatus Slesv. Frisicas superest, Jus Ἐπιχώριον complectitur Friderici, Ducis Holsato-Gottorp.. Constitution und Ordnung/darnach sich die Unterthanen im Lande Stapelholm zu richten (Sleßwig 1623. in 4to.). Jus ejusdem aggerale, Ann.1625. conditum, ab Henr. Gieseberto (47.) allegatur.

IX. Inter cœteras Ducatus Slesvic. Regiones atq; Insulas, tum Frisicas, Föhram scil., Syltiam, Amromiam, &c., tum Anglis atqve Vithis olim habitatas, Angliam sc. Cimbricam (de cujus Colonia, Britanniæ Victrice, *Parte I.* (48.) est dictum), Schwanziam, Alsiam, Arroam, &c., nulla vel Jure gaudet Ἐπιχωρίῳ, sibi soli proprio, vel peculiares de Rebus suis nacta est Scriptores. Solam excipio Insulam in Mari Balthico *FEMARIENSEM*, cujus, H. Gieseberto (49.) teste, *Jus*

(46.) c. 8. §. 9. (47.) *in Præfat. Periculi. I. Harmoniæ Statutorum Practica.* (48.) c. 5. §. 9 - 43. p. 53 - 61. (49.) *l. c.*

Jus exstat *Provinciale* MStum, A. 1558. promulgatum. Historiam ejusdem aliqva sui parte illustravit CHRIST. KORTHOLTUS, Magnum non illius solum, Alumno hoc merito superbientis, sed Academiæ etiam Cimbricæ, cujus Procancellarius est ac Theol. Primarius, Ornamentum, in Libello vernaculo, Kilonii Anno 1673. (50.) excuso, cujus hic est Titulus: *Femaria Desolata;* oder Historische Beschreibung / was Gestalt vor drittehalbhundert Jahren (An. 1420.) die Insul Femern von König Erich in Dennemarck jämmerlich sey verwüstet worden.

Cap. III.

De

Historiæ Civitatum Ducatus Slesvicensis Regiarum Scriptoribus, ac Juribus earundem Municipalibus. Accedit Digressio de Urbe Flensburgensi, illarum Principe.

§. I.

IN Postremis Chersonesi nostræ, qvæ Anno 1544. & 1581. contigerunt, inter Prin-

(50.) in 8vo.

Principes ejus, ex Regia atqve Ducali Familiæ Oldenburgicæ Linea oriundos, Divisionibus, Regibus Daniæ e Ducatus Slesv. Urbibus solæ cesserunt Flenopolis mea, Sünderburga & Hatherslebia. De Flenopoli paulo post prolixius differetur. De Civitate *Hatherslebiensi* consulenda est *Appendix* de Rebus ejus *Chronologica*, qvam NICOL. MOLLERUS, Organœdus Apenradensis, ex illa oriundus, Editioni iteratæ *Chronologiæ* suæ vernaculæ, Nicol. Raimaro Urso oppositæ (Zeitrechnung / darinn erwiesen wird / wie lange die Welt biß auf das Jahr 1615. gestanden / und vermöge der H. Schrifft künfftig noch stehen möge?), Typis Hamburgensibus An. 1615. (1.) excusæ, adjecit. In Prima enim, ibidem Ann. 1591. (2.), &, ni fallor, Tertia etiam, sine loci mentione An. 1666. (3.) impressa, nihil tale comparet. RIPA, licet in Ducatu Slesv. sit sita, non tamen istius, sed Daniæ, Urbibus a multis jam seculis, uti antea monitum (4.), annumeratur. *Jus* ejus, qvo An. 1443. a Christophoro III., Rege Daniæ, est dona-

R ta-,

(1.) *in 8vo.* (2.) *in 8vo.* (3.) *in 4to.* (4.) *cap. 1. §. 2.*

ta, *Municipale*, non Latino solum, qvo scriptum est, sed Danico etiam & Germanico Idiomate, una cum Hafniensi, PET. RESENIUS Hafniæ Ann. 1683. (sub Tit. *Nonnulla Jura antiqva Civitatum Daniæ*) publicavit (5.). CHRISTIANPRISIUM, Oppidulum in Confiniis Ducatuum Slesvicensis & Holsatici munitum, hoc demum Seculo a CHRIST. IVto, Daniæ Rege, est conditum, invito Friderico IV., Duce Holsato-Gottorpiensi, uti disces ex Literis utriusqve Amœbæis, An. 1632. sub hoc Tit. excusis (6.): Abdruck der zwischen Christiano IV., Könige in Dennemark/ und Hertzog Fridrichen zu Holstein / wegen der Fortification Christianpriß gewechselten Schreiben.

II. De Patria mea, Civitate FLENSBURGENSI, consuli possunt ZACHARIÆ WIDINGII, Flensburgensis, Parochi in Regiuncula Sundewittensi Nubelensis, Poema in laudem ejus Elegiacum (qvod Ipse qvidem nondum vidi, sed 208. Distichis constare, ac Slesvigæ Anno 1592. prodiisse, ab Amico accepi), & Recen-

(5.) in 12mo. (6.) in 4to.

centior *de Originibus atq; Incrementis ejusdem* Dissertatio, a M. OTT. BEIERO, Cive meo, in Acad. Salana A. 1684. publice defensa. M. SEB. SCHRÖDERI, Præpositi illius, & Pastoris ab Anno 1570. ad emortualem 1593. Nicolaitani, diserta, qvam Paulus Sperlingius commendat (7.), *de Divinis in Urbem Flensburgensem Beneficiis, & plurimis, & maximis, Oratio* Lucem non vidit publicam. Ipse etiam olim, patriæ amore ductus, meas in ARgumento hoc Vires periclitari in animo habui, ac multa eo spectantia congessi, sed, ob Monumentorum Veterum, & aliorum, qvæ incassum vestigavi, subsidiorum defectum, consilium illud non multo post abjeci. Ne tamen Collectanea ista, in qvibus multa relegenti occurrunt, ab aliis vel omissa, vel minus accurate enarrata, omnino pereant, *Capiti* huic brevem de Civitate patria intexam παρέκβασιν, & Conspectum Historiæ ejus Chronologicum compendiarium, Autores, de singulis ejus qvovis Seculo fatis ac Eventibus consulendos,

(7.) *in Orat. Muneris Scholastici Auspicali, Administrationi Scholæ Flensb. adjecta, fol. 3. a. & 7. a.*

dos, indicaturum, Recensum autem eorundem prolixiorem aliis transcripturum. Scripta ejus publica, *Jus* scil. *Municipale*, a Waldemaro, Duce Slesv., Abelis, Daniæ Regis, Nepote, An. 1284. ei donatum, & Saxonico scriptum Idiomate, *Constitutio* item *de Rebus Politicis Germanica* (55. Articulis, Christiano III. Danis imperante, comprehensa, & ab Eodem initio, deinde autem, cum mutata in nonnullis esset ac aucta, a Nepote ipsius, Christiano IV., d. 14. Jan. A. 1600. iterato confirmata), in lucem Typorum Beneficio nondum prodierunt. Edita vero est Slesvigæ An. 1606. (8.) *Sanctio* Christiani IV., cui Præfecturæ Flensburgensis Habitatores obseqvi tenentur, *Politica*, hoc Titulo conspicua: Königs Christiani IV. Policey-Ordnung / darnach sich die Eingesessenen des Ampts Flensburg zu richten.

III. FLENOPOLEOS, qvam Cimbri nostri *Flensborg*, Autor *Chronici Slavici*, ad A. 1488. perducti, & ab Erp. Lindebrogio Ann. 1609. editi (9.), *Vlenzeborg* & (10.) *Vlen-*

(8.) *in* 4to. (9.) *ad Ann.* 1427. & 1431. (10.) *ad Ann.* 1483.

Vlendisborg, Joh. Regkmannus autem, Scriptor Hiſtoriæ Lubecenſis Vernaculus (11.), male *Fliſenburg* appellavit, Origines, ſive Nomen intuearis, ſive Urbis ipſius Antiqvitatem & Primordia, tenebris involutæ ſunt denſisſimis, nec facile diſcutiendis. Nomen ejus Henr. Ranzovius (12.), &, qvi illum ſeqvuntur, Andr. Angelus (13.), Georg. Braun (14), Th. Segethus (15.), Abr. Saurius (16.), Mart. Zeilerus (17.), aliiqve complures, a *Flenone*, Viro Nobili, illius, uti credunt, circa A. C. 1200. Conditore, Joh. Iſ. Pontanus autem (18.) & Georg. Fournier (19.), a Sinu Maris Balthici, qvem *Flenum* vocari perhibent, vicino, derivant. Jac. Meiero Balliolano, Inclyto Hiſtoriæ Flandricæ Scriptori (20.), deducendum illud videtur a Vocula *Vlens*, Maris æſtum, flu-

 ctum

(11.) *l. 2. Chron. Lub. ad A.* 1427. (12.) *in Epigr.* §. 6. *recitando.* (13.) in der Holſteiniſchen Städte-Chronica/ *p.* 18. 19. (14.) *l. 4. Theatri Urbium.* (15.) *in Epigr.* §. 6. *allegando.* (16.) im Städte-Buch *p.* 487. (17.) *in Deſcript. Dan. Norweg. Sleſw. & Holſ. p. m.* 212. (18.) *in Deſcript. Daniæ Chorographica p* 656. (19.) *l. 3. Notit. Orbis Geogr. c.* 14. *pag.* 102. (20.) *in Annalibus Rerum Flandr. Antwerpiæ A.* 1561, *in fol. editis, lib.* 16; *ad An.* 1427. *fol.* 271. *a.*

ctum recessumqve, teste ipso, denotante; Casp. Dancwerthio (21.) autem, Meieri, ni fallor, vestigia, suppresso ejus nomine, secuto, a cognato isti Vocabulo Germanico Wahl vel Weel. Has inter Etymologias, uti duæ priores summa laborant incertitudine, ita totidem posteriores longius ab Autoribus, Ingenio suo plus justo indulgentibus, petitæ videntur. Jonæ Coldingensis, ex Voce Latina *Flumen*, & Germanica *Burg*, coagmentatum istud esse credentis (22.), Sententia Risum, non Refutationem, meretur. Mihi, cum nuper in Pagorum atqve Prædiorum, qvæ in Urbis Vicinia Homines Nobiles olim, possèderunt, Recensu Loci Flensbeke/ cujus nulla jam supersunt vestigia, mentio occurreret (23.), non improbabile videbatur, ex tot, qvibus patria undiqve cingitur, Rivis alicui forte Nomen Flens olim fuisse proprium, & Urbi pariter atqve prædio ab isto postmodum communicatum. Qvam tamen Conjecturam meam.

(21.) *V. II. Chorogr. Cimbr. c. 8. pag.* 104. 105. (22.) *in Descript. Dania pag.* 73. (23.) *V. Disputationem Beseriànam* §. 22.

meam, tanqvam certam, nec Ipse h.l. propono, nec aliis conor obtrudere.

IV. Sita est Urbs nostra in ipso Ducatus Slesvicensis Meditullio, & Angliæ, e qva populus Britannorum Victor prodiit, Cimbricæ finibus (24.), intra Wyhensis in Præfectura Regia, ab illa nomen suum mutuata, Nomarchiæ Terminos. Exstructa est, oblonga Ædificiorum serie, ad Sinum Maris Balthici, Navigationi atqve Commerciis aptissimum, in Valle, qvam Montes editi cingunt, peramœna, istaqve situs sui commoditate ac præstantia *Oppidi rebus terra mariqve gerendis opportuni* Elogium a Krantzio (25.) promeruit. In tres dividitur Parochias, a totidem (falluntur enim, qvi cum Danckwerthio (26.) qvartum his addunt) Templis Parochialibus, splendidis ac Magnificis, Mariano (A. 1280. exstrui cœpto), Nicolaitano (Turri excelsa, & Bibliotheca, sed non admodum locupleti, superbiente) ac Johannæo, reliqvorum, uti vulgo creditur, Antiqvissimo, denominatas.

(24.) *V. Andr. Angelum l.c. p.18., & Cambdeni Verba, Parte 1. cap.5. §.11. p 58. allegata.* (25.) *l.10. Sax. c.30. & l.8. Daniæ c.12. & 16.* (26.) *l.c.p.105.*

natas. Harum Duæ priores ac potiores, Arcem etiam Regiam, Ædem S.Spiritus, Cœnobium, a Minoritis A. 1233. conditum, ac Friderici I. Regis permiſſu in πτωχοτροφεῖον A.1530. mutatũ, Curiam, ſcholam publicam, Procheum Nackianum, Palatium Ranzovianum, A.1571. ab Henrico Ranzovio conditum (27.), cœteraqve Ædificia ſplendidiora, publica ac privata, ambitu ſuo complexæ, unica fere comprehenduntur Platea, qvæ a Saurio, Fournierio & Zeilero 1341., a Pontano autem 1351. paſſus longa eſſe perhibetur. Urbis totius, muro Lateritio cinctæ, ac 5. Portis inſtructæ, Longitudo, juxta G. Braunium (28.), & Adr. Romanum (29.), eſt 2341. paſſuum. Naturæ in Civitatem hanc Beneficia, qvibus reliqvas Cherſoneſi hujus Urbes pene univerſas ſuperat, Indigenæ atqve Exteri, & hos inter Celeberrimi Epigrammatum, qvæ §. ſeqventi exhibebimus, Autores, certatim commendarunt. Admirantur illi, nec immerito,

(27.) *V. Inſcriptionem ejus in Nath. Chytrai Deliciis Variorum Europa Itinerum pag.533.,* & *Pet. Lindebergii Hypotypoſi Ranzoviana p.57.* (28.) *l.c.* (29.) *in Parvo Urbium Theatro p.111.*

rito, Aeris Salubritatem, Soli, pleraqve ad Vitam tolerandam necessaria Incolis ubertim suppeditantis, & fertilitatem & Amœnitatem, Aqvarumqve Eximiæ Bonitatis Limpidissimarum, & Fontium, non publicorum solum, sed privatorum etiam, in singulis pene Domibus conspicuorum, Copiam incredibilem. Nec suis Portum defraudant laudibus, tutissimam Nautis stationem indulgentem, omniumqve Mari Balthico in Ducatu Slesvicensi adjacentium, Dancwerthio Judice, Principem. Cujus tanta non ita pridem fuit Commoditas, ut Naves ad singulorum pene Civium ædes potuerint appellere, & ex iisdem, tum, alio abituræ, mercibus onerari, tum, domum reduces, vicissim exonerari.

V. Multiplex hæc Naturæ in Patriam Benignitas alias eidem etiam paulatim conciliavit Prærogativas, Incolarum scil. freqventiam, Ædificiorum, ex solo magnam partem Lapide coctili exstructorum, Magnificentiam, Commerciorum, in universum Septentrionem, ac alias Regiones Europæas, diffusorum, Amplitudi-

tudinem, Agri ſuburbicarii, jugera fere ſexcenta (qvorum tamen pars facile dimidia inculta eſt, ac idcirco a tributis immunis) complectentis, Vaſtitatem, ac præcipuam deniqve inter alias utriusqve Ducatus Civitates, & Daniæ Regibus (qvibus illa per annos jam 232. continuos paruit) & Ducibus Holſatiæ ſubjectas, Dignitatem. In Comitiis certe Provincialibus locum inter eas occupat ſecundum, & Slesvigæ (cui, licet opibus ſe inferiori, Jus προεδρίας ob Antiqvitatem haud invita concedit) proximum: Ab Andr. autem Angelo, in *Chronico Urbium Holſ. vernaculo*, etiam huic anteponitur, & Lubecenſi atqve Hamburgenſi immediate ſubjungitur. In Hanſeaticarum (qvas inepte *Stagnales* appellat) numerum eandem, ſed falſo, retulit Celeberrimus Eccleſiæ Romanæ adverſus Lutherum ſuperſtitem Hyperaſpiſtes, Joh. Cochlæus, Decanus Francofurtenſis, in J. Bugenhagium, Cimbriæ Reformatorem, hisce verbis (30.) invectus: *Apoſtata ille peſtilen-*

(30.) *in Hiſtoria Actorum & Scriptorum Lutheri, ad A. 1532., fol. 257., Edit. Colon. A. 1568.*

lentisſimus, velut Emiſſarius ac Eqvus hinniens, ſæpe abiit ad tempus e Witeberga, ad magnas & opulentas Urbes Maritimas (qvæ Stagnales vulgo dicuntur), nunc **Lubecum**, *nunc* **Hamburgum**, *nunc* **Flensburgum**, *nunc alio, ad diſſeminandum ibi non ſine ſeditioſis tumultibus Lutheriſmum, donec, ex variis Civium donationibus locupletatus, ſecure nunc Witebergæ opibus illis fruitur.*

VI. Alios ſi deſideras illius Encomiaſtas, dabo Krantzium, qvi (31.) *Oppidum Rebus terra mariqve gerendis opportunisſimum*, Gerh. Mercatorem, qvi (32.) *Oppidum celebre*, Pet. Lindebergium, qvi (33.) *Civitatem ante alias Holſatiæ merce amplisſimam*, Dav. Chytræum, qvi (34.) *Emporium celebre*, Joh. Iſ. Pontanum, qvi (35.) *Emporium opulentum, & Nobilisſimum Diſtrictus Jutiæ Meridionalis Oppidum*, ac Caſp. Dancwerthium, qvi (36.) *Urbem Ducatus Slesvicenſis locupletisſimam, & hoc tempore Principem*, eam appellant. Complures

(31.) *locis num. 25. citatis.* (32.) *in Atlante Geogr.* (33.) *in Poem. Juvenil. pag. 103.* (34.) *P. I. Chronici Sax. pag. m. 85.* (35.) *l. 7. Hiſt. Dan. p. 331., & in adjecta Deſcript. Choregr. pag. 657.* (36.) *P. II. Choregraph. Cimbr. c. 8. pag. 106.*

plures alios, iſtis ὁμοψήφοις, allegare ſuperſedeo. Nec tamen temperare mihi poſſum, qvin Trigam adjiciam Epigrammatum, in laudem ejus a Viris ſummæ in Cimbria & Orbe Literato Autoritatis conſcriptorum. Primum eſto Decaſtichon HENR. RANZOVII, Cherſoneſi noſtræ Proregis, a Pet. Lindebergio (37.) Juris factum publici:

Me Fleno ſtruxit vicini in littore Ponti,
Nota ſatis non eſt cujus origo Viri.
Ante fui ſedes horum, qvi fallere piſces
Norunt; nunc domibus floreo magnificis.
Aptior haud Urbs eſt mutandis mercibus ulla;
Prædita ſum portus commoditate boni.
Arx mihi perpulchra eſt, ſunt templa decore ſuperba;
Regibus & Ducibus ſunt data Jura mihi.
Nunc me Jure tenet pariter, Fridericus, & Arcem,
In Daniæ Regno qvi modo ſceptra gerit.

De

(37.) *in Hypotypoſi Ranzoviana, cap. 13.*

Digitized by Google

Decasticho huic Ranzoviano aliud subjungo THOMÆ SEGETHI Eqv. Scotici, Ulysſis inſtar univerſam pene Europam pervagati, *Viri*, Buchnero (38) Judice, *ad miraculum docti*, & a Lipſio, Pinellello, Wowerio, Peireſcio, Goldaſto, Frehero, Lingelshemio, Puteano, Morſio, Roſenbohmio, certatim amati ac deprædicati, qvod *Ulyſſis adverſus Ajacem Apologiæ*, a Joh. Heimreichio Flensburgenſi, Eccleſiarum poſtea Nordſtrandiæ Ephoro, Hamburgi Anno 1608 publicatæ, eſt præfixum:

Hic, ubi Fleno humiles, per amœno in littore, primus
Et raras fertur conſtituiſſe caſas:
Hic, ubi tuta jugis nemoroſis Amphitrite
Securum indulget Navibus hoſpitium:
Hic, ubi nulla unqvam cœli contagia lædunt:
Hic, ubi fons liqvida creber anhelat aqva:
Si Rigor Arctous Itala mutarier aura
Poſſet, & aſpiceret Sol propiore oculo,
Non

(38.) *Parte II. Epp., Ep. 126. ad Geo. Elmenhorſtium.*

Non dubitem Bajas, Benacum & Thessala Tempe
Postferre, aut si qvis pulchrior orbe locus.

Ultimum esto JONÆ ELVERFELDII de Urbe hac, & Insignibus illius, Geminos Ducatus Slesvicensis Leones, e Turri prosilientes, exhibentibus, Hexastichon, *e Classe Epigrammatum ejus de Holsatiæ Ordinibus Tertia* depromptum:

Urbs ego Mænalia dicor Flensburga sub Arcto,
Imperioq; tenent Danica Sceptra suo.
Maxima pars nostris de Civibus æqvore vasto,
Mutandis variis mercibus, auget opes.
In clypeo validæ stant Propugnacula turris,
Armeniæ servant, monstra gemella, feræ.

VII. Sed nec in Civium Indole, Moribus ac Institutis, jure aliqvis qvicqvam desideraverit. Solus illorum Sermo Impuritatis est insimulatus a Casp. Dancwerthio & Ol. Borrichio, Duumviris Celeber-

berrimis. Qvos inter ille (39.) his eum verbis perstringit vernaculis: Es ist das Flensbürger Teutsch und Dänisch eines so gut als das ander/die jenige Personen ausgenommen/so studieret/ oder gereiset haben. Borrichius a. istis (40.): *Nostri Flensburgenses inter Danicam & Germanicam Lingvam ambigunt, neutri propemodum similes, qvia utrique. Qvod & ad omnia Nationum diversarum confinia solenne.* Adversus qvam Accusationem, Veri fortasse aliqvid habentem, uti Civibus meis, qvibus tamen ista *loqvendi*, qvam Persius (41.) appellat, *Sartago* cum Husensibus, aliisqve Vicinis est communis, neqveo patrocinari; ita Indolem eorum præclaram, & ad belli pariter atqve Pacis studia idoneam non possum non deprædicare. Ortum sane Auspicatissimum Geminorum Cimbriæ & Septentrionis universi Luminum, Belli Fulminum, ac Salutis Publicæ Columinum, *Christiani V*, Regis Danorum Augustissimi, Patriæ Patris, ac Hostium Triumphatoris, Pii, Justi, Felicis, & *Adolphi*, Gottor-

(39.) *l. c. p.* 105. (40.) *in Diss. de Causis Diversitatis Lingvarum* §. 17. *p.* 21. (41.) *Sat.* 1.

torpienſis Ducum Holſaticorum Lineæ Autoris, Elogium, qvo in Scripto Acad. Hafnienſis Publico (42.) An. 1668. eſt ornata, *Urbis Cimbrorum celebris, & Heroum Natalibus Inclytæ*, merito jampridem ei conciliaſſe, nullus, credo, diffitebitur.

Longe major illorum occurrit numerus, & vix intra Centuriam ſe patitur coarctari, qvi in Civitate noſtra vel nati, vel Muneribus functi publicis, vel Otio Vitæ in ea privatæ Literario gaviſi, non eruditione ſolum, ſed & Scriptis, inclaruerunt. Omnium Recenſum *Cimbriæ* reſervamus *Literatæ*. Hoc loco, brevitatis ſtudioſi, nominetenus ſaltem allegabimus aliqvot Cœtus iſtius Phœbei Anteſignanos, ſibi pariter atqve Flenopoli noſtræ Meritis in Eccleſiam, Rempublicam & Bonas Literas ingentibus, gloriam & decus haud periturum fœneratos. Ex indigenis ſcilicet *Thomam Finchium*, Med. D. & in Acad. Hafnienſi per 13. luſtra Profeſſorem, An. 1656. (æt. 96.) defunctum; *Joh. Jacobæum* J. U. D. & Conſil. Saxonicum, Aulæ h. t. Gotha-

(42.) *in Progr. ſcil. Invitatorio ad Exeqvias Joh. Nanſenii Flensb., Præſidis Hafn.*

Gothanæ ſingulare Ornamentum; *Tychonem a Jeſſen*, Parochum Prezenſem, Poetam in vernaculo Idiomate ingenioſum, & Flemmingii non Amicum ſolum, ſed & Æmulum feliciſſimum; *Steph.Kenckelium*, Theol.D., & Eccleſiarum Tunderenſis Præfecturæ Antiſtitem, nuper demum vivis exemptum; *Melch. Lorichium*, Apellem Seculi ſuperioris Cimbricum, in Italia, Germania, Belgio, ipſaqve Aula Turcica, celeberrimum; *Bernh. Meierum*, Cœtus Sacri Germanici Hafnienſis Doctorem; *Paulum Mohtium*, Med. D. & Friderici III., R.Daniæ, Archiatrum; *Johann. Nanſenium*, Ejusdem Monarchæ Conſiliarium, & Civitatis Hafnienſis Præſidem; *Theod. Petræum*, inter Doctores LL. Orientalium hoc Seculo Principes nomen haud ignobile conſecutum; *Georg. Schröderum*, Cancellariæ Regiæ Glückſtadienſis Conſiliarium, etiamnum ſuperſtitem; & *Nic. Theophilum*, JCtum Acad. Hafn. Seculo hoc ineunte Nobiliſſimum. Inter Adoptivos eminent *Joh. Bremerus* Lub., ex Ædis Marianæ Flensburgenſis Diacono Aulæ Danicæ Protoeccleſiaſtes;

S *Pet.*

Pet. Bulichius Soltqvellensis, ex Urbis nostræ Polyatro Friderici III. Regis Consil. ac Archiater, & Civitatis Hafniensis Præses; *M. Frid. Dame* Holsatus, Præpos. ac Past. Nicolaitanus; *Blasius Eckenberger*, Lubec., Scriba Præfecturæ Flensb. Regius; *Steph. Klotzius* Lipstadiensis, Theol. D. & Superint. ac Præpos. Regius; *Georg. Lorichius*, Marpurgensis, Johannis Sen. D. Hols. Consiliarius; *Leonh. Metzner*, Lüneb., Christ. IV. Regis Consiliar., & aliqvamdiu Cancellarius; *M. Georg. Michaelis* Rostoch., Præpositus & Past. Nicolaitanus; *Joh. Müllerus* Rostoch. J. U. D., & Consul Urbis Primarius; *Ludolphus Naamani*, Padelecka Frisius, Monachus Franciscanus, Scholæ Fundator; *Joh. Posselius* Jun. Rostoch., Ejusdem Rector, & Græcarum postea Literarum in Acad. patria PP.; *Joh. Reinbohtius*, Altenb. Præpos. & Pastor Nicolaitanus; *Paulus Sperlingius* Sen., Eckernfördensis, Scholæ nostræ, & deinde Hamburgensis Rector; *Georg. Stammichius* Brunsv., Scholæ Flensb. Seculo superiore Moderator, Templi in Patria Catharinæi Pastor, & Ministerii tandem

dem Hamburgensis Senior; *Joh. Vorstius*, Wesselbura Dithmarsus, Th. Lic. & Scholæ Rector, ac *Christoph.* deniqve *Vultejus*, Wettera Hassus, J. U. D. & Christiani IVti Consiliarius. Superstitum mentione, aliorum exemplo, abstineo.

VIII. Uberem adeo Hominum Eruditorum, imprimis Indigenarum, Proventum Flenopolis mea Scholæ debet publicæ, a LUDOLPHO NAAMANI, Minorita, *Parte II.* (43.) jam laudato, ex Parentum suorum Bonis, Piis hujusmodi Usibus Voluntate eorum ultima destinatis, & subsidiis, qvæ in Germania, Gallia ac Hispania mendicando collegisse fertur, pecuniariis, fundatæ. Fundationis Historiam hæc exhibet Inscriptio, Fundatoris Effigiei, in Ædificii Scholastici Prytaneo collocatæ, adjecta:

A. C. 1546. Die Jovis post Michaelis Festum, Naamanus & Phalech Johannis, Conjuges piæ memoriæ, Testamentum, ex qvo Schola hæc primum est instituta, pie condiderunt, qvod Dn. Ludolphus Naumani Filius Anno 1560., in Festo Paschatis, Die

S 2 Mer-

(43.) P. II. cap. 5. §. 3.

Mercurii, expresso in Literis Consensu, non tantum comprobavit, sed etiam Ædificium hoc, una cum annuis reditibus, ex reliqvis Parentum Bonis, ad Scholam hanc aperiendam & conservandam destinavit; Postea Anno 1566. d. 19. Jul. Sereniss. Daniæ Rex, Dn. Fridericus II. laudatissimæ memoriæ, prædictum Testamentum, a Filio comprobatum, & ad hunc usum destinatum, Regio Diplomate clementissime confirmavit. Deniqve cum, post mortem Filii, Cognati, tanqvam Hæredes, illud ipsum impugnare conarentur, Sereniss. Daniæ Rex, Christianus IV., & Reverendissimus atqve Illustrissimus Princeps Johannes Adolphus, Episc. Lubecensis, Duces Slesvici & Holsatiæ, qvod ante Regia Autoritate fuit confirmatum, Hatherslebiæ in Supremo Dicasterio Ducatus Slesvicensis, per sententiam aperte corroborarunt A. 1598. d. 3. Febr.

Aspice, sed grata, Philomuse, hanc, mente tabellam,
Appositamqve animo conde Viri effigiem.

Na

Nam Deus, & præſens, & qvorum nomina cernis (44.),
Fecerunt ſtudiis otia grata tuis.
Ille ſuis ſtruxit Muſis has ſumptibus ædes,
Atqve dedit, qvas hi rite tuentur, opes.
Si minor haud virtus, qvam qværere, parta tueri,
Major an hic tutor, major an Auctor erit?
Magnus uterqve ſatis: ſit gratia magna & utriqve,
Maxima ſed, cujus munus utrumqve, DEO.

Ipſius Ludolphi Tabulas Ultimæ de Lycæo hoc, & Sumptibus qvotannis in illud impendendis, Voluntatis, ex Epitaphio, in Minoritarum Cœnobio ei olim erecto, deſcriptas, in Heldvaderi *Sylvæ Chronologicæ Parte I.* (45.) invenies. Aucti ſunt poſtea Reditus illius munificentia cum aliorum, tum Gerhardi Meerfeldii Conſulis, qvi *d. 22. Septemb. An. 1599.* (verbis hic utor Epitaphii in Scholæ Pry-

 taneo

(44.) *Adjecta ſunt ad utrumqve Effigiei latus Conſulum, Senatorum, Eccleſiaſtarum, & Scholæ publicæ Præceptorum, qvi A. 1599. vixerunt, Nomina.* (45.) c. 10. p. 49.

taneo ipsi erecti), *biduo ante felicem ex hac vita discessum, ut debitas Domino pro concessis hujus Seculi Divitiis persolveret gratias, condito Testamento dimidium Bonorum suorum* (12000. Imperiales), *ad educandam in hac Schola studiosam juventutem, ad alendos Inopia pressos, & Eleemosynis dignos, & ad elocandas Pauperum Civium Filias, ac Ancillas fideles, destinavit.* Scholæ Faciem, Leges ac Instituta disces ex Libello, qvem M. PAULUS SPERLINGIUS Sen., Eckernfördensis, illius ab Anno 1586. ad Annum 1591., Hamburgensis autem ab Anno 1591. ad Ann. 1620. Rector, & in Gymnasio tandem ejusdem Civitatis ab Anno 1621. ad emortualem 1633. Eloqv. & Poes. PP., Scholarcharum postulatu, Witebergæ Anno 1589. (46.) sub hoc edidit Titulo: *Scholæ Flensburg. Administratio, qva continentur: 1. Or. de Scholis constituendis & conservandis Auspicalis. 2. Lectionum & Exercitationum Classicarum Designatio, 3. Leges de Officiis Discipulorum.* Seqvitur in eo Autor Doctissimus (*cui similem Præceptorem*, Morhofio

(46.) *in 8vo.*

hofio (47.) Judice, *Germania tunc vix habuit, & e cujus Ludo, velut ex Eqvo Trojano, gregatim procedens, per omnem Germaniam, Daniam, Holsatiam, Sveciam, Virorum Doctorum Populus diffundebatur*) Vestigia Johan. Sturmii & Melch. Junii, suorum in Academ. Argentinensi Præceptorum, Methodumqve, qvæ summis his Germaniæ Didacticis arrisit, commendatissimam in Scholam nostram introducere est conatus. Exstant etiam *Elementa L. Lat.* peculiaria, Ἀνωνύμως Hamburgi Anno 1614. (48.) in usum ejus edita, & *Qq. Grammaticæ*, ibidem A. 1617. (49.) impressæ. Autor Libri utriusqve est M. JOH. MOHTIUS Flensb., Ludi patrii ab Anno 1603. ad Annum 1626. Moderator, & Ecclesiæ deinde Nicolaitanæ ac Marianæ ad Annum usqve 1642., qvo defunctus est, Antistes. Ante Mohtium Lycæo nostro Seculo superiore præfuerunt M. Georg. Stammichius Brunsvic. (circa Annum 1557.), M. Joach. Dobbin

 Lubec.

(47.) *in Programmate ad Exeqvias Filii ejus Cognominis, Theologi Kiloniensis, Invitatoria.* (48.) *in 8vo.* (49.) *in 8vo.*

Lubec.(circa Annum 1567.), M. Thom. Schattenberg Hildeſienſis, Præpoſ. poſtea & Paſt. Marianus (ab Ann. 15. ad 1585.), M. Paulus Sperlingius, paulo ante laudatus (ab An. 1586. ad 1591.), M. Joh. Poſſelius Jun., Roſtoch., L. Gr. deinde in Acad. patria PP. (ſolo A. 1591.), M. Frid. Johannis Ladelundenſis, Diac. poſtea Nicolaitanus (ab A. 1597. ad A. 1600.), & M. Bernh. Latomus, Scholæ antea NeoBrandeb. Rector, Diſcipuli Incomparabilis, Scholæqve noſtræ Alumnorum Phœnicis, Georg. Calixti, Judicio Honorifico poſteris commendatus(50.), (ab A. 1600. ad A. 1604.). Hoc ſeculo Mohtio ſucceſſerunt cum alii Viri Docti, tum Joh. Vorſtius, πολλῶν ἄλλων ἀντάξιος, ſummum Scholæ Ludolphianæ ab An. 1653. ad 1660. ornamentum. E Marianæ, qvæ ante Ludolphianam in Parochia Nicolaitana apertam effloruit, Rectoribus mihi innotuerunt Georg. Sartorius Jun., Felſtedenſis, qvi Ann. 1560. & 1561., ac M. Hieron. [illegible]berding Lüneburgenſis, qvi

Anno

(50.) *V. Chr. Schraderi Progr. Fun. Calixtinum p. 4. & Gerh. Titii Laudat. Funebrem Calixti p. 8.*

Anno 1569. illi præfuit. Commoda, qvæ ex utraqve in Patriam redundarunt, qvamplurima Posteri grata agnoſcunt mente, & Pii olim Majores in Decaſticho hoc, qvod, ad Naamani Johannis memoriam æternitate donandam, Cœnobii Parieti inſculptum fuiſſe Heldvaderus (51.) teſtatur, præſagiverunt:

Hæc qvi Tecta vides, Naamani ſtructa Johannis
Sumptibus, Aonidum tecta ſacrata choro,
Solve Viro grates, placidamqve precare qvietem.
Gaudeat æternis mensqve beata bonis.
Hoc capit ex horto florens Reſpublica plantas,
Tollere qvas celſum cernit ad aſtra caput.
Inde ſuos etiam felix Eccleſia fructus,
Pieriæ capiunt hinc ſua fulcra Scholæ.
O Pietas totum fama celebranda per Orbem!
Ille DEO gratus, verus & Uſus opum eſt.

 IX. In

(51.) P. 1. Sylva Chronol. c. 10. p. 48.

IX. In genere hactenus nonnulla de patria Civitate præfati, Chronologicum jam Fatorum atqve Rerum illius antiqviorum imprimis, & Statum publicum ſpectantium, attexemus Indicem, §. 2. promiſſum, Autores, qvi de ſingulis evolvi merentur, ſimul enumeraturum. Conditorem Flenopolis noſtra ſuum, primarumqve Originum Epocham, ignorat, eidem cum aliis Urbibus Magnis fato obnoxia, qvarum *perpaucæ*, uti Gvilhelmus Cambdenus (52), in Londini vetuſtatem inqvirens, ſcite obſervat, *Autores ſuos norunt, cum e parvo ſenſim excreverunt*. Satis interim probabilis eſt Vulgata, qvæ ad A. C. 1200. ejus refert Origines, ac H. Ranzovio, aliisqve Viris Doctis, §. 3. allegatis, probatur, Opinio; ſi Traditionem aliqvot ſeculorum ἄγραφον, ſed Autorum & Monumentorum vetuſtiorum ſuffragio deſtitutam, & merito proinde a nobis, Dancwerthii exemplo, rejectam, de Flenone, Viro Nobili, Conditore illius, & Tuguriorum aliqvot in Tractu Piſcatoriorum Domino, ab eadem

(52) V. Regn. Vitellii Epitomen Britanniæ ejus p. 256.

dem ſegregaveris. Qvi enim altius aſcendunt, & Primordia illius in Seculo X., ac iis, qvibus Poppo Doctrinam Chriſtianam Cimbris annunciavit, temporibus veſtigant, ſuo in Patriam amori plus juſto indulgent. Plurima certe in hoc, qvem Civitas noſtra occupavit, tractu Bella, iſto plusqvam duorum Seculorum Intervallo, geſta eſſe, ab Hiſtoricis Cherſoneſi hujus Antiqvis edocemur. Occurrit apud illos Mentio Geminæ Slavorum in Ducatum Slesvicenſem poſt A. 1040. Irruptionis, Expeditionis ab Haraldo Malo Norwego in Jutiam utramqve circa A. 1049. (53.) ſuſceptæ, Subitæ Henrici, Slavorum Principis, in Ducatum Slesw. Ann. 1066. Excurſionis, Lotharianæ in eundem Seculo XII. ineunte Expeditionis, & Bellorum tandem inter Ericum Emund & Magnum, Regem Gothiæ, Svenonem item III. & Canutum V., eodem decurrente, in hoc Cherſoneſi Cimbricæ tractu geſtorum. Non eſt autem probabile Civitati (qvalis illa jam tum fuiſſe a nonnullis creditur) opulentæ, ac in Via Regia

(53.) *Juxta Calculum Svaningii in Chronol. Danica.*

gia sitæ, in tot bellis vel nihil adv
moratuqve digni, accidisse, vel H
nostros adeo fuisse iniqvos,
Slesvigæ, Ripæ, imo & Apenr
tempore fata non siluerint, ha
nulla dignati sint mentione. Po
in Tractu Flenepoli vicino S
docuisse ac baptizasse fateor, &
monui (54.). Sed de ipsa Civi
ta ejus Historia ne γρὺ qvidem
Pontanus in Historia Anni 1248.
Prolepsin sive Anticipationem
bus, Poetis & Historicis solenne
rium illam vocat *eo tractu opulen*
tiqvam autem *jam tum* (Ann.12
dum fuisse *opulentissimum* affirm

X. Ad A.C. 1232. prima c
Annalibus Cimbricis Flenopol
tio. Isto enim (*Heldvaderus* (*s*
seqventem 1233, *alii vero Parachr*
trogrado Annum 1223. *substituunt*
tarum in ea Cœnobium esse ex
ex Antiqvioribus haud dubie m
tis, testatur J. Ad. Cypræus *in*
Episcc. Slesv. l. 2. *c.* 4. *p.* 239. 240.

(54.) *P. II. c.* 3. §. 14. (55.) *Lib. VII. p. m.* 3
Sylva Chronol. c. 18. *p.* 107.

A. 1248. Ericus V., ſive Sanctus, R. Daniæ, in Bello, qvod ob Feudum Ducatus Slesv., adverſus Fratres, Abelem atqve Chriſtophorum, gerebat, eam occupavit, diripuit, ac igne vaſtavit. V. Huitfeldii *Chron. Dan. P. II. p. 216.*, Pontani *Hiſt. Dan. l. 7. p. 331.*, Dancwerthii *Chorogr. Cimbr.*, *P. II. c. 8. p. 105.*

A. 1248. (non 1249.) Sophia (Jutham aut Juditham nonnulli falſo eam appellant), Waldemari II., R. Dan., filia, & Johannis I., March. Brandeburg., Conjux, Bellum hoc inter Fratres ſuos, Ericum ac Abelem, enatum compoſitura, Flenopolin cum Mariti Legatis gravida venit, prolemqve illic enixa, cum eadem d. 3. Nov. expiravit. Sepulta eſt ibidem in Sacello Cœnobii Minoritarum peculiari, non autem (qvi Ern. Brotufii eſt Error, ab Huitfeldio notatus) in Civitate Ripenſi, vel in Æde noſtra Johannæa, cui *Topographiæ Saxoniæ Infer.*, An. 1653. Francofurti editæ, Autor, ac alii, Verborum Pontani ambiguitate decepti, Prærogativam hanc falſo aſſerunt. Exuviæ ejus, cum Lapide ſepulchrali (cui hæc verba ſunt inſcul-

insculpta: *A. D. 1248. 3. Nov. ob*
na Sophia, Marchionissa de Bran
Filia Gvaldemari II, hic sepulta,
sua, de novo edita:), post Cœnob
mationem, inde Regio jussu,
plum Nicolaitanum ab Henrico
vio, Prorege, sunt translatæ, & an
reconditæ. Vid. Huitfeld. *P. II.*
Nic. Heldvaderi *P. I. Sylv. Chron*
& J. If. Pontani *Descript. Daniæ*
pag. 656.

Ann. 1271. (non 1272.) Ericus
Glipping, R. Dan., Erico I., Du
bellum intulit, & in isto Flenop
Urbes vicinas (Tunderam, Ha
biani &c.), occupavit. V. Huitf.
Pontanum *l. 7. p. 364.*, & Dancw
l. c. p. 105.

Ann. 1280. Templum Marian
ptum est exstrui. V. Heldvad. *l. c.*
Diploma Tychonis, Episc. Aarhu
ad structuram hanc Eleemosynis
dam Christianos hortatur, in *Diss.*
na §. 18. invenitur.

XI. A. 1284. Waldemarus I
ci F., Dux Slesv., in Civitatum C

Flenopolin evexit, &, cum alia Privilegia, tum Jus Municipale, eidem concessit. V. §.2. *hujus Cap.*, it. G. Braunium *l.4. Theatri Urbium*, Andr. Angeli Holst. Städte Chronica *p.19.*, Huitfeld. *l.c.p.359.*, Heldvad. *l.c.p.111.*, & Dancw. *p.105.* Heldvaderum, qvi ad A. 1285., Angelum & Huitfeldium, qvi ad A. 1288., alios item, qvi ad A. 1280. Juris hujus referunt Primordia. Epigraphe hæc refellit Saxonica, in plerisqve MStis obvia: Na Gades Bort 1284. Jahr / op unser Leven Vrouwen Hemelfahrt / Börgermeister unde Rahtmanne / und alle gemeene Börger / binnen Flenßborg / leten dit Recht skryven / welck eenen Hertog Woldemar van Jütlande gaff / und bestädigde dat fast mit siiner Gnade und Gewalt. Tovören averst hadden se keen beskreven Recht. Primi Civitatis hoc Tempore Consules ignorantur. Swardum enim Krockium & Ivarum Juelium longe esse juniores, ad A. 1431., qvo vixerunt, monebitur.

Circa An. 1285. Suburbium Ramsherdense in Parochia Mariana cœptum est ædificari. V. Heldvad. *l.c. P.I. p.111.*

A. 1295

A. 1295. Waldemarum IV. Civitati denuo Privilegia aliqvot esse largitum, Huitfeldius *P. II. p. m. 306.* testatur.

A. 1312. [Cypræus (57.) Annum 1295. male substituit] Waldemarus ille, optime de nostra aliisqve Civitatibus vicinis meritus, obiit. V. Huitfeld. *l. c. pag. 359.*, & Cypræum, sibi ipsi contrarium, *l. 2. c. 14. pag. 310. 311.*

XII. Circa A. 1326. Flensburgi, contra Christoph. II., Regno Danico ejectum, a Waldemaro V., Duce Slesv., ipsi subrogato, Gerhardo M., Com. Holsf., Laurentio Jonsen, Ludovico Alberti Eberſteinio, Canuto Porsio, aliisqve Magnatibus Danicis, in Conventu peculiari, est conspiratum. Vid. Huitfeld. *P. II. pag. 431.*

A. 1340. Lubecæ inter Waldemarum V., & Gerhardum M., Com. Holsf. Pactum est initum, qvo Gerhardus, Jutiam Borealem, sibi oppignoratam, Danis redditurus, sibi vicissim Ducatum Slesvic., ejusqve Urbes, & in his Flenopolin, loco pignoris a Waldemaro tradi voluit. Vid. Huit-

(57.) *in Annal. Epp. Slesv. l. 2. p. 281.*

Digitized by Google

Huitfeld. *P. II. p. 465. 466.*, & Pontanum *l. 7. p. 459.* Irritum illud Mors Gerhardi paulo post reddidit.

A. 1341. [juxta Heimreichium (58.)], 1345. [juxta Heldvad. (59.)], vel paulo etiam, uti aliis videtur, serius, Arx Nienhusana, dimidio ab Urbe Milliari dissita, ad defensionem illius, a Nicolao, Com. Holst., in Parochia Bowensi est exstructa. *V. Autt. paulo post allegandos.*

A. 1353. vel 1357. Nicolaus Brun, Episc. Slesvic., Privilegium a Prædecessoribus suis, Bartholdo & Johanne a Bockholt, Civitati Flensburgensi concessum, qvo cautum fuit, ne qvis Incolarum extra Urbis Limites in posterum, vel ab Episcopo, vel aliis Judicibus Ecclesiasticis, evocaretur, Svavestediæ confirmavit. V. Cypræi *Annales Episcc. Slesv. l. 2. c. 18. p. 335.*

XIII. In Bello diuturno, qvod circa hæc tempora Nicolao & Henrico Ferreo, Holsatiæ Comitibus, cum Waldemaro III. (*alii IVtum vocant*), Danorum Rege, intercessit, Waldemarus A. 1358. magnam

T Du-

(58.) *in Chron. Frisiæ Borealis c. 7. p. 156.* (59.) *P. I. Sylvæ Chronol. p. 116. 123.*

Ducatus Slesv. partem est de
&Flensburgensibus tributa ac
tum extorsit. V. Huitfeldium
Nicolaus autem, permissu I
Waldemari, Ducis Slesvic.,
istius tempore Civitatem Flen
& Incolis, ut Muro illam Later
rent, permisit. Ipse, ad ejusd
sionem, non ingentem solu
Numerum, ex Ditionibus sui
conscripsit, & in Castris ei vici
aluit, sed Arcem etiam, uti dict
husanam exstruxit, munivit, ac
complures inhabitavit. V. I
l.10. Sax. c.9., Joh. Petræi *Chro
Vernaculum p.m.77.*, J. Ad. Cy
les Episcc. Slesv. l.2. c.17. p.334.,
Holst. Städte*Chronica p.19.*, &
l.c. pag. 105. 106. Krantzius
etiam meminit Obsidionum,
nostra in eodem Bello a Wald
stinuit. Qvi, cum jam An.1375
ctus, male hæc Flenopoleos i
fata ad An.1388. a Johan. Petræ
runtur.

Digitized by Google

Waldemaro etiam imperante Senatum Populumqve Flensb. Vicinos Urbi Nobilium (qvibuscum perpetua ſibi intercedebant Disſidia ac Certamina) Agros, 24000 Marcis Lubecenſibus perſolutis, ſuæ ope Regia Ditioni adjeciſſe, ſunt qvi opinantur. V. *Diſſ. Beierianam* §. 22. Mihi de Emptionis iſtius Tempore nihil certi innotuit.

An. 1376. Sünneke Kule Capellam ſive Sacellum Flensburgi cœpit ædificare. V. Cypræum *l. c. l. 2. c. 19. pag. 340*, & ex illo Heimreichii *Hiſtor. Eccleſ. Sleſv. l. 3. c. 3. pag. 137.*

XIV. An. 1404. poſt Cædem Gerhardi II., Ducis Sleſv. & Com. Holſ., a Dithmarſis factam, Vidua ejus, Eliſabetha, Ericum IX. Pomeranum, Daniæ Regem, Erici Krummendikii, Eilhardi Ronnovii & Ott. Heſtenii, Conſiliariorum ſuorum, ſvaſu, Defenſorem Ducatus a Marito relicti fertur elegiſſe. Qvo facto, Pax confeſtim inter Regnum Daniæ, & Ducatum Slesvicenſem, publice Flensburgi eſt promulgata, & Krummendikio Tunderenſis, Ott. Heſtenio autem Flens-

burgensis Præfecturæ Gubern
ge commissa. V. Huitfeldium *I*
& Pontanum *l.9.p.535*.

A. 1405., Die S. Catharinæ,
vembr., Albertus, Dux Meg
Sveciæ, a Margareta, Dan
captus & regno exutus, Flens
bus (qvos Huitfeldius Danic
Idiomate) Codicillis, Avtog
munitis, omnibus suis ac H
Daniam, Sveciam & Norwagi
renunciavit, firmamqve inter
tum suum Megapolitanum,
Margaretamqve, Daniæ Reg
Regna illorum Arctoa, postl
cem & amicitiam, sancte est p
Huitfeldium *P. III. p. 626. 627*
num *l.9.p.535*.

XV. Belli, qvod, ab A. 14
a Margareta & Erico IX., D
bus, ob Feudum Ducatus Sle
Gerhardi II. Ducis Filios, H
Gerhardum III. & Adolphu
Tutorem & Patruum, Henri
Osnabr., per Lustra qvinqve
tota pene huc pertinet Histor

Digitized by Google

polis enim nostra in illo Pomum qvoddam Eridis fuit, de cujus possessione assiduis pene Expeditionibus, Præliis & Obsidionibus toto isto tempore tanto decertatum est ardore, ac si sola ejus Occupatio totius Ducatus Slesv. Dominium Victori largiretur. Universa Rerum in Bello hoc gestarum series petenda est, cum ex Alb. Krantzii, Holsatis æqvioris, *Daniæ Libro 8.*, *Saxoniæ* autem *tomo atqve uno*, tum ex Huitfeldio, Meursio ac Pontano, Danicæ Gentis Historiographis, in Regum ejusdem partes pronioribus. Nos ea saltem delibabimus, qvæ vel in ipsa Civitate Flensburgensi contigerunt, vel Historiam ejus propius attingunt.

XVI. A. 1409. Ericus IX. Rex Daniæ, ab Henr. Osnabrugensi Coldingam evocato, Damna, qvæ proximo a Gerhardi morte Lustro Holsati Danis intulissent, 11000. Aureis postulavit resarciri. Tergiversantem, & Damnorum, qvibus Dani vicissim Holsatos affecerant, intuitu, ad Regni Senatum provocantem, Hanse ... geliam in Fionia secum abduxit. Istic coram Proceribus Danicis Henricus fu...

hementia eſt accuſatus, & in ea
anguſtias, e qvibus expedire ſ
tuit, priusqvam Summam illar
tra Anni ſpatium perſolutum,
polin interea, cum vicina Ar
oppignoratum iri, promiſiſſet.
etiam inter utrumqve, ſi pec
Annum vertentem non exhib
in commiſſum, uti ajunt, *cadente*,
oppidi Holſatos nullo ulterius
eſſe jure ac poteſtate. Redux
am Henricus Urbem Regi trad
colas ejus, oppignorationem h
dentes, pignoris ſaltem, non j
nii, Sacramentum præſtare illi j
finem Anni Summam 11000
Regi obtulit, pignorisqve Reſti
ſed incaſſum, popoſcit. Ericu
iſtam, novas ſemper moras ne
luit accipere, nec, ut Urbem h
tus (qvem Regno Danico p
cupiebat adjungere) Slesvicen
pem, foſſa jam profunda & M
juſſu ſuo, una cum Arce vicina,
Gerhardi Filiis reſtitueret, pot
V. Krantzii *Saxoniam l,10. c.26.*

træi *Chron. Holſ. p. m. 90.*, Cyr. Spangenbergii *Chron. Schauenb. l. 3. c. 34.*, Chriſt. Solini *Chronologiam p. 211. 213.*, Nic. Heldvaderi *P. I. Sylvæ Chronol. c. 18. p. 115. 116.*, Pontani *l. 9. Hiſt. Danicæ p. 539.* Dancwerthii *Chorogr. P. II. c. 8. p. 105.*, & Chr. Kortholti *Femariam Deſolatam p. 7. 8. 9.* Diverſus ab his abit Huitfeldius, qvi (60.) Eliſabetham, Gerhardi Viduam & Henricum Oſnabrugenſem, Urbem hanc, in Conventu Die S. Dionyſii in eadem A. 1409. inſtituto, ſimpliciter, ob commodatas 11400 Marcas Lubecenſes, Regi oppignoraſſe perhibet. Conf. Pontanum *l. c.*

Eodem A. 1409. Eliſabetha, Gerhardi Vidua, Tutorum, & Erici imprimis Krummendikii, Conſiliis obſecuta, cum a Rege impoſitum ſibi eſſe videret, Conſules Flensburgenſes *(61.)*, data fide publica Gottorpium evocatos, in vincula conjecit, inqve iſtis pari iniqvitate ac perfidia tamdiu detinuit, donec, inſuper habito,

 bito,

(60.) *P. III. Chron. Danici p. 632.* (61.) *Qvatuor Conſules Gottorpium eſſe evocatos tradit Rutg. Hermannides in Deſcript. Duc. Slesv., ſed absqve aliorum ſuffragio.*

bito, qvod Regi præstiterant, Sa
to, Urbem se Holsatis reddituros
licerentur, & promisso huic n
post satisfacerent. Displicuit Pe
plurimis ex Ordine Eqvestri Ma
& hos inter Nicol. Lembekio,
Dorningensi, qvi Krummendi
stem publice idcirco profiteri n
vit. V. J. Petræum *l. c. p. 89.*,
bergium *l. c. l. 3. c. 34. p. 156.*, Held
l. c. p. 116., Hvitfeldium *P. III. p.*
Pontanum *l. 9. p. 539. 540.* Urb
non multo post iterum est occu
Anni seqventis 1410. Historia o

Anno 1410. d. 17. Februar.
Ronnou, Wulfardus Pogwisc
Hesten, Elisabethæ (cujus Cons
re) jussu, Johannem Schondel
Slesv., Danis addictiorem, a
causis sibi invisum, Crepuscul
tino ingruente, Flensburgi in
suo armata manu sunt adorti,
qve ac Clericos ejus partim tru
partim Verberibus affecerunt
Episcopum, Cubile jamjam
rum, & Vestibus idcirco diur

Digitized by Google

tum, septem ei inflictis vulneribus, per plateam brachiis atqve cruribus initio serpere coegerunt, deinde vero Eqvo strigoso impositum novem vicibus, ut omnibus esset ludibrio, per universam DiœcesinSlesvicensem circumduxerunt, Arcesqve ipsius, Stubbam & Svavestedam, occuparunt. Vix tandem, Lytro 700. Marcarum promisso, e carcere dimissus, Romam contendit, & Citationem contra Elisabetham, Henricum Osnabrugensem, & reliqvos suos in Ordine Eqvestri, ac Canonicorum Collegio, Adversarios, a Pontifice impetravit. Sed, cum parum hac via proficere se videret, amica tandem Compositione Dissidium omne per Gerhardum & Albertum, Comites Holsatiæ, A. 1411. tolli est passus. V. Cypræi *Annales Episcc. Slesvic. lib. 2. cap. 20. pag. 348 - 353.*

XVII. A. 1410. (*d. 12. Aug. S. Claræ sacro juxta Cypræum, Pontanum & Spangenbergium, a. 18 Aug. juxta Huitfeldium & Heldvaderum, d. 6. Septemb. autem juxta Heimreichium, ad An. 1408. pugnam hanc male referentem*) in Planitie (uti Kranczius

teſtatur) PræfecturæFlensburg
gebekenſi, ſive (qvem Huitfel
tanus & Heldvaderus ſubſtituu
cino, Parochiæ Jordelenſis Agr
pienſi, Prælium celebre inter
Holſatos eſt commiſſum. Dan
ercitus, octo Peditum millia &
tum Centurias complectens, F
e qva, Johanne, Epiſcopo Sles
qvævis fruſtra apprecante, in F
cinam excurrerat, cum præda
lic collecta, repetebat. Hunc
Adolphus, Comes Schauenbur
Militum Weſtphalorum ac F
ſaltem ſtipatus Centuriis, agg
dubitavit, &, poſt aliqvot hora
flictum, victoria eſt potitus. C
ex Danis ipſi Copiarum Ducto
gnus Munckius & Nicol. Thu
1400. Militibus Strategorum T
han. Scharpenbergius, & Milit
Holſatis ſunt capti, & non n
cum ille 10000, hi autem 6000
Lytri loco perſolviſſent, dimi
Krantzii *Saxoniam l. 10. c. 30.*, J
Chron. Holſ. p. 92., Cyr. Spange

Digitized by Google

Schauenb. l.3. c.35. Huitfeldii *Chron. Dan. P.III.pag.633.634.*, Pontani *Hist.Dan. l.9. pag. 540.*, N.Heldvad. *Sylv. Chronol. P.I. c.18. p.116.*, C. Dancw. *Chorogr. P.II. c.8. p.105.106.108.*, & Ant. Heimreichii *Chron. Frisiæ Borealis c.7.p.148.149.150.*

Post Victoriam hanc Ericus Krummendik, cum Parte Copiarum Holsaticarum, noctu Flenopolin, a latere, qvod muro nullo cingitur, Maritimo adortus, Cœnobium initio, & deinde reliqvam etiam Civitatem, occupavit. Dani in Arcem confugere, &, novis e Regno patrio Copiarum Supplementis aucti, non hanc solum strenue contra hostes sunt tutati, sed paulo post Urbem etiam, Navium Regiarum auxilio sublevati, qvamvis incassum, oppugnarunt. Novum interea Rex, eam recuperaturus, cogit Exercitum, qvem tamen Holsatorum Copiæ, ad eandem defendendam a Fratre Elisabethæ, Henrico, Duce Brunsvic., adductæ, Militum numero superabant. Qvod ubi Margareta, Danorum Regina, comperit, Arci ab Eqvitum 1400. Præsidio, in Urbem introducto, cœpit metuere. Callide

lide idcirco Elisabethæ est poll
cum Regem sponte sua prop
cem ei, cum Castro Nienhusa
turum, & hoc pacto persvasit
cias cum illo pacta, Militem p
dimitteret. Hoc digresso, cum
fieret promissis, Henricus B
sis Arcem qvidem denuo obs
xit, sed, qvod Numero Copiar
esset instructus, & hunc ipsum
ria Castrensis Epidemia indi
ret, solvere eandem, non mult
1411. est coactus. V. Krantzii
Spangenb. *l.c.l.3.c.35.* & *36.*, H
p.117., Huitfeld. *p.634. 636.*,
l.9.p.542., & Danckw. *l.c.pag.*10
Krummendikii in Civitatem
credo intelligenda esse Verba
gis, in Libello adversus Elisabe
gni Danici Senatui A. 1413. Ne
hibito, seqventia (62.): *In eada
ditorie* Holsati *intraverunt Opp
burgum prædictum, contra eors
Literas & Sigilla, deprædantes
cantes in eodem Incolas, & Cont*

(62.) *apud Huitfeldium P. III. p.650.*

Digitized by Google

trum, ad Summam 40000 Marcarum Lubecensium, & ipsum Episcopum Slesvicens. ad summam 4000. Marcarum Lubecensium.

XVIII. A. 1411., post Holſatorum Diſceſſum, Rex Ericus Civitatem denuo occupavit, &, cum illi, tum Arci, novas, in Parte imprimis Maritima, adjecit Munitiones. In Cives autem aliqvot Primarios (Krantzius vocat *Majores ex Civibus*), & (qvos Huitf., Heldv. ac Dancw. addunt) Conſules atqve Senatores, Perjurii ac proditæ Holſatis Patriæ ſibi ſuſpectos, Capitali Gladii ac Rotæ ſupplicio deſævit. V. Krantz., Spangenb., Heldv., Huitf., Pont. & Dancw. *locis citatis.*

A. 1411. Die Feſto Annunc. Mariæ, Tabulæ de Induciis inter Ericum & Eliſabethã Qvinqvennalibus, in Oppido Coldingenſi, ab utraqve Parte ſunt confectæ, inqve iſtis decretum, ut Dani luſtro proximo, cum Tundera ac Eiderſtadia, Flensburgum & Nienhuſam retinerent. Vid. Huitfeldium (qvi ipſas exhibet Tabulas) *P. III. p. 636-641.*, Pontanum *l. c. p. 542*, & Heldvad. *l. c. p. 117. 118.*

XIX

XIX. A. 1412., Prid. Festi S. Francisci, Ulricus, Dux Megapol., ceu Arbiter inter Danos ac Holsatos Honorarius, Sententia (*qvam Huitf. p.641.642. exhibet*) Flensburgi promulgata, Civitatem hanc Margaretæ Reginæ pignoris loco relinqvendam esse pronunciavit, ac de Arce vicinase, post Cognitionem Causæ ulteriorem, itidem Sententiam esse laturum spopondit. Conf. Pontanum *l. 9. p. 543.*

A. 1412., Feria VI. post D. Francisci Festum, Margareta, nomine Regis Erici, Filii sui Adoptivi, coram Ulrico Megapol. in Arce Flensburgensi comparuit, seqve paratam esse cum Henrico Brunsvicensi, de omnibus, qvæ, Sororis Elisabethæ nomine, contra ipsam esset allaturus, Jure experiri, significavit, ac hujus suæ Declarationis Publicum ab Ulrico petiit & impetravit Testimonium. V. Huitf. *l. c. p. 642. 643.* & Pontanum *l. 9. p. 543.*

A. 1412. Consules ac Senatores Flensburgenses Erico Regi, ac Regno Daniæ, in Tabulis publicis, Prid. F. App. Sim. & Judæ conscriptis, Fidem atqve Obedientiam

Digitized by Google

tiam ſunt polliciti. V. Huitf. *p.643.* Pontanum *p.543.*

A. 1412. d. 27. Octobr. (Autor *Chronici Slavici* d. 4. Nov. ſubſtituit) Margareta, Waldemari III. Filia, III. Regnorum Borealium Regina, in Portu Flensburgenſi, unde in Daniam trajicere conſtituerat, vel peſte, uti pleriq; perhibent, vel (qvæ Huitfeldii & Pontani eſt conjectura) Lipothymia, ex fœtore marino orta, exſpiravit, cum paulo ante, mortem ſuam haud dubie præſagiens, Monaſterio Campenſi, ſive Ruris Regii, vicino, 30. Argenti Marcas, ut Sacra pro Salute ſua perpetuo illic fierent, donaſſet. V. Huitf. *l.c. pag. 643.*, Pontanum *l.9. pag.544.*, Heldvad. *P. I. Sylvæ Chronol. c.16. p.92.*, & *c.18. p.118.*, Dancw. *P. II. c.8. p.106.*

XX. A. 1413., Prid. Aſſumpt., Wratislaus, Dux Pomeraniæ & Stettini, Arbiter ab Erico & Henrico Brunſvic. (Eliſabethæ Fratre) delectus, Sententiam de Captivis, Pacis Publicæ violatæ haud reis, absqve Lytro utrinqve dimittendis Flensburgi promulgavit. V. Huitf. *P. III. p.645.*, & Pontanum *l.9. p.547.*

A. 1420.

A.1420., D. S. Cath., Breves
cum Regem, & Henricum II
Slesv. ac Com. Holſ., Gerhardi
Natu Majorem, ejusqve Fratre
Flensburgi ab Adolpho (Pont
matis Saxonici non ſatis peritus
illius *Alf* Latino *Alphevi* male
Comite Schauenb., & Balthaſa
ſta Vandalico, ſunt conciliatæ.
l.c.p.679. & Pontanum *l.9.p.5*

A. 1422. Pleriqve Pagi,
Flensburgenſi, Slesvicenſi ac
bienſi vicini, a milite, tam Dan
Holſatico, ſunt devaſtati, & ma
tem igne conſumpti. V. Heldva
væ Chronol. c.18. p.120.

XXI. An. 1423. Martinus
Rom., Johannem Scheelium,
bec., ad Ericum Regem, & H
Ducem Slesv., ablegavit, ut c
dis illorum Controverſiis op
penderet. In eo rem perdux
pariter atq; Henricus Flensbu
ſto S. Martini convenirent, a
ad Feſtum usqve Michaelis An
tis, Literis utriusqve ſigillo mu

Digitized by Google

invicem promitterent. Decretum ibidem, ut ab utroqve VII. designarentur Principes, qvi Dissidia omnino tollere interim anniterentur. A Rege delecti sunt Fridericus, Marchio Brandeb., Johannes Dux Megapol., Otto & Casimirus, Duces Stettinenses, Werslaus & Barnimus Wolgastenses, ac Albertus Comes de Neumgarden. Ab Henrico autem Bernhardus, D. Brunsv. Wilhelmus Lüneburgensis, Ericus Lauenburgicus, Adolphus Com. Schauenb., Ericus Comes de Hoya, & Balthasar Dynasta Vandaliæ. Convenere ex his tempore constituto nonnulli, sed, cum singuli suæ parti in Disceptatione Controversiarum essent addictiores, infecta re paulo post discesserunt. V. Krantzium *l. 8. Dan. c. 5.* & Huitfeldium *P. III. p. 696.*

Eod. A. 1423. Sigismundus Imp., ad Regis atqve Ducum de Slesvicensi Ducatu Dissidia tollenda, illuc misit Henricum (cui Rumpoldi tribuitur Agnomen) Glogoviæ Majoris in Silesia Ducem, & Budissinæ, Gorlicii ac Zittaviæ Præfectum. Cum is Urbem Flensb. esset ingressus, pri-

mo mane Diei seqventis Her
Slesv., Wilhelmus Lüneb., &
Comes Schauenb., eandem,
Præsidiariis, ob præsentiam Ca
seqvestri, nullam metuentibu
nem, manu armata sunt adorti
disjectis, in illam irruerunt. N
ni, subito casu consternati, fu
siverunt. Rumpoldus autem
Armatis obviam progressus,
gationis suæ Principibus expo
cis consilia animos illorum infl
ut, hujus promovendæ ergo, e
pene occupata, retrocederent
gravi & cordata impetravit.
deinde profectus, adhibito in
laborum Episcopo Lubecensi
atqve Henrico Slesvicensi (qve
su ejus, Flensburgi ad Collo
missum, donis afficiebat) per
plenam Controversiæ hujus
potestatem Imperatori, ac sibi
gato, ceu Arbitris Honorariis
ac Inducias ad istam usqve I
utrinqve servatum iri pollicere
gi hanc in rem possunt Literæ,

poldi, tum Erici atqve Henrici, Publicæ, Kal. Jan. A. 1424. Flensburgi scriptæ, ac Sententiæ Budensi, a Sigism. Imp. de Controv. hac eodem A. d. 28. Jun. latæ (qvam Huitfeldius (63.) Latino pariter atqve Danico, Pontanus autem (64.) Latino tantum Idiomate exhibet) verbotenus insertæ. Spem Tranqvillitatis Publicæ, qvæ Patriæ hinc affulgebat, irritam paulo post reddidit inopinatus Rumpoldi (cui Rex Cognatam suam, Principem Pomeranicam, desponsarat), peste eodem A. 1424. defuncti, & Hatherslebiæ ingenti cum pompa sepulti, Excessus. V. Anonymi *Chron. Slavicum, ad A. 1438. perductum, & à Lindebrogio editum, ad A. 1423.* Krantzii, *Sax. l. 10. c. 38., & Dan. l. 8. c. 7.*, Huitf. & Pontanum *locis citatis*, Joh. Petræi *Chron. Holf. p. m. 102. 103.*, & I. Ad. Cypræi *Annales Epp. Slesv. l. 2. c. 21. p. 364. 365.*

Eod. A. 1423. Flensburgi est inchoata, ac Hafniæ finita, Tractatio de fœdere inter Ericum, R. Daniæ, & Civitates Vandalicas, Lubecensem, Rostochiensem, Sundensem, Wismariensem, Lüneburg.,

U 2 Gry-

(63.) *P. III. Chron. Dan. p. 69-6712.* (64.) *Lib. 9. Hist. Dan. p. 571-577.*

Gryphisvv. & Anclamiensem
tanum *l. 9. p. 568.*, & Huitfel
Tabulas Fœderis publicas, Die
desti Hafniæ scriptas, German
P. III. p. 690-695.

Eod. A. 1423. Sigismundus
biter à Danis ac Holsatis, uti d
ctus, Doctorem qvendam Juri
ac Ducem ablegavit, ut Litis
ab utroqve acciperet, & descri
lam Cæsaream deportaret.
Flensburgi exhibuit. Henricus
sua eodem jussus transmittere
Hostilem deferri ea posse nega
gæ autem ostensum ipsi iri pro
tus, hoc Responso offensus, so
Rege protestatione Henricum
insimulavit, ac cum solis Docu
giis ad Imperatorem abiit. V. H
Sax. c. 38., J. Petræi *Chron. Hols.*
P. III. p. 697. & Pontanum *l. 9. p*

XXII. A. 1425., Cum Hen
Slesv., à Sententia Sigismundi
versus se lata, ad Martinum
provocasset, hunc autem Imp.
jam decisam, non pateretur atti

Erici, è Palæſtina reducis,& Henrici Legatos Lubecæ convenit, ut utraqve pars Flenopolin circa Feſtum Jacobi duos Eccleſiaſticos,& totidem Laicos convocaret Principes, Controverſiæ componendæ operam daturos. Si autem ab his Compoſitio fruſtra tentaretur, Arbitros placuit utrinqve eſſe agnoſcendos Magnum Pruſſiæ Magiſtrum (ab Huitfeldio is vocatur *Walraffn ab Hundsback*), & Civitatum Lubec., Roſtoch., Stralſund. ac Wismarienſis Legatos. Verum, ubi ad rem ventum, nihil operæ pretii eſt peractum, qvod Rex, ſententiæ Sigismundi de reſtituendo ſibi Ducatu Slesv. inhærens, pro Feudo eum Gratiæ, Holſati autem pro Hæreditario habendum eſſe contenderent. V. Huitf. *P. III. p. 713.*, & Pontanum *l. 9. p. 578.*

A. 1425. Pet. Figolphus, Presb. Flensburgenſis,& Nicol. Wulfardus, Canonicus Hathersleb., Seqveſtri Bonorum ac Redituum Epiſcopatus Slesvicenſis ſunt conſtituti, donec Controverſia, qvam Henrico à See,ad Epiſcopatum nuper evecto, de Electione illa Petrus, Archiep. Lundenſis, movebat, a Pontifice eſſet deciſa.

U 3 V. Cy-

V. Cypræi *Annales Epp. Slesv.*
362. 363.

A. 1426. Henricus, Dux Slesv
Wildspangienſe, ab Erico in
burgenſi, loco opportuno, ad i
dum Holſatis aditum Civita
tum, cum jactura copiarum ha
Hyberno tempore vi expugna
plurima inde ſuis damna hact
illata, ſolo æqvavit. V. J. Petræ
p. 105. Huitf. *P. III. p. 728*, & Po
p. 585.

XXIII. A. 1427., Primo ve
& Adolphus, Duces Slesvicen
tu ingenti ex ſuis, atqve Auxili
helmi, Ducis Brunsv., Lubec
& Hamburgenſium, Copii
Flenopolin, qva occupata reli
Ducatus Partem haud difficult
ri poſſe ſperabant, obſidione ci
Foſſis ac Aggeribus per Friſio
in caſtra evocatos, circumda
Portum Frater illorum, Gerha
or Lubecenſium, totidem H
um, tribusqve Sundenſium N
licis, aliis item Minoribus qv

ſtipatus, occupavit, & inde Urbem pariter atqve Arcem infeſtavit. Oppugnationi, qvam, ob Tormenta grandiora nondum advecta, differri oportebat, dictus erat Dies Veneris, Feſto Aſcenſionis Dominicæ proximus. Biduo autem, anteqvam is illuceſceret, Milites Hamburgenſes, qvi Cereviſiam, è Patria advectam, & à Ductore ſuo, Joh. Kleitzio ſibi donatam, largius ingurgitaverant, in Caſtris, Nocte Feſtum Aſcenſionis præcedente, tumultuari, ac tela in Hoſtes ignita jaculari cœperunt. Rumor hinc ortus, & a Credulis qvibusdam ad Ducis Henrici Tentorium eſt delatus, in Munitiones Danorum eos jam irrupiſſe. Henricus, gloriam Urbis occupatæ a Sociis ſibi nolens præripi, ac ſuppetias iis laturus, induta, ſed non ſatis firmiter aſtricta lorica, ad Oppidi Propugnacula Pedes accurrit, & impoſitum ſibi eſſe a Rumoris Nunciis, cum nihil illic turbarum obſervaret, deprehendit. Cupidus interim explorandi, qvid Hoſtes molirentur, Scalam, Sepi, qva, foſſam illi cinxerant, robuſtæ acclinatam, inſcendit, fruſtrà dehortante, & Principis eum Titulo ſimul com-

compellante, Henrico Alef●l
Holſato. Miles Danus, qvi intu
bat, gregarius, ubi Principem
Sermone Alefeldii cognovit, la
ſepem, ſubter loricam, in ventre
vulnus ei inflixit lethale. Hoc I
de Scala eſt prolapſus, & eide
adſtantibus, ut in caſtra reporta
poſitus. Verum, anteqvam e
ret, doloris impatientia vertere
denuo in terram procidit, ha
cum Vulneris & Cruciatuum In
Delatus tandem in Tentorium,
rarum aliqvot Intervallum dece
uti præmatura (nondum enim t
Ætatis Annum impleverat), ita
luctuoſa, non Fratribus ſolum &
ſed Ducis etiam Brunsvicenſis F
ipſi erat deſponſata, &, triſti h
accepto, Monaſterium eſt ingre
daver Exanime Monumento
Gentilitio Itzehoæ eſt illatum.
tum Fratris, Adolphus ſupremu
in Milites Imperium ſibi aſſeruit
dionem, qvod Copiæ Urbis L
& Vandalicarum Civitatum A

insuper habitis precibus ac obtestationibus suis, domum remigrarent, solvere est coactus. V. Anonymi *Chronicon Slavicum*, a *Lindebrogio editum*, *Chronicon item Saxoniæ Vernaculum*, *Moguntiæ A. 1492. excusum*, *ad A. 1427*, Krantzii *Saxoniam l. 10. c. 40*, *Daniam l. 8. c. 12. & Vandaliam l. 10. c. 10. & 13*, J. Petræi *Chron. Hols. p. 105. 106*, Huitfeldii *Chron. Dan. P. III. p. 733. 734*. Ad. Tratsigeri *Chron. Hamburgense MStum, ad A. 1427.*, Jac. Meieri *Lib. XI. Annal. Flandr. f. 271. a.*, Joh. Pomarii *Chron. Saxon. p. 468.*, Cyr. Spangenb. *Chron. Schauenb. l. 4. c. 7.*, Joh. Regkmanni *Chron. Lub. l. 2. ad A. 1427.*, Chr. Solini *Chronol. p. 221. & seqq.*, Nic. Heldvad. *Sylvam Chronol. P. I. c. 18. p. 121. 122.* Pontani *Hist. Dan. l. 9. p. 586.*, Dancvv. *Chorogr. Cimbr. P. II. c. 8. p. 106.* & Ant. Heimreichii *Chron. Frisiæ Borealis c. 7. p. m. 155. 156.*

Eod. A. 1427. *Joh. Kleitzen* (65.) Copiarum in Obsidione Flensburgi Hamburgensium, qvæ Cædis Henrici præbuerant Occasionem, Ductor, Patriæqve Reip., juxta

(65.) Ab Autore *Chronici Slavici* vocatur *Joh. Kletzeke*, ab Huitfeldio autem & Pontano (cum Consule Wismariensi, cujus mox fiet mentio, eum confundentibus) *Joh. Bantscherius*.

juxta Chronographum Slavicu
um, Huitfeldium & Pontanu
juxta Tratsigerum autem utrun
tor, cum domum rediisset, C
qvos ad Societatem Gubernati
cæ Senatus nuper admittere e
jussu in Carcerem Maleficorum
ctus. Erant, qvi Proditionis c
destinæ cum Oppidanis Con
accusarent, hujusqve Criminis
nem tormentis admotis ipsi e
sed frustra, conarentur. Rect
gligentiam ejus, nimiam in M
gentiam, ac in Hostibus lacesse
tum enim eum cum suis contra Ca
Autor *Chronici Slavici* & Trat
testantur) Temeritatem repre
Hanc culpam, lata in eum a LX.
sententia, Senatu, ob ἐλευθερ
fenso, connivenre, eodem A.14
sto S. Antonii) in Foro Publico
supplicio. V. *Chron. Slavicum a*
Chron. Saxoniæ Vernac. Moguntinum
A., Krantz. *l. 8. Dan. c. 12. & lib.*
c. 13., Ad. Tratsigeri *Chron. Ha*
A. 1427., Huitfeldii *Chron. Dan.*

Pontanum *l.9. p. 586.*, & Ad. Tratſigeri jun. *Seriem Senatus Hamb. Chronologicam, ad A. 1420.*

Aliarum etiam Urbium Vandalicarum Cives, infelici cum hujus, tum Navalis contra Danos Expeditionis, eandem ſecutæ, Exitu, Literisqve Erici Regis ad ſingulas minacibus, irritati, adverſus Magiſtratus ſuos ſeditioſe inſurrexere. Wismarienſes in Conſules ſuos, Henr. ab Haren & Joh. Banizkovium, gladio animadverterunt: Stralſundenſes totum Senatum Nocte una trucidare voluerunt: Roſtochienſes deniqve IV. Conſules, ob turbas a Plebe excitatas clam e Civitate digreſſos, proſcripſerunt. V. Krantz. *l. 11. Vandal. c. 11. 12. & 13.*, Huitf. *l. c. p. 734. 735.*, & Pontanum *l. c. p. 586.*

A. 1428. Sigismundus Imp. Conſiliarium ſuum, Nicol. Stochium, Jur. Can. Magiſtrum, ad R. Daniæ, Duces Slesvicenſes, & Urbem Lubecenſem, cæterasqve Vandalicas, ablegavit, ut paci inter eos conciliandæ daret operam. Mandata is ſua ſingulis expoſuit, & ad Conventum, Flensburgi *Dominica Lætare* inſtituendum,

dum, eosdem invitavit, Lega
saticis ac Civitatum Salvi Co
teras a Rege obtinuit. Sed hi,
filiis alieni, loco & tempore
non comparuerunt, ac paulo
mariqve summa cum Cæsaris
ne, Bellum continuarunt. A
gationis Stochianæ prolixam e
rationem Huitfeldius *P. III.*
Conf. Pontanum *l. 9. p. 587. 588.*

XXIV. A. 1431., Ipsa *Palmaru*
Urbs Flensburgensis, qvæ ant
nium vi capi non potuerat, a G
Adolpho Holsatis, callido St
ductu Civis Germani, Magis
(*Krantzio teste*) functi, sed a D
rium ejus dedignantibus, non
expulsi, est occupata. Rustic
tus vestes, dum Cives in tem
vacabant, Plaustrum fœno o
Portam (66.) Frisicam advexi
missus, rota avulsa, totum illu
iterum porta posset, evertit.
confestim Milites, qvi in loco

(66.) Eppendorfiana *Daniæ* Krantzii Ed
le substituit.

litescebant, Holsati, ac foro occupato, Cives plerosqve ad Sacramentum Ducibus præstandum compellunt. Qvi in Cœnobium confugerant, aliqvamdiu qvidem restiterunt, sed, cum conclamatum esse viderent, & ipsi fidem ac obseqvia Principibus sunt polliciti. Alii, in Arcem cum Militibus Danicis dilapsi, Præsidiariorum illius Numerum ita auxerunt, ut, Krantzio teste, Millenarium (67.) superaret, Commeatusqve in ea reliqvus tantæ Multitudini diu sustentandæ non sufficeret. Duces, Civitate eodem Astu, qvo Pomerani Oppidum Treptoviense, ab Henrico Megapolitano sibi ereptum, A. 1469. recuperarunt (68.), potiti, de Arce Danis itidem eripienda consilia mox agitare cœperunt. Convocatæ sunt hoc fine Copiæ Lubecensium & Hamburgensium Auxiliares, Tormenta locis idoneis disposita, Machinæ ac Turres Castrenses erectæ, & Mons tandem ipse, cujus Verticem illa occupat, fossa ingenti a Frisiis 800. circumdatus. Omnem tamen hunc Apparatum Loci, Natu-

(67.) CXL. Deditionis tempore tantum fuisse superstites *Chronicon ncerti Autoris Slavicum* testatur. (68) V. Krantz. *l. 12. Vandal. c. 39.*

Naturæ Beneficio munitiſſim
Præſidiariorum Virtus eluſit.
objectu impediri potuit, qvo
Naves Danicæ Commeatum
pia laborabant, obſeſſis appo
jus rei fama ubi in Urbibus Va
crebuit, Naves hæ bellicas com
garunt, portum occupaturas, &
Danis itinere Maritimo ſuppe
tur, prohibituras; id qvod S
acutis, a tergo claſſis ſuæ in p
xis, effectum illæ dederunt.
aſſiduis Hoſtium & terra & m
bus neutiqvam fracti, obſidio
Cibaria, &, his abſumptis, Eqv
num ac Felium carnes, ſuppe
ſemeſtre fere tempus fortiter
Hyeme tandem ingruente, &
petiarum ſpe affulgente, Arce
Die Ægidii (69.), vel, uti alii
dunt, *Feſto Nativitatis Mariæ*,
mis Neceſſitate adacti, tradide
qvam, ut Arma ſibi, ac reliq
ſupellectilem univerſam, aſp
liceret, erant pacti. Occupa

(69.) *Juxta Cypræum.* (70.) *Chronici*
& Heldvaderus.

phus Novis instruxit Munimentis, Præsidioqve illi imposito, Vicinum Castrum Nienhusanum Festo S. Andreæ, Runckhoffense autem (71.) d. 16. Sept. itidem expugnavit, ac solo utrumqve jussit æqvari. V. *Chronicon Incerti Slavicum ad A. 1431.*, Alb. Krantzii *Dan. l. 8. c. 16 & 17.*, *ac Vandaliam l. 11. c. 24*, J. Petræi *Chron. Holf. p. 108. 109.*, Joh. Regkm. *Chron. Lub. l. 2., ad A 1431.*, Ad. Tratsig. *Chron. Hamb. MStum ad A. 1431.*, Cyr. Spangenb. *Chron. Schauenb. l. 4. c. 9.*, Har. Huitf. *Chron. Dan. P. III. p. 761. 762.* Pontani *Hist. Dan. l. 9. p. 593.*, Chr. Solini *Chronol. p. 224. & seqq.*, Heldvad. *Sylv. Chron. P. I. c. 18. p. 122. 123.*, Cypræi *Annal. Epp. Slesv. l. 2. c. 22. p. 373.*, C. Dancvv. *Chorogr. Cimbr. P. II. c. 8. p. 106.* & Ant. Heimreichii *Chron. Fris. Bor. c. 7. p. 156.* In Arcis obsidione disjectum esse fertur a Militibus Templum D. Gertrudis in Suburbio Ramsherdensi, illi vicinum, cujus jam, præter solum Cœmiterium, nulla supersunt rudera. V. *Diss. Beierianam §. 26. p. 34.*

Qvantum vero, ad reliqvam Ducatus Slesv. Partem recuperandam, in hac Urbis

(71.) Huitfeldius illud vocat *Runtoft*.

bis & Arcis Flensb. Occupatio
tum momenti, non Adolphus
vit, suam erga Deum, ob felice
nis Exitum, gratitudinem, 50.
ri, templo Civitatis Nicolaitan
mico accepi, donatis, testatus
iam Eventus ostendit. Be
qvod per annos XXIII. conti
briam pariter atqve Daniam a
rale, uti, ob Flenopolin Dani
ratam, & ab his contra pacta
primum exarsit, ita, post eand
manu ab Holsatis recuperatam
qvievit. Anno enim seqv. 14
Ericum & Civitates Vandalica
nio post, inter eundem atqve
Ducem Slesv. est conciliata, tan
1440. Diuturnum istud de D
Dissidium, Feudo illius Adolp
stophorum III. Bavarum, Eri
Successorem, collato, omn
tum.

XXV. Ab hac Urbis a Duc
stiæ Schauenburgicæ Slesvic
cupatæ Epocha, sive A. 1431.
Geminus Consulum illius, &

rum Tractus vicini Ducalium atqve Regiorum, Catalogus, qvem inter Schedas Parentis mei τῦ μακαρίτυ, *Olai Molleri*, Ædis Nicolaitanæ Antistitis optime meriti, inveni, &, in Idioma Latinum ex Saxonico transfusum, ac Monitis Genealogicis atqve χρονοδεικτικοῖς, *diverso typorum genere*, a me subinde interpolatum, adjiciam. PRÆFECTORUM post A. 1431. Ducalium ac Regiorum hæc est Series:

1. Mart. Jensen; 2. Gerhardus Episcopus, *idem forte cum Gerhardo Præsule Aalburgensi, qvi Ecclesiæ suæ ab A. 1432. ad A. 1445., & diutius, præfuit* (72.); 3. Henr. Remkstorf; 4. Henningus ab Hagen; 5. Gerh. ab Herrberge; 6. Hartvvigus Kule; 7. Bened. ab Alefeld; 8. Henr. Reventlou; 9. Otto Spleeth; 10. Weidige Plate, Consulari etiam Dignitate functus; 11. Godschalcus ab Alefeld; 12. Helmico ab Alefeld; 13. Hartvv. Schinckel; 14. Pet. Pentze; 15. Hartvv. Ranzou, *Filius forte Schackonis, Eqv. Aurati, Dynasta in Schönevveide & Rastorf.* (73.); 16. Paulus Breide; 17. Luderus Ru-

X emhare

(72.) V. Huitfeldii *Chron. Episc. Daniæ p. 108.* (73.) V. Dancvv. *P. III. c. 15. p. 285.*

emhare *vel Rumohr*; 18. Dethl.
Nicol. Rahtlou; 20. Comes
demontanus; 21. Henningus W
Otto Walstorp; 23. Nicol. tho
24. Otto ab Alefeld; 25. Per. a
26. Henr. ab Alefeld; 27. Joac
lovv; 28. Otto Ranzou, *Hen*
Schackonis Nep., Dynasta Bülcken
sis (74.); 29. Lüdde Broders
herdensis; 30. Hansius Johans
Krummendick; 32. Luderus
Henr. Ranzou *circa A. 150*
Dethl. Brocktorf; 35. Nicol.
Melch. Ranzov, *Hansii, Canon*
Toparchæ in Neuenhaus, Fil.,
Schackonis Pronepos, Dynasta
Christiani III. R. Consil. & Aulæ
Præfectusque Flensb. & Femarien
Cælebs A. 1539. (76.) *defunctus,*
Mariani Hafniensis loco, qvi Coro
est destinatus, sepulchrum adeptus.
morte ejus nunciata, gemmam ex

(74.) V. Dancvv. *l. c. p. 285.* (75.)
c. 8. p. 103, ubi ab Henrico hoc suum Præf
Indicem exorditur. (76.) *In hujus lo*
Ranzoviana p. 7., aliiqve, istam secuti, Anm
unt, sed falso, ac inscito Epitaphio Hafnien

Digitized by Google

dixit amisisse (77.); 37. *Casp. Ranzou, Hansii Fil., Melchioris modo laudati Frater, Dynasta Schmolensis, Consil. Regius, A. 1562. (æt. 77.) mortuus, & Hatherslebiæ sepultus* (78.); 38. Ivenus Reventlou, *Dethlevi Fil., Dynastes Rixtorf. & Schönevveidensis* (79.); 39. Casp. Rantzou, num 37. memoratus, iterata vice; 40. Bertramus ab Alefeld, *Nicol. Fil., Benedicti, Præfecti Steinburg., Parens, Eqv. Aur. & Dynasta Lehmkulensis*, (80.); 41. Pet. Rantzou, *Godschalci III., Dynastæ Neuenhofensis, & Consil. Regii, Fil., Danielis, Archistrategi Regii* (81.), *Frater, & Sponsæ ejusdem, Catharinæ a Damme, Maritus, Toparcha in Arensburg, Wammendorf, Troieburg, Schirenseh & Mollendorp, Eqv. Ord. Elephantini, & Friderici II. R. Consil., Natus A. 1538., Superstes A. 1589. Christiano IV. imperante Præfectura se, ob corporis infirmitatem, abdicavit* (82.); 42.

 Gerh.

(77) *V. de eo Geneal. Ranzou. p. 7., Elberfeldii Classes p. 297. 298. (Edit. Stephan.). Dancvv. P. III. Chorogr. c. 6. p 207. & Pet. Resenii Inscript. Hafn. p. 30.* (78.) V. *Geneal. Ranzov. p. 6.*, And. Angeli Holsteinische Adel*Chronica l. 1. p. 134.* & Dancvv. *l. c. p. 207.* (79) V. Dancvv. *P. III. c. 6. p. 208. 209.* (80.) V. Dancvv *l. c. p. 209.* (81.) *Commendatus is est P. I. c. 14. §. 11. p. 235. 236.* (82.) *V. Geneal. Ranzov. p. 11.*, Angelum *l. c. l. 1. p. 143.*, Elverf. *l. c. p. 305. 307. 308.*, Dancvv, *P. II. c. 4. p. 81. 82.*

Gerh. Ranzou, *Henrici Proregis* *stes Breidenburg.*, *Christiani IV. Co* *& Provincialis*, *Præfectus Kroneb* *ac tandem Hatherslebiensis*, *Regius* *bus hisce Vicarius*, *A. 1627.* (*æt. 69* 43. Henr. ab Alefeld, *Dynaste* *mensis*, *Nicolai*, *Toparchæ Gelting.* *II. R. Consil.* (83.); 44. Joh. Civis Flensburg, *Præfecturæ* *aliqvot Annos Administrator*, *à I* *omissus*; 45. Balth. ab Alefeld, *Dynastes in Hilgensted*, *Colmar & I* *Ranzovii*, *Vicarii Regii*, *Gener*, *I* *ca A. 1603. Flensburgensis* (84.); ab Alefeld, *Bened. Fil.*, *Henri* *memorati*) *Frater*, *Dynastes Gelt* *Reg.*, *ac Præfectus Flensb. & Sva* *1606.* (*d. 19. Maji*) *ad Emortualem* *ner Henr. Ranzovii Proregis* (85.) à Qvalen, *Josiæ Fil.*, *Dynastes* *& Nordseensis*, *A. 1606. factus P* *penrad.*, *A. 1609. Præpos. Prezensis* (*Kal. Maji*) *Præfectus Flensb.*,

(83.) V. Dancvv. *P. II. c. 10. p. 150.* (84 *P. III. c. 14. p. 288.* (85.) V. Dancvv. *I* & Heldvad. *P. II. Sylvæ Chronol. p. 299.*

1620. defunctus (86.); 48. Cajus ab Alefeld, Benedicti, *Dynastæ Lehmkulensis & Præfecti Steinburg., Fil., Toparcha in* Sachstorf/ *Colmar, Meelbeck & Eschelmarck, Eqv. Aur., Consil. Regius, & Præfectus ab A. 1621. (d. 14. Maji) Flensburgensis, ab A. autem 1649. Hathersle-biensis (87.)* ⊖ *A. 1671.*; 49. Christianus, Comes a Pentze, *Marqvardi, Præfecti Segeberg., Filius, Præfectus initio Steinburg., & deinde ab A. 1649. ad Emortualem 1652. Flensburgensis (88.)*; 50. Dethlevus ab Alefeld, *Bened. Fil., Dynasta Haseldorfiensis & Haseloviensis, Consil. Reg. & Præfectus Flensb. ab A. 1652. ad A. 1680., qvo dignitate hac se abdicavit. Decessit Hamburgi M. Nov. A. 1686.* 51. Henningus Reventlou, *Dethlevi, Cancell. Regii, Fil., Dynastes Hemmelmarkensis, Consil. Regius, etiamnum superstes.*

XXVI. Consulum, qui ab A. 1431. ad præsentem usqve 1691. Urbi præfuerunt, in eodem Catalogo hæc comparet Series: 1. Sivardus Krock; 2. Ivarus Juel; 3. Pet.

 Ju-

(86.) V. Dancvv. *P. II. c. 6. p. 96. & P. III. c. 6. p. 214.* Heldvad. *Sylb. Chronol. P. II. p. 308.* (87.) V. de eo Dancvv. *P. III. c. 6. p. 209.* (88.) V. Dancvv. *P. III. c. 5. p. 206., & Serm. Funebrem, in Exeqviis ejus a D. Steph. Klotzio habitum.*

Juel; 4. Pet. Achterup; 5. Bartho
terup; 6. Henr. Achterup; 7
Marzen; 8. Niſſenus Berndſen;
Haiſen; 10. Nicol. Schmiter;
dus Boiſen; 12. Weidige Plate, *i*
ctos etiam memoratus; 13. Hayin
ſen; 14. Tordo Jeſſen; 15. Nico
16. Nicol. Brun; 17. Andr. Schm
1503; 18. Arn. Kiſſenbrügge;
Jebſen; 20. Marqv. Holſt, electu
21. Niſſenus Schmid; 22. Wilh.
23. Thom. Jebſen; 24. Barth. H
Franc. Holſte; 26. Ludolphus u
de; 27. Chriſtianus (Karſten)
28. Mart. Schulte; 29. Andr. S
ca A. 1567; 30. Marcus Mandixe
Finck; 32. Pet. Pommereninck,
Conſulari tandem remotus; 33. Gerh
de *Osnabrugenſis*, *electus A. 1577.*,
1592; 34. Dier. Nacke, *Ptochei N*
Nackiani Conditor, *d. 23. Jun. A. 15*
(89.); 35. Marcus Schröder *Kilo*
Aug. A. 1558. natus, *d. 5. Nov. A*
ſul electus, *& d. 25. Jun. A. 1620*
36. Herm. Lange; 37. Gerh. a

(89.) V. Heldvad. *Sylvam Chronol. P. II. p.*

natus A. 1546., Consul electus A. 1598., mortuus d. 24. Sept. A. 1599.; quam præcedente die ejusd. Mensis 23tia secundas celebrare Nuptias constituerat. Scholæ & Pauperibus Bonorum suorum Semissem, sive 12000. Imperiales, moribundus legavit (90.); 38. Joh. Klöcker ☉. *d. 15. Mart. A. 1606*; 39. Henr. a Meerfeld, *Natus d. 12. Jul. A. 1556., Consul electus A. 1607., Defunctus d. 14. Sept. A. 1612*; 40. Christianus Beier *Hatherslebiensis, Natus d. 10. Jun. A. 1574., Consul electus d. 5. Maji A. 1613., Vivis exemptus Nackschoviæ Lalandorum d. 11. Sept. A. 1644*; 41. Jac. a Wetering; 42. Christianus Kallisen; 43. Joh. Boysen *Hatherslebiensis, Natus d. 16. Jan. A. 1559, Consul electus A. 1632, Mortuus d. 9. Jan. A. 1649*; 44 Eberh. Vette *Westphalus, electus A. 1646, mortuus d. 21. Oct. A. 1649*; 45. Thom. a Wetering, *electus M. Majo A. 1649.* ☉. *Sünderburgi A. 1659.*; 46. Otto Beier, *electus A. 1650,* ☉. *A. 1653*; 47. Reinholdus Lange *electus A. 1653,* ☉. *A. 1661*; 48. Henr. Jacobi, *ex Secretario Consul factus d. 7. Dec. A. 1660,* ☉. *d. 29. Apr. A. 1668*; 49. Joh. Müller *Rostoch., I. U. D. ex Acad. Hafniensi, cujus erat Antecessor, ad Consulatum Flensb.*

 avo-

(90.) *Conf.* §. 8.

avocatus, illiq; d. 18. Oct. A. 1661. præfe
Jan. A. 1672; 50. Joh. Lange, *ele*
Θ. A. 1673; 51. Laur. Fauft, *d. 16.*
ad Confulatum evectus; 52. Gerh.
eidem Dignitati A. 1673. admotus.

XXVII. A. 1467. Flenopolin
Cherfonefi hujus Civitatibus,
Com. Oldenb., Partes effe fe
Fratre ejus, Chriftiano I., R. Da
Fefto S. Mariæ occupatam, te
feldius *P. V. Chron. Dan. p. 930.*
credendum, cum alii Hiftori
hac de re taceant, merito dubite
tum, eam, in Conventu Segel
1470. (*D. Jovis poft F. Dionyfii*)
verfus Gerhardum, inter Rege
Provinciales inito, cum aliis
nomen dediffe V. A. Angeli
Chron. l. 1. p. 5. 9.

A. 1482. In Divifione Ducatu
inter Filios Chriftiani I., Joh
Daniæ, & Fridericum, D. Hol
lis Regi eft affignata. V. He
Sylv. Chron. c. 18. p. 128, Dancw.
Ad. Olearii Comp. Chron. Holf. lib. 2.

A. 1483., *Die S. Catharinæ*, C

dinum utriusqve Ducatus Flensburgi, Johannis, Regis Danici, jussu sunt habita, in qvibus initio de confirmandis Ordinum Privilegiis est actum, & postea decretum, ut Regi, ad Æs Parentis alienum dissolvendum, de singulis Jugeribus duo Floreni persolverentur. De his Comitiis ita Barbarus *Chronici Slavici* Autor: *A. 1483. facta est Diæta maxima in Vlendisburg, Catharinæ Virginis, per Regem Daniæ Johannem, præsentibus Civitatibus & tota Militia; Ubi tractatū est de Privilegiis Comitatus & Civitatum, qvæ tamen Rex non sigillaverat, sed in precariis laborabat, ut qvilibet Villanus, vomerem habens, daret duos Florenos, & Intentum obtinuit. Et, omnibus istis Florenis congregatis, irruit Ventus vehemens, a facie Aqvilonis, ita, ut Rex paucos aut nullos videret.* Conf. J. Petræi *Chron. Holst. p. 132.*, & Huitfeld. *P. VI. Chron. Dan. p. 979*, qvi collecta tunc fuisse ait ex Ducatibus 200. Aureorum Millia.

A. 1485., *Die Mercurii post Festum Inventionis S. Crucis, Magna Pars Civitatis tristi, qvod ad ipsam usqve Curiam desæviit,* Incendio est absumpta. V. Huitf. *P. VI. Chron. Dan. p. 979.*

A. 1491. Rex Johannes Civitati peculiare

liare concessit Privilegium, qvo Mercatura, extra ejus Muros, in Præfectura Flensburgensi exerceri est prohibita. Renovatum illud postea est a Christiano II. A. 1522., a Friderico II. A. 1566., & a Christ. IV. A. 1596. V. *Constit. Civitatis Politicam, Tit. 19.*

XXVIII. A. 1507, d. 15. Jun. Flensburgi mortuus est Dethlevus Pogvvisch, Eqv. Holf., Episc. per 8. Annos Slesvicensis. V. Cypræi *Annal. Epp. Slesv. l. 3. c. 4. p. 403.*

A. 1512, d. 22. Nov., ibidem, post Bellum Octennale, Pax inter Johannem, R. Daniæ, & Remp. Lubec., cœterasqve Civitates Vandalicas, opera Joachimi, Marchionis Brandeb., est conciliata. V. I. Petræi *Chron. Holf. p. 139*, & Huitf. *Chron. Dan. P. VI. p. 1081.*

Eodem A. 1512. Comitia Flensburgi a Johanne sunt indicta, in qvibus ab Ordinibus, ut Filio suo Natu Minori, Francisco, Homagium præstarent, postulavit, sed voto excidit. V. I. Petræum *l. c. p. 139.*

A. 1513. *Die S. Lucæ, sive 18. Oct.*, Christiano II. Regi, & Patruo illius, Friderico I., Homagium ab Ordinibus est præstitum Flensburgi, postqvam Privilegiorum illi

suorum

ſuorum Confirmationem ab Utroqve (licet Rex diu tergiverſaretur) impetraſſent. V. I. Petræi *Chron. Holſ. P. IV. p.140.*, Huitf. *P. VII. p. 1102.*, *ac P. VIII. p.1240.*

A. 1522. in Conventibus Flensburgenſi, &, qvi hunc ſecuti ſunt Stenderboenſi ac Bordesholmenſi, Diſſidia, qvæ inter Chriſtianum II. Regem, & Ducem Fridericum, ob Regnorum Provinciarumqve, a Chriſtiano I. relictarum, Diviſionem, ac alias Controvv., erant enata, coram Caroli V. Imp. Legatis, Joachimo, Elect. Brandeb., ejusqve Filio Johanne, Henrico & Alberto, Ducibus Megapolitanis, Bogislao Pomerano, & Henrico Ratzeburgenſi, prolixa Diſceptatione ſunt ventilata, & tandem ab his Mediatoribus qvalitercunqve compoſita. V. I. Petræum *l. c. P. IV. p. 140.*, Huitf. *P. VIII. p.1241-1245*, J. Svaningii Sen. *Chriſtiernum, l. 3. c. 1. & 3. p. 367. & ſeqq.*, *it. p. 431.*, H. Hamelm. *Chron. Oldenb. P. III. c. 5. p. 227. 228.*

A. 1526, d. 26. Jan., Flensburgi in lucem eſt editus Adolphus, Dux Slesvigo-Holſaticus, Friderici I. Regis Filius, Cimbrorum Achilles, ac Lineæ Ducum Gottorpien-

ensium Autor. V. Heldvad. *P. I. p. 131. 132. & P. II. p. 77.*

XXIX. A. 1526. Gerh. Sleevvart, Cœnobii olim Paulini Magdeburg. Monachus (91.), *Dominica I. Adv. sive d. 30. Nov.* Lutheri Doctrinam in Æde Nicolaitana, & postea etiam in Mariana ac Johannæa, publice cœpit proponere, atqve ita Reformationem sacrorum Ecclesiasticam est exorsus. VI. Sacerdotes Romano-Catholici, qvi Marianæ, & totidem alii, qvi Nicolaitanæ Parochiæ hactenus præfuerant, a Magistratu Urbe sunt ejecti. V. Heldvad. *Sylvam Chronol. P. II. p. 78.* Post hanc Reformationis Epocham *Præpositi* Ecclesiarum Flensburgensium *Regii* fuerunt:

1. *Gerh. Sleevvartus* ipse, Past. Nicolaitanus, ab A. 1526. ad Emortualem 1570. A. Dancvverthio (92.) male appellatur *Gerh. Schleffern.*

2. *M. Joh. Meierus* Hamb., Phil. Melanchthonis Auditor, Past. ab A. 1565. Marianus, ☉. d. 4. Aug. A. 1584. æt. 53, cum triduo ante Apoplexia in ipso Ambone Sacro esset correptus. Filios reliqvit Doctissimos, Bernhardum, Ecclesiæ Germanicæ Hafnien-

(91.) Conf. de illo *P. II. c. 4. §. 2.* (92.) *P. II. c. 8. p. 105.*

niensis, Johannem, Husensis, & Dethlevum, Itzehoensis Antistites.

3. M. *Sebast. Schröderus*, ex Scholæ (nostræne an alterius, ignoro) Moderatore Pastor ab A. 1571. Nicolaitanus, & ab A. 1585. Præpositus, ☉. d. 14. Jul. A. 1593. Filium habuit Cognominem, Med. D. & in Patria Practicum.

4. M. *Thomas Schattenberg* Hildesiensis, Scholæ Flensb. ab A. 157.. Rector, Ecclesiæ Marianæ ab A. 1585. Pastor, & tandem ab A. 1593. Præpositus. ☉. d. 15. Jun. A. 1604. A Nicol. Heldvadero (93.) salutatur *Vir Pius, probus atqve Eruditus.* Exstat *Or.* ejus *de Puero Jesu, Filio Dei, Immanuele nostro, in Schola Flensb. A. 1584. recitata*, & Rostochii A. 1585. excusa (94.).

5. M. *Frid. Dame* Holsatus, Proavus meus Maternus, d. 22. Jul. A. 1567. natus, Scholæ Itzehoensis ab A. 1592. Rector, Ecclesiæ Flensb. Nicolaitanæ ab A. 1594. Diaconus, ab A. 1600. Pastor, & tandem ab A. 1604. Præpositus. ☉. d. 18. Dec. A. 1635. Inclaruit tum ex Sacris cum Nic. Tetingio & Jac. Neubauero, qvorum *Parte II.* (95.) facta

(93.) *P. II. Sylvæ Chronol. p. 271.* (94.) *in 4to*
(95.) *Cap. VI. §. 3. & Cap. VII. §. 5.*

facta est Mentio, certaminibus, tum ex Scriptis contra hos Polemicis, aliisqve Latinis pariter atqve Vernaculis, inter qvæ *Libri IV. de Vetere & Novo Homine*, Lubecæ A. 1632. excusi, & a Ministerio Tripolitano (96.) commendati facile eminent. Recensum illorum *Cimbriæ Lit.* reservamus.

6. Joh. Reinbohtius Altenb. Th. D. & Past. simul Nicolaitanus, ab A. 1636. ad 1639. ⊖. Slesvigæ d. 27. Jun. A. 1673. De Vita, Dotibus, Scriptis & Certaminibus illius nonnulla *Parte II.* (97.) jam monuimus, & in *Cimbr. Lit.* fusius commentabimur.

7. *Steph. Klotzius*, Lipstadio Westphalus, Id. Sept. A. 1606. natus, Theol. D., ab A. 1630. Archidiac. Jacobæus Rostochiensis, ab A. 1632. Theol. ibidem Professor, ab A. 1636. Superint. utriusqve Ducatus Cimbrici Regius, ac simul ab A. 1639. Præpositus & Past. Nicolaitanus Flensburgensis, tandem A. 1668. Hafniam ad Consiliarii Ecclesiastici Dignitatem a Friderico III. Rege evocatus, sed, anteqvam eo abiret, Flensburgi

(96.) in der Warnung vor dem Schandbuch *El. Prætorii p. 332.* (97.) *Cap. VII. §. 6.*

burgi d. 13. Maji A. 1668. defunctus. Prolixiorem Vitæ ejus, & Scriptorum, tam Editorum, qvam Ineditorum, Historiam *Cimbria* exhibebit *Literata.* Consuli interea de illo possunt Biographia, Sermoni Vernaculo, in Exeqviis ejus ab Olao Mollero, Parente meo, τῷ μακαρίτῃ, habito, adjecta, & Synopsis hujus Latina, qvam Celeberr. Wittenius *Decadi XII. Memoriæ Theol. Renovatæ* (98.) inseruit.

8. M. *Greg. Michaelis*, Klotzii Gener, ac Christiani Michaelis, Superint. Rostoch., Filius, ex Vicinæ Ecclesiæ Ruralis in *Esgrus* Parocho Pastor ab A. 166-- in Civitate Flensburg. Marianus, ab A. 1668. Nicolaitanus, Præpositus ejusdem ab A. 1668. Regius, & tandem ab A. 1680. Comitatuum Oldenburgici ac Delmenhorstani Superintendens, A. 1686. (æt. 61.) M. Majo defunctus: *Vir* (qvo eum Elogio I. Chr. Rumetschius (99.) merito ornavit) *Variæ Lectionis & haud vulgaris Eruditionis.* Edidit cum alia nonnulla, tum *Curiositates* Jac. Gaffarelli *Inauditas*, Latine a se versas, & No-

(98.) *p. 1615-1621.* (99.) *in Schediasm. de Universali Theologorum Evangelicorum Historia p. 72. 73.*

Notis Doctiſſimis, Hamburgi A. 1676. excuſis, illuſtratas. Inedita reliqvit *Syntagmata de Vexillis* (100.) *atqve Amuletis, Notas ad Chronicon Autoris Incerti Danicum*, & *Tr. de Latronibus cum Chriſto crucifixis, Judaqve Proditore.*

9. *Chriſtianus a Stöcken* Th. D., Rendesburgi d. 15. Aug. A. 1633. natus, Parochus ab A. 1656. Trittovienſis, deinde ab A. 1666. Protecclesiaſtes Auguſti Friderici, Epiſc. Lubec., in Arce Eutinenſi Aulicus, Eccleſiarumqve totius Epiſcopatus Antiſtes, tandem vero ab A. 1677. ad Obitum usqve Superintendens Ducatuum Slesv. & Holſatici Regius, Civitatis Patriæ Paſtor, ac Diœceſeos ejusdē, uti & Segebergēnſis ac Flensb. (cujus Ephoria A. 1680. ei eſt commiſſa), Præpoſitus, d. 4. Sept. A. 1684 (æt. 51.) denatus; Opuſculis Vernaculis Homiletico-Metricis qvamplurimis famam adeptus poſthumam. 10. *Joh. Lyſius* Flensb., Paſt. Marianus, ab A. 1685. Similem huic Catalogum Lutheranorum ab A. 1526. ad hæc usqve tempora in 3. Templis Parochialibus, ac

(100.) Hoc Syntagma A. 1670. jam eſſe excuſum Königius *in Bibl. Vet. & Nova p. 539.* falſo perhibet.

ac Æde S. Spiritus, Ecclesiastarum, Rectorum item atqve Conrectorum Scholæ Publicæ, Chronologica contextum serie, studio brevitatis omittimus.

Annum 1529. nobilitavit Colloqvium cum Melch. Hofmanno Anabaptista Flensburg. de cujus Historia V. *P. II. c. 6. §. 1. & 2.*

A. 1530. Fridericus I., Rex Daniæ, Flensburgensibus Cœnobium, a Minoritis in Civitate illorum exstructum, donavit, ac in Procheum istud mutari est passus. V. Heldvad. *P. II. p. 88.*

A. 1541. natus est Flensburgi, patre Nicolao Johannis, primo Ædis Marianæ Antistite Lutherano, *Nicol. Theophilus*, J. U. D. ex Wilhelmi, Hassorum Landgravii, Consiliario Academiæ Hafniensis Antecessor Primarius, Poeta Elegans ac Ingeniosus, d. 2. Nov. A. 1604. Hafniæ defunctus. Vitam & Scripta ejus recenset Er. Vindingius *in Acad. Regia Hafniensi p. 147. 148. 149.*

XXX. A. 1544., *Profesto D. Laurentii*, Ducatus uterqve inter III. Friderici I. Filios, Christianum III. Regem, Johannem ac Adolphum, Rendesburgi est divisus, & Flenopolis Regiæ Ditioni denuo adjecta. V. Heldvad. *P. I. c. 18. p. 130.*, Dancvv. *P. I. c. 2. p. 5.*,

& Olearii *Comp. Chron. Holſ.l.6.cap.1.pag.90.*

A. 1546., *D. Jovis poſt F. Mich.*, conditum eſt a Naamano Johannis, Cive Flensb., Teſtamentum, cui Schola Publica ſuas debet Origines. V. *§.8. hujus Cap.*

A. 1551. Chriſtianus III., R. Daniæ, Ptochei Flensburgenſis Reditus auxit. V. *Diſſ. Beierianam §. 28.*

Eodem imperante, *Conſtitutio Civitatis Flensb. Politica* (die Polizeyordnung) a Senatu eſt congeſta, & a Rege confirmata. V. *§. 2. hujus Cap.*

A. 1560. Ludolphus Naamani, Minorita, Parentis ſui, Naamani Johannis, Teſtamentum confirmavit, & ad Scholam Publicam aperiendam deſtinavit. V. *§. 8. hujus Cap.*

A. 1561, d. 6. Jan., natus eſt, Patre Jacobo, Cive Flensb., *Thomas Finckius*, Med. D. & in Acad. Hafn. PP. Primarius, §. 7. jam commendatus. V. de illo Th. Barthol. *Ciſtam Med. Hafn., Loculo 57., p. 584-590.*, Er. Vindingii *Acad. Regiam Hafn. p. 160 170.*, Henn. Wittenii *Dec. II. Memoriæ Medicorum Renovatæ p. 189 193.*

A. 1563. Frid. II., R. Daniæ, Ptocheo Flensburgenſi Pagos aliqvot donavit. V. *Diſſ. Beierianam §. 28.*

A. 1564.

A. 1564. Fridericus II., in Conventu Flensburgi instituto, Fatri suo natu minori, Johanni Juniori, Lineæ Holsato-Sünderburgicæ Autori, Alsiam, Arroam, Præfecturam Plönensem, & Cœnobia Arensböckense atqve Reinfeldense, Apannagii instar dedit possidenda. V. Danncvv. *Chorogr. Cimbr. P. I. c. 2. p. 5.*

A. 1565. Pestis sævissima Flenopolin afflixit, & 2500. Homines e medio sustulit, teste MSta Joh. Bernhardi, Præpos. Alsensis, *ad Nic. Theophilum Epistola, hoc ipso A. exarata.*

A 1566. d. 19. Jul. Frid. II. Fundationem Scholæ Publicæ, a Ludolpho Naamani factam, Regio Diplomate confirmavit. *V. §. 8. hujus Capitis.*

A. 1570. Ordini Civitatis Ecclesiastico Controversia intercessit cum Jod. Ducellio, Homine Extero, ob Scriptum Doctrinæ Calvini patrocinans, ab ipso publicatum, teste Johanne Bernhardi, *in Ep. MS. ad Laur. Jacobi, Ecclesiasten Flensb., tunc exarata.*

A. 1575. obiit F. Ludolphus Naamani, Padelecka Frisius, Scholæ Fundator, de qvo *P. II. c. V. §. 3., & P. III. c. 3. §. 8,* est dictum.

A. 1579, d. 5. Jul., Frid. II., R. Dan., in Conventu Flensburgensi (ad qvem Nic. Kaasium, Cancell. suum, ablegarat), Civitati Hamburgensi (cui hactenus, ob Jus Restringendi in Holsatiæ Regiæ Incolas temere A. 1573. sibi vindicatum, fuerat infensus), per Augustum, Saxoniæ Electorem, & Ulricum, Ducem Megapol., denuo est conciliatus, & 30. illius Naves, qvæ integro detentæ erant Sexennio, Lytro 75000. (*uti Dancvverthius*) vel 100000. (*uti Hamelm. tradit*) Imperialium persoluto, dimissæ. V. Hamelm. *Chron. Oldenb. p.* 417., Er. Vindingi *Acad. Hafn. p.* 28. & Dancvv. *P. III. c.* 12. *p.* 260.

XXXI. A. 1581. Flensburgi, per aliqvot Menses Æstivos, in componendis Friderici II. Regis, & Adolphi, Ducis Hols., de Johannis Senioris (*Fratris Adolphi*) Hæreditate Dissidiis, a Legatis Saxonicis, Hassicis & Meclenburgicis est laboratum, & res tandem eo perducta, ut Bona Mobilia soli cederent Adolpho, Ditiones autem relictæ æqva inter utrumqve lance d. 19. Sept. dividerentur. Interfuerunt huic Divisioni nomine Regis Nic. Kaasius, Can-

Cancellarius, Henr. Ranzou, Prorex Cimbricus, Pet. Ranzou, Præfectus Flensb., & Hansius Blume, Præf. Hathersleb., Ducis autem nomine Bened. ab Alefeld, Dynasta Haseldorf., Dethl. Ranzou, Toparcha Kletkampensis, Diet. Blume, Dynasta Hornstorf. & Nic. a Wisch, Toparcha Glasoviensis, illius Consiliarii. V. Elverfeldii *Claff. II. p. H. 4. a.*, Heldvad. *Sylv. Chron. P. II. p. 212.*, Dancvv. *P. II. c. 2. p. 64.*, G. Fournier *Notit. Orbis Geogr. l. 3. c. 13. p. 100.* (ubi falso tradit Johannem fratrem fuisse Christiani II.), Zeileri *Descr. Dan. p. m. 214*, & A. Heimreichii *Chron. Frisiæ Bor. c. 10. p. 240. 241.*

A. 1582. Fridericus II., misso Flensburgum Nic. Kaasio, Cancell. suo, Ditionum, qvæ ex Hæreditate Johannis Senioris sibi cesserant, nonnullas, & in his vicinum Ruris Regii Monasterium, fratri suo, Johanni Juniori, assignavit, qvi, destructo Cœnobio, Arcem condidit Glücksburgensem. V. Heldvad. *l. c. p. 212.*, & Vindingii *Acad. Regiam Hafn. p. 28.*

A. 1589. Scholæ Flensb. Leges à M. Paulo Sperlingio, Rect., sunt publicatæ. V. §. 8.

A. 1590. (*juxta Vindingium*) vel 1591. (*juxta Ranzovium*), *Kal. Sept.*, Christiano IV. Regi ab Ordinibus Ducatuum Homagium Flensburgi est præstitum, V. Henr. Ranzovii *Ep. ad Principem Italum, in Epp. Consol. p. m. 278.*, & Vindingium *l. c. p. 28.*

A. 1594, d. 6. Mart. Christianus IV. Coldingæ Senatui Flensb. Privilegium est largitus, de non provocando a Sententia illius ad Judicium Superius, infra Summam 60. Marcarum Lubecensium. V. *Constit. Civitatis Politicam, Tit. I.*

A. 1595, d. 23. Jun., obiit Diet. Nackius Consul, Ptochei Fundator V. §. *26.*

A. 1598. d. 3. Febr. Scholæ Publicæ (*qvam hoc A., d. 5. Jul. Georg. Calixtus ὁ πάνυ freqventare cœpit*) Fundatio per Sententiam, adversus Hæredes Naamanianos latam, in Supremo Dicasterio Provinciali, Hathersløbiæ a Christiano IV. Rege, & Joh. Adolpho, D. Holst., est corroborata. V. §. *8.*

Annum 1599. nobilitat Meerfeldiana in Scholam & Pauperes Munificentia, de qva v. §. 8. & 26.

A. 1600. Constitutio Civitatis Politica, olim sub Imperio Christiani III. conscripta, a Se-

a Senatu eſt reviſa, mutata, & multis in locis aucta, a Chriſt. IV. Rege autem d. 14. Jan. confirmata. V. §. 2. *hujus cap.*

A. 1622. Ordini Civitatis Eccleſiaſtico Controverſia interceſſit cum Hartvv. Lohmanno Secretario, & Nic. Tetingio Cive, Errorum Fanaticorum Patronis. V. qvæ de illa narravimus *P. II. c. 6. §. 3. & 4.*

A. 1626. Controverſia de Merito Reſurrectionis Chriſti inter M. Frid. Damium Præpoſitum & M. Jac. Neubauerum Conrectorem eſt enata. V. de illa *P. II. c. 7. § 5.*

XXXII. A. 1627. Urbs a Ferdinandi II. Imp. Copiis eſt occupata, Ædesqve Civium in Daniam, Lubecam ac aliorſum dilapſorum, partim dirutæ, partim male habitæ ac labefactatæ. V. Dancvv. *P II. c. 8. p. 106.*

A. 1634., M. Oct., qvo Cataclyſmus ingens Strandiam, aliasqve Cherſoneſi hujus Provincias, Oceano Germanico vicinas inundabat, Aqva in Portubus Cimbricis, e Mari Balthico derivatis, imprimis Flensburgenſi, pene evanuit, ac diſparuit, & circa Feſtum denium D. Martini eosdem denuo occupavit.

Flensburgi etiam Terræ Motus in Platea Ramsherdensi tunc est observatus, Solumqve subsedisse, & Ædificia nonnulla Rimis haud exiguis fuisse deformata, animadversum. V. Pauli Waltheri *Sermonem de hoc Cataclysmo, c. 2. § 7. laudatum*, Ant. Heimreichii *Chron. Frisiæ Bor. c. 10. p. 479. 480.*, & Anonymi *Narrat. MS. de Dithmarsiæ Borealis Inundatione, A. 1634. facta.*

A. 1643. d. 12. Dec., Sveci, Duce Leonh. Torstensohnio, in Chersonesum nostram irruperunt, ac d. 17. ejusd. Mensis Flenopolin occuparunt, gravissimisqve deinde, per aliqvot Annos, onerarunt tributis. Torstensohnius ipse d. 6. Jan. A. 1644. eam est ingressus, sed, mox a prandio, Hathersslebiam perrexit.

A. 1646. Comitia Flensburgi Provincialia a Christ. IV. Rege sunt indicta, & in iis de Patriæ Defensione consultatum. V. J. Pet. Lotichii *Tomum V. Theatri Europæi p. 1025. 1042.*

Eod. A. 1646. Fridericus III., Christiani IV. Filius, & paulo post Successor, Archiepiscopatu Bremensi a Svecis privatus, Glückstadio Flensburgum se contulit, sedem-

demqve Aulæ ſuæ in Arce vicina elegit. V. Lotich. *l. c.*, Dancvv. *P. I. c. 2. p. 6. & P. II. c. 8. p. 105.*

Eod. A. 1646, d. 18. Apr., Chriſtianus V. Friderici III. Fil., Monarcha h. t. Danorum Auguſtiſſimus, primam in Arce Flensburgenſi lucem aſpexit.

A. 1647. Fridericus III. Concilii, cui Cimbriæ Regiæ Gubernatio commiſſa eſt, Illuſtris, & Dicaſterii ejusdem Supremi, Sedem conſtituit Flenopolin noſtram; unde Utrumqve poſtea, Friderico, ad Regnum adeundum, Hafniam A. 1648. digreſſo, per Chriſtianum, Comitem a Ranzou, Proregem Cimbricum, Tychopolin eſt translatum. V. Dancvv. *l. c. p. 6. & 105.*

XXXIII. A. 1648. d. 6. Oct., Ordines Utriusqve Ducatus, in Curia Flensburgenſi, Friderico III. Regi Homagium præſtiterunt. V. Anonymi kurtzen Bericht von dieſer Huldigung / und deren Solennitäten (Glückſt. *1648. in 4to*), & D. Steph. Klotzii, Superint. Regii, *Acclamat. Votivam*, eod. A. publicatam. Coronationem illius Hafnia, Regni Danici Metropolis, ſpectavit.

A. 1655. Fridericus III. ſævitiam peſtis,

qvæ in Dania grassabatur, evitaturus, Flensburgum Aulam suam transstulit.

A. 1657. Sveci Civitatem denuo occuparunt, & damnis haud exiguis affecerunt. Major tamen fuit Militis Fœderati (Cæsarei, Polonici & Brandeburgici, A. 1659. Svecos subsecuti), qvam Hostilis, Licentia, & in Sociis vexandis, Tributisqve Urbis Nostræ & reliqvæ Cimbriæ Habitatoribus extorqvendis, Insolentia & Immisericordia.

A. 1658., M. Junio, ipse Rex Sveciæ, Carolus Gustavus, Flensburgi aliqvamdiu substitit, & ab hujus Ministris ibidem cum Legatis Brandeburgicis (Ottone, L. Bar. a Schvverin, & Dan. Weymanno I. U. D.), de componendis Controversiis, inter Regem ac Electorem exortis, per aliqvot dies, sed frustra, est tractatum. V. Geminam de Disceptatione ista Relationem, qvæ A. 1658. (101.) a Svecis sub hoc edita est Titulo: Relation von dem / was zwischen Ihrer Königl. Majestät zu Schweden Deputirten / und den Brandenburgischen Abgesandten / im Monat Junio A. 1658., zu Flenßburg ist vorgelaufen.

A. 1674

(101.) *in 4to.*

A. 1674. Antonia Bourignon, Mulier Fanatica, Husio in Civitatem hanc se contulit, Erroresqve in illa suos disseminare incassum est conata. V. qvæ *P. II. c. 6.* §. 7. hanc in rem jam sunt allata.

CAPUT IV.

De Civitatum in Tractu Chersonesi hujus Slesvicensi Ducalium Historiæ Scriptoribus, & Juribus Municipalibus.

§. I.

Adolpho, primo Inclytæ Ducum Holsato-Gottorpiensium Lineæ Conditori, A. 1544., in Ultima Chersonesi nostræ Divisione Rendesburgensi, e Ducatus Slesv. Urbibus possidendæ cesserunt Slesviga, Apenrada, Eckernforda, Husa & Tonninga. Accesserunt illis postea, A. 1581., ex Hæreditate Fratris ipsius, Johannis Senioris, Tundera, & hoc seculo Fridricopolis, a Belgis ob Arminii Doctrinam Exulibus circa A. 1620. cœpta exstrui. Has inter Locus merito Princeps debetur SLESVIGÆ, cum ob Antiqvitatem, qva reli-

reliqvas omnes & Ducatus Slesv., & Holsatiæ, Urbes exuperat, tum ob Prærogativam, qvam assidua illi Principum Patriæ, per 8. jam secula, & qvod excurrit, Præsentia conciliavit. Exstat Descriptio illius Vernacula non inelegans (kurtze Beschreibung der Alten Stadt Sleswig in Cimbrica Chersoneso, nebst Succession der Hertzogen und Bischöffe zu Sleswig; aus allerhand Documenten zusammengefasset), a NICOL. HELDVADERO nostro (1.) concinnata, Typisqve Slesvicensibus A. 1603. (2.) excusa, ac A. 1615. & 1673. (3.) recusa. Ædes illius Cathedralis magnifica Monumentis superbit Sepulchralibus, non Episcoporum tantum, sed Regum etiam aliqvot Danicorum, ac Ducum Holsaticorum. E qvibus Oldenburgicos, ad A. usqve 1604. istic sepultos, recensent HERM. SCHRöTERI Husensis, Basilicæ hujus ad A. usqve Emortualem 1605. (4.) Ecclesiastæ, *Chronodisticha de Excessu illorum Anno, Mense atqve Die paucula*, seorsim

(1.) V. de illo *P. I. c. 7. §. 6. p. 122. 123. 124.* (2.) *in 4to.* (3.) *in 8vo.* (4.) In Heldvaderi *Sylva Chronol. P. I. p. 52.* per Incuriam Typographi, substituitur A. 1665.

ſim A. 1604. Slesvigæ (5.) edita, & ab Heldvadero, cum *Deſcriptioni Civitatis*, modo laudatæ (6.), tum *Parti Sylvæ Chronol. Priori* (7.), inſerta. Scholæ Publicæ, Ducum Sereniſſimorum, & Venerabilis Canonicorum Collegii, Auſpiciis ſæpius renovatæ atqve inſtauratæ, Faciem & Inſtituta exhibent: 1. M. MICH. STANHUFII Würtzburgenſis, Canonici Slesvic., ac Ordinis ſui Senioris (d. 7. Mart. A. 1608. defuncti), Scriptum *de Scholæ Slesvicenſis Inſtauratione*, A. 1557. impreſſum (8.); 2. *Lycæum Cathedrale apud Slesvicenſes, Rectore HENR. KOLERO Jenenſi, Kal. Jan. A. 1651. apertum & inſtauratum, Lectionum Claſſicarum Deſignationem, cum Legibus Scholaſticis, continens* (9.); 3. M. GEORG. HENR. BURCHARDI, ejusdem non ita pridem Moderatoris, *Liber, Index Operarum Scholaſticarum Scholæ Cathedralis Slesvicenſis, juſſu Chriſt. Alberti, D. Holſ., reſtauratæ*, A. 1682. (10.) publicatus. Gymnaſium, qvod ibidem A. 1576. Adolphus, Dux Holſato-Got-

(5.) *in fol.* (6) *p. F. 1. a.* (7.) *c. 10. p. 50. 51. 52.* (8.) *in 8vo: teſte Catalogo Biblioth. Sperlingianæ.* (9.) *Slesvigæ A. 1651. in 4to,* (10.) *Slesvigæ in fol.*

Gottorpiensis, aperuit, vix qvadrienni, unius spatio floruit, ac A. 1580, ob Beneficiorum, qvibus Juventus Studiosa ad illud freqventandum potuisset allici, defectum, expiravit. Professores ejus ab Adolpho erant designati, ac otium suum Juventutis Institutioni jussi impendere, Basilicæ Slesvicensis Canonici, & hos inter, Hier. Cypræus, primus ejusdem Rector, D. Paulus ab Eitzen & Cæso ab Eminga, Groningensis, Theologi, Paulus Cypræus, JCtus ἐξοχώτατος, ac, qvem paulo ante laudabamus, Mich. Stanhufius, Autor Syntagmatis *de Meteoris* Bipartiti, Wittebergæ A. 1562. excusi (11.). Jus suum Municipale Slesviga circa A. 1156. obtinuit a Svenone III sive Gratteheide, Daniæ Rege, Direptionem ejus, paulo ante a Milite suo factam, & inde ortum Mercaturæ Decrementum, Beneficio hoc solari aliqvatenus ac resarcire conato (12.). Divulgavit illud, rogatu Civium, MStis aliqvot sedulo collatis, e sua A. 1534. (13.) Officina, Idiomate Saxonico, WOLTHERUS BRENNER, Typogr.

(11.) V. de hoc Gymnasio Heldvaderi *Sylvam Chronol.* P. II., ad A. 1576., p. 202. (12.) V. Cypræi *Annales Episc. Slesv.* l. 1. c. 25. p. 173. 174. (13.) *in 4to.*

pogr. Slesvicensis. E cujus Editione altera, qvæ Typis Wegnerianis A. 1603. (14.) ibidem prodiit, verbotenus est expressa.

II. Inter Arcis GOTTORPIENSIS, Ubi Slesvicensi vicinæ, & per tot jam Secula a Cimbricis inhabitatæ Principibus, Ornamenta potiora eminent Bibliotheca Locupletissima, & Illustre, qvod Enckhusano Bernh. Paludani, Doctoris Medici, suas debet Origenes, Incrementa autem Friderici IV., & Christiani Alberti, Ducum, Magnificentiæ, Rerum Naturalium atqve Artificialium Musæum. Bibliothecæ (a Duce Sereniss. Joh. Adolpho, A. 1606. conditæ, a Filio ac Nepote subinde amplificatæ, & ab Inclytis Aulæ Gottorp. Ministris, Joh. Wovverio & Andr. Ulckenio Supellectilis suæ Librariæ Dono auctæ) Catalogi aliqvot exstant, sed hactenus Inediti. Novum jam, istisqve longe accuratiorem, nisi fallor, molitur Præfectus illius, ob Doctrinam multiplicem, Judicium exqvisitum, Humanitatem summam, aliasqve Dotes eximias, Cimbriæ ac

(14.) *in 4to.*

ac Seculi nostri Luminibus accensendus, J. NIC. PECHLINUS, Principis sui Consil. & Archiater, Virorumqve Celeberrimorum, Chytræi, Henr. Lindebrogii, Ad. Olearii & Marqv. Gudii, in Palatii hujus Phœbei Ephoria Successor. Qvi, ut publicam, beneficio Viri nobis Amicissimi, Lucem aliqvando aspiciat, & Cimbris suos etiam fuisse, ac etiamnum esse Osymanduas, Philadelphos, Polliones, Octavios, Trajanos, Orbi Literato ostendat, serio optamus. Pinacothecæ, & Admirandorum qvæ in illam, non ex Patria solum, & Regionibus Europæis, sed Provinciis etiam Asiæ, Africæ atqve Americæ, alio sub sole calentibus, confluxere, Naturæ ac Artis Operum, Rarissimorumqve Antiqvitatis κειμηλίων, Descriptionem debemus Elegantem ac Curiosam AD. OLEARIO, Præfecto illius, Aulæ Gottorpiensis Ulyssi, & *Plinio* (qvo J. Dan. Major (15.) eum ornat Elogio) *Holsatiæ Meritissimo.* Seorsim illa prodiit Slesvigæ A. 1666. (16.) & auctior postmodum A. 1674. ibidem (17.), cum

(15.) *in Memoriali Anatomico-Miscellaneo, Observ. III. §. 14.* (16.) *in 4to obl.* (17.) *in 4to.*

cum *Chronici Holsatici Compendio*, est recusa, Tituloqve seqventi Hominum Curiosorum Oculos ad sui Lectionem invitat: Gottorfische Kunstkammer / darinnen allerhand ungemeine Sachen / so theils die Natur / theils künstliche Hände / hervorgebracht und bereitet / auß allen 4. Theilen der Welt zusammen getragen / mit behörigen Kupfern gezieret seyn und beschrieben (18.). De VALLO, cujus Rudera in Vicinia Arcis GOTTORPIENSIS supersunt, DANORUM admirabili, ad intercludendum Gentibus Exteris Ducatus Slesv. ac Daniæ aditum, Godefridi Regis, Carolo M. συγχρόνȣ, jussu, a Mari Balthico ad Oceanum usqve Germanicum perducto, a Thyra autem Anglica (Gormonis Vidua), Waldemaro I. ac Margareta Nigra refecto ac instaurato, consuli merentur Diatribæ Eruditæ, qvas J. Ad. Cypræus *Annalibus Episc. Slesv.* (19.), & Steph. Joh. Stephanius suis *in Lib. Saxonis Xmum Annotationibus* (20.), intexuerunt.

III. APENRADENSIS *Oppidi*, in

(18.) Libris Latinis Scriptum hoc male accensetur in Georg. Abr. Merclini *Lindenio Renovato p. 9.* (19.) *Lib. 1. c. 10. p. 62-68.* (20.) *p. 199. 200. 201.*

Domesticis Seculi XII. Annalibus ad A. 1148. jam memorati, *Descriptionis* Vernaculæ Mentio in Codicum Bibliothecæ Gottorp. Ineditorum Catalogo, sed absqve Judicio Autoris, occurrit. ECKERNFÖRDÆ, Seculo XIV. paulo antiqvioris, Incolæ Jure Slesvicensium Municipali, Danckwerthio (21.) teste, utuntur. Recordor tamen Hafniæ, dum Bibliothecam qvandam Privatam perlustrarem, MStum qvoddam vernaculum Oculis se meis obtulisse, cui Titulus erat præfixus **des Eckernförder Stadt-Buchs**. Qvod an diversum fuerit a Jure Slesvicensi, definire jam neqveo. TONNINGA, Eiderstadiæ Metropolis, Jure gaudet Proprio, qvod, a Philippo, Duce Holst., A. 1589. impetratum, Frater ejus, Joh. Adolphus, A. 1590. auxit (22.), & *Juri Eiderstadiæ Provinciali*, Slesvigæ A. 1591. (23.) edito, jussit subjungi.

IV. HUSA, cujus prima ad A. 1410. Mentio apud Historicos nostrates, Danckwerthio, Consule illius, non diffitente, occurrit, in Civitatum Ordinem A. 1582. demum

(21.) *P.II. Chorogr. c.1.p.55.* (22.) V. Heimreichii *Chronicon Fris. Borealis, c.14. p.363.* (23.) *in 4to.*

mum a Duce Adolpho est evecta, & postmodum A. 1608. a Filio ejus, Joh. Adolpho, Jure donata Municipali, Slesvigæ eod. A. (24.) cum hac excuso Inscriptione: Gerichts-Ordnung und Stadt-Recht/ welches wir Hertzog Joh. Adolph unserer Stadt Husum aufs neue gegeben. Cui jungi debet Constitutio Tutelaris, huic Civitati propria, itidem, uti relatum mihi est, impressa. Historiam Oppidi exhibent JAC. SACHSII Eiderstadiensis, illius ab A. 1586. ad Emortualem 1616. Diaconi, *Annales Husenses*, qvi ab Heimreichio (25.) allegantur, Inediti. Templi Parochialis Fata, & Ministrorum illius Lutheranorum Recensum, sistunt Prolegomena, qvæ M. MART. HOLMERUS Slesvicensis, per Annos 34. ejusdem Parochus (A. 1685. defunctus), *Sermoni Sacro (ex Amos. VII. 4. 5. 6.)* Vernaculo, *de Templi Husensis Incendio, d. 27. Apr. A. 1669. exorto* (26.), præfixit. Omissum ab eo miror M. Theodoricum Pistorium, qvem *primum Ecclesiam Husensem a Sordibus Papisticis purgasse, & Sudo-*

(24.) *in 4to.* (25.) *in Chronico Dithmarsico, & Catalogo Autorum, illi præfixo.* (26.) Excusus est Sermo ille Slesvigæ A. 1669. *in 4to.*

re Anglico decessisse, Filius Johannes, primus Eiderstadiæ Præpositus, in *Epist. ad Ulr. Syadonis* A. 1559, scripta (27.), testatur. Ordinis in Civitate hac Ecclesiastici *de S. Cœna Confessio*, a Pet. Bockelmanno Pastore (illius haud dubie Autore), Joh. Rischmanno & Autore Rosa, Diaconis, ac Volqvardo Ingvari, Scholæ Rectore, subscriptione sua munita, inter *Ecclesiarum Saxonicarum de Eucharistia Confessiones*, a Joach. Westphalo, Superint. Hamb., collectas, ac Magdeburgi A. 1557. (28.) editas, una cum Bockelmanni de eodem Articulo ad Westphalum Epistola, occurrit (29.). Recentioris adversus Ant. Bourignoniam, Errores suos Husæ disseminantem, Scripti Inediti *Parte II.* (30.) facta est Mentio. Scholæ Publicæ οἰκονομίαν & Instituta complectuntur: 1. JOH. OLDENBURGII, illius ab A. 1573. Rectoris, & postmodum Ecclesiæ ad Emortualem usqve 1605. Diaconi (*Dexterrimi teneræ Ætatis*, Herm. Lathero (31.) teste, *Informatoris*), *Designatio Classium, Lectionum*

(27.) Inedita hæc cum aliis ejusd. Autoris, in Biblioth. Axeniana servatur. (28.) *in 8vo.* (29.) Confessio scilicet *Lit. R. 5. R. 6. R. 7.*, Epistola autem Bockelmanni *Lit T. 1. T. 2. T. 3.* (30.) *Cap. VI.* §. 7. (31.) *in præf. Tr. de Censu*

num & Exercitationum Latinæ & Græcæ Lingvæ, nec non Artium Logicarum, quæ in V. Classibus Ludi Husensis proponuntur, jussu Scholarcharum Slesvigæ A. 1588. (32.) edita; 2. *Directorium, h. e. Didactice, & Lectionum Elenchus, pro S. P. Q. Husensis recens amplificata Schola, jussu Superiorum, cum Legum Scholasticarum Mantissa*, Hamburgi A. 1632. (33.) divulgata; Libellus Anonymus, Autorem agnoscens M. GOTHOFR. BECKERUM, Ludi istius ab A. 1632., per Lustra qvatuor, & qvod excurrit, Moderatorem.

V. De TUNDERENSI Civitate, ab Abele, Duce Slesv., & postea Rege Danico, A. 1243. Jure Lubecensi donata, nihil mihi hactenus Scriptorum occurrit, præter ANDREÆ cujusdam AMDERI, Scholæ Publicæ, ni fallor, Rectoris, *Mortalitatem Tunderæ Immortalem* (die Tunderische unsterbliche Sterbligkeit) Slesvigæ (34.) excusam, Partibusqve duabus (qvarum Ima A. 1649., altera autem A. 1675. prodiit) Epitaphia, memoriæ Incolarum ejus ab Autore consecrata, exhibentem. FRIDERICOPOLIN, recens conditam, Poematio

(32.) *in 4to.* (33.) *in 4to.* (34.) *in 4to.*

tio Heroico, sub *Auspicii Fridricopoleos* Titulo A. 1632. (35.) impresso, celebravit JOH. NARSIUS Dordracenus, ex Ministro Ecclesiæ Graviensis Arminiano Med. D., & Justitiæ tandem in India Orientali Præfectus (36.), Poëta Scribax, de cujus Versibus minus cultis *παῤῥησιαστικὸν* Casp. Barlæi, *in Epist. ad Autorem* (37.), Judicium legi meretur. Privilegia, qvæ a Friderico IV., Duce Holsato-Gottorpiensi, Batavi Exules, illius Conditores, impetrarunt, ab his Idiomate patrio circa A. 1620. (38.), sub hoc Titulo, sunt publicata: Octroy van syne F. Gn. den Hertoogh von Sleswig Holsteen / ten versoocke en Dienste van die van de Remonstrantische Gereformeerde Religion, om te hebben veylighe Woonplaetse / met vry ghebruyck haerer Religie ouder syne F. Gn. ghebend / in een seecker Plaetse van een Nieuwe Stadt / by haer te bouwen: Met Verklaringe van den Anfang / Middelen en Nutbarheyden desselfs / en de Gelegenheit darvan. Jus ejus Municipale

(35.) *in forma patenti.* (36.) V. G. I. Vossii *Epistolas, num. 272. p. 276.* (37.) V. Barlæi *Epistolas p. 129. 130.* (38.) *in 4to.*

cipale, cum adjecta Constitutione de Rebus Politicis (Stadtrecht und Policeyordnung)/ A. 1633 prodiisse (39.), Henr. Giesebertus (40.) testatur. De cœteris, qvæ supersunt, Oppidis Insularum, ad Ducatum Slesvicensem pertinentium (*Femariæ*, *Alsiæ*, *Arroæ*), Minoribus & Obscurioribus, Burga, Sünderburga, Hartzköpingia, nec seorsim qvisqvam est commentatus, nec nobis, ad finem Schediasmatis hujus aspirantibus, jam licet esse sollicitis.

(39.) *in 4to.* (40.) *in Præfat. Periculi I. Harmoniæ Statutorum Practicæ.*

ISAGOGES
ad
Hiſtoriam
CHERSONESI
CIMBRICÆ
PARS QVARTA
&
ULTIMA;
ſive
INTRODUCTIO
ad
Hiſtoriam Ducatus Holſatici, & Provinciarum atqve Urbium illius, Lubecenſis imprimis atqve Hamburgenſis, Particularem.

CAP. I.
De
HOLSATIA ſtricte dicta,
Urbibusqve & Monaſteriis hujus Celebrioribus, Academia item Kilonienſi, ac Gymnaſio Bordesholmenſi, & Monumentis, qvæ illorum Hiſtoriam illuſtrant, Literariis.

§. I. HOL-

§. I.

OLSATIAM, Partem Imp. Romani Nobilissimam, & versus Septentrionem Extremam, *Flumina*, uti Chr. Kellinghusius (1.) canit,

- - - fertilibus circumdant qvatuor undis:
Claudit ad occasum Solis Stora, claudit ad ortum
Piscosis Billena vadis, Aqvilonis ad oras
Eidora, nimbosum sed terminat Albis ad Austrum.

In Nominis ejus Etymo definiendo Autt. Vetusti pariter atqve Recentt. discrepant. Qvi Vulgatam, Duce Adamo Bremensi, seqvuntur Opinionem, Nomen Holsatorum Sylvarum Incolas (Holtzsassen) significare, ac inditum iis esse contendunt, qvod (*Kellinghusii hic Metris denuo utor*) Regio illorum

Amadidis abducta locis, terraqve palustri,
In virides saltus, nemorosaqve rura recedat.

Si *Chronici Saxonum* Vernaculi, Moguntiæ, A. 1492. excusi, Compilatorem audias, Saxones a Cultris ingentibus (den Sacken)

 & *Sa-*

(1.) *L. 1. de Rebus Gestis Joh. Ranzovii, p. A. 4. a.*

& *Saxis*, qvibus Thuringos profligarunt, Holsati autem a Sylva Albi vicina, in qva Majores eorum, Piratica infames, cum fluvium hunc Navibus essent ingressi, primum consederunt, sunt appellati. Casp. Dancvverthius (2.), qvi, Physicam Orphei ac Thaletis de Aqva, prima Rerum omnium Materia, Hypothesin, ab Helmontio, Boylio, Schirlæo & Dav. Beckio nuper recoctam, in foro Grammatico-Philologico secutus, pleraqve Locorum Chersonesi nostræ Nomina Propria ab ista derivat, hic etiam a Sylvis ad flumina digreditur, & Holsatiam Alstriæ, Fluvio non ignobili, suam debere Appellationem comminiscitur. Nobis probabilior Sententiis hisce omnibus videtur Conjectura, *Parte I.* (3.) allata, de Nomine Holsatiæ (Holsten) a Gente Saxonum, cujus sedes illa fuit Antiqvissima, derivando, & ex vocibus duabus Olt Sassen coagmentato. Proprium illud olim fuit soli Holsatiæ stricte dictæ, ac Præfecturas Rendesburgensem, Hanroviensem, Kiloniensem, & Bordesholmen-

(2.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 2. pag. 169.* (3.) *Cap. III. §. 3. p. 18.*

menſem, cum Parte Steinburgenſis, complectenti. Poſtea vero Amplior ei paulatim Significatio cœpit attribui, & Provinciæ etiam finitimæ, Stormaria, Wagria, ac Dithmarſia, ſub eodem comprehendi, ab A. imprimis 1474., qvo Fridericus III. Imp. qvatuor iſtos *Saxoniæ Veterum Tranſalbianæ*, ſive Nordalbingiæ, Comitatus, communi *Ducatus Holſatici* Titulo donatos, Chriſtiano I., R. Daniæ, ceu Feudum Imperii Romani, contulit. Qvo Significatu Latiori, ſi qvis, Cæſaris Autoritatem, & Vulgatam loqvendi Conſvetudinem, ſecutus, delectetur, reprehenſionem haud incurret. Neutiqvam autem pari modo ſunt excuſandi Hiſtorici Cimbriæ haud incelebres, Elverfeldius, Angelus, Solinus, Olearius, qvi, ad Slesvicenſem etiam Ducatum Holſatiæ Nomen extendere, in Librorum ſuorum Inſcriptionibus, cum Vulgo noſtro auſi, Scriptoribus Exteris ejusdem Erroris præbuerunt occaſionem (4.). Nos in Schediasmate hoc, Antiqviori inhærentes Nordalbingiæ Diviſioni, de IV. illius Partibus, Holſatia, Wagria, Stormaria & Dithmar-

(4.) *Conf. P. I. c. I. §. 2. p. 2. 3.*

marsia, ordine commentabimur, & Archiepiscopatus Hamburgensis, Episcopatusqve Lubecensis, Mentionem. Tractationi de Wagria ac Stormaria Compendiariæ suo loco intexemus.

II. Inter Holsatiæ, significatu acceptæ angustiori, Civitates Regiæ annumerantur Ditioni ITZEHOA & RENDESBURGA. De illa, qvoniam Steinburgensi vulgo Præfecturæ accensetur, in Isagoge ad Stormariæ Historiam dicemus. Hæc Urbs fuit jam olim munitissima, & Christiani V., Monarchæ Augustiss., Auspiciis, ut Patriæ universæ posthac sit propugnaculum, ante biennium denuo cœpta est ampliari, novisqve Munimentis exornari. Veteres *Reinholdesburgam* appellant, & primam illius circa Seculi XI. ac XII. Confinia mentionem injiciunt. De Origg., Fatis ac Incrementis illius legi meretur CASP. SAGITTARII, PP. Jen., *Historia Inclytæ Civitatis Holsatiæ Rensburgi*, a GEORG. FRIDERICO EGGERS, Cive ejus, A. 1684. (5.) in Acad. Salana publicata atqve defensa.

III.

(5.) *in 4to.*

III. Principes Holſato-Gottorpienſes cultu obſeqvioſo veneratur Civitas KILONIENSIS, cui, incertum qvo tempore conditæ, Adolphus IV., Com. Holſ., Juris Lubecenſium Municipalis Uſum Seculo XII. conceſſit. *Deſcriptionem ejus & Tractus adjacentis*, ſed mere Topographicam, non Hiſtoricam, Anno Academiæ Natali 1665., Juſſu Ducali Slesvigæ (6.), ſub *Kilonii, Novi Holſatiæ Parnaſſi* titulo, edidit CÆSO GRAMMIUS Tonningenſis, Primus Phyſ. & L. Gr. ad A. usqve Emortualem 1673. ibidem Interpres, & Academiæ, cum vivis excederet, Prorector. *Floram Cimbricam, ſive Plantarum, circa Kilonium, & in Locis Holſatiæ vicinis, naſcentium, Catalogum* J. DAN. MAJOR, Med. PP. A. 1666. in *Primæ Anatomes Kilonienſis Hiſtoria* eſt pollicitus, &, triennio poſt, Obſervationes aliqvot de Littoris Kilonienſis Vegetabilibus, Foſſilibus atqve Aqvatilibus Curioſas *Memoriali* Anatomico-Miſcellaneo inſeruit. *Plantarum circa Kiliam naſcentium Scrutinium Tripartitum* JOH. etiam LUDOV. HANNEMANNUS, Phyſiologiæ

(6.) *in 4to.*

giæ Interpres, uti video, promittit (7.).

IV. Illustre & hujus Civitatis, & Cimbriæ reliqvæ, Ornamentum est Academia, d. 5. Oct. A. 1665. a Christ. Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, illic erecta, & tantam jam Celebritatem isto 5. lustrorum Intervallo consecuta, ut cum longe Antiqvioribus de palma qveat contendere. Doctores ejus Publici hactenus fuerunt:

In ORDINE THEOLOGICO:

1. *Pet. Musæus*, Langenvviesa Schvvarzburgicus, miræ Accurationis Theologus, ab A. 1665.; ☉. d. 20. Dec. A. 1674.
2. *Christ. Kortholt* Femariensis, Scrutator Antiqvitatis Ecclesiasticæ, & Ergodioctes Praxeos Christianæ indefessus, ab A. 1665.
3. *Paulus Sperling* Jun. Hamb. Senex ob Canitiem & Merita in Juventutem Cimbricam Venerabilis, ab A. 1665. ☉. d. 27. Apr. A. 1679. (8.).
4. *Matthias Wasmuht* Kiloniensis, Hodegus τῶν φιλεβραίων Celeberrimus, Theol. PP. Ex-

(7.) *in Præf. Methodi cognoscendorum Vegetabilium*

(8.) *Conf. de illo seqv.* §. 7.

PP. Extraord. ab A. 1671., Ordinarius ab A. 1676. ☉. d. 18. Nov. A. 1688.

5. *Christoph. Franckius* Norib., Vindex Doctrinæ Sacræ judiciosus atqve dexterrimus, ab A. 1674.

6. *Joh. Frid. Mayer* Lipsiensis, Antistes Jacobæus Hamb., Hyperaspistes Doctrinæ Lutheranæ contra Pontificios Celebris, Theol. PP. Kilonii Honorarius ab A. 1688.

7. Henr. Opitius Altenb. ab A. 1689.

In ORDINE JURIDICO.

1. *Ericus Mauritius* Jun., Itzehoensis, Mystarum Themidos nostra ætate πολυμαθέστατος, & Doctorum Juris Publici Antesignanus, ab A. 1665. ad 1671., qvo Cameræ Imperialis factus est Assessor.

2. *Henr. Michaelis* Jun., Lubecensis, ab A. 1665 ad A. 1667., qvo ad Syndicatum Reip. Patriæ est avocatus. ☉. d. 13. Jan. A. 1678.

3. *Sam. Rachelius* Dithmarsus, Interpres Juris Nat. Dexterrimus & φιλοσοφικώτατος, ab A. 1666. ad A. 1678., qvo a Christ. Alberto, Duce Holsato-Gottorpiensi, in Consiliariorum numerum

rum est adscitus, & Eiderstadiæ præfectus.

4. *Sim. Henr. Sannemann* Hannoveranus, ab Anno 1666, ad A. circiter 1670., qvo in Patriam abiit.

5. *Joh. Schwvenck*, Gardinga Eiderstadiensis, ab A. 1666. ad A. 1670., qvo Hamburgum discessit.

6. *Magnus Wedderkopf* Husensis, ab A. 1670. ad 1677., qvo ex Academia in Aulam Holsato-Gottorpiensem, cui etiamnum est ornamento, transiit.

7. Nicol. Martini Megapolitanus, Antecessor jam Primarius, ab A. 1671.

8. *Bernh. Schultze* Bremensis, Juris PP. Primarius & Acad. Procancellarius, ab A. 1674. ☉. d. 30. Dec. A. 1687.

9. *Joh. Phil. Rosmann* Itzehoensis, Juris PP. Extraord., & Acad. Secretarius, ab A. 1672. ☉. d. 20. Jun. A. 1680.

10. Sam. Reyher Schleusingensis, non Astrææ solum Mysta, sed Matheseos etiam Doctor, & Naturæ Scrutator plane eximius, Juris PP. Extraord. ab A. 1673, Ordinarius ab A. 1684.

11. Sim. Henr. Musæus, Pet. Fil., Rinteli-

teliensis, PP. Extraord. ab A. 1682.

12. Elias Augustus Strykius, Marchicus, PP. Extraord. ab A. 1689.

IN COLLEGIO MEDICO.

1. *Casp. Marchius* Stettinensis, Magni Nominis Chymiater, ab A. 1665. ad A. 1673., qvo ad Archiatri Dignitatem à Frid. Wilhelmo, Elect. Brandeb., est avocatus. ☉. Berolini A. 1677.

2. Joh. Dan. Major Uratislaviensis, Vir Ingenii Acerrimi, Novorum Inventorum feracissimi, ac in Encyclopædia Universa uti versatissimi, ita ἀλλοπρόσαλλος; ab A. 1665.

3. *Joh. Nicol. Pechlin*, Lugduno-Batavus, Medicus vere χαριέστατος, &, ob insignem Literarum Elegantiorum pariter atqve sublimiorum peritiam, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ab A. 1673. ad 1685. In Aula jam Gottorpiensi degit, Sereniss. Principis, Christiani Alberti, Consiliarius, Archiater & Bibliothecarius.

4. N. Waldschmid Marpurgensis, hoc A. 1691. Professioni admotus.

In ORDINE PHILOSOPHICO.

1. *Dan. Georg. Morhofius* Wismariensis, J. U. D., Poly-

Polyhiſtor in Ornamentum Seculi natus, & irreparabili cum ejusdem detrimento d. 30. Jul., hoc ipſo A. 1691, Lubecæ denatus, Eloqv. & Poeſ. PP. ab A. 1665., Hiſtoriarum autem ab A. 1672.

2. *Mich. Watſonus*, Stolpa Pomeranus, Th. D., Hiſt. PP. A. 1665. conſtitutus, & eodem A. d. 5. Dec. mortuus.

3. *Cæſo Grammius* Tonningenſis, Med. D., Phyſ. & L. Gr. PP. ab A. 1665. ☉. in Rectoratu Academico d. 21. Sept. A. 1673.

4. *Matth. Waſmuht.* Kilonienſis, Th. D., LL. Or. PP. ab A. 1665. ad 1676.

5. Sam. Reyher Schleuſingenſis, J. U. D., Math. PP. ab A. 1665.

6. *Chriſtoph. Franckius* Norib., Th. D., Log. & Metaph. PP. ab A. 1666. ad 1674.

7. *M. Nicol. Mauritii*, Itzehoenſis, Eth. PP. ab A. 1666. ad A. circiter 1670.

8. Nicol. Martini Megapol. J. U. D., Polit. PP. ab A. 1666.

9. *Ad. Tribbechovius* Lubecenſis, Th. D., Hiſtoricus atqve Theologus Excellens, ac Antiqq. imprimis Eccleſiaſticarum peritiſſimus, Hiſt. PP. ab A. 1666.

1666. ad 1672., qvo Ernesti Pii, Ducis Saxo-Gothani, factus est Consil. Ecclesiasticus, nec multo post Superint. Generalis. ☉. d. 17. Aug. A. 1687.

10. *Alex. Car. Curtius*, Jur. & Med. D., L. Gall. & Ital. PP. Extraord. ab A. 1666.

11. *Christ. Ravius*, Berolinensis, LL. Or. PP. Extraord. circa A. 1669. & 1670. ☉. in Acad. Viadrina d. 21. Jun. A. 1677.

12. *Georg. Ern. Heldberg*, Cella Lüneburgicus, Th. D., Log. PP. ab A. 1675. Ethices ab A. 1672. ☉. d. 31. Dec. A. 1688.

13. Joh. Lud. Hannemann Ostfrisius, Med. D. Phys. PP., ab A. 1675.

14. *Henr. Opitius* Altenb., L. Gr. PP. ab A. 1675., Orientalium autem ab A. 1678. ad 1689.

15. Joh. Clausenius Kiloniensis, Metaph. PP. ab A. 1676

16. *M. Dan. Hasenmüller*, Eutinensis, L. Gr. PP. ab A. 1682., Oratoriæ Sacræ ab A. 1688., Lingg. Orientalium ab A. 1689. ☉. A. 1691.

17. *Joach. Justus Breithaupt* Nordhemiensis, Oratoriæ S. PP. ab A. 1684. ad A. 1686. Theologiæ nunc est Professor, & Ministerii Senior, in Civitate Erfurtensi.

18. *M. J. Georg. Wasmuht*, Orat. S. PP. ab A. 1687. ☉. d. 26. Apr. A. 1688.

19. M. Georg. Pasche Dantiscanus, Eth. PP. ab A. 1689.

V. Historiam fundatæ A. 1665. hujus Academiæ satis prolixam exhibet Syntagma, ab ALEX. JUL. TORQVATO a Frangip., Barone in Novy, Chiliarcha Svedico, A. 1666., Typis Slesvicensibus (9), sub hac publicatum Inscriptione: *Academiæ, in Cimbrica Chersoneso a Friderico, D. Hols., meditatæ, & a Christ. Alberto, Filio ejus, Kilonii fundatæ, Inaugurationis Panegyrica Descriptio.* Sistit illud Lectori: 1. Icones Fundatorum, ac Tabb. XXIII. Æneas, Inaugurationis Pompam delineantes; 2. Torqvati *de Cimbris eorumqve Fortitudine & Rebus Gestis*, Prolegomena; 3. Ejusd. *Declamatt. Panegyricas* in laudes Fundatorum, ac Leopoldi Imp. Historiã simul Fundationis atq; Inaugurat. cum Ferdinandi III. Imp. *Diplomate & Legg. Academicis*, continentes; 4. Joh. Reinbohtii, Aulæ Gottorp. Archi-Theol. Sermonem Sacrũ Vernaculum, ipso Academiæ Natali ex Sap. VI. 27. habitum; 5. Joh. Ad. Kielmanni, Legati in Actu hoc Cæsa-

(9.) *in fol.*

Cæsarei, *Oratiunculas* II., eodem die recita-
tas; 6. Pet. Musæi, C. Kortholti, Er. Mau-
ritii, C. Marchii, Mich. Watsoni &. D. G.
Morhofii, Professorum, Panegyricos in
laudem Academiæ ac Fundatorum Inau-
gurales, d. 6. Oct. pronunciatos; 7. Frid.
Jessenii, Parochi Kiloniensis, *Sermonem*
Vernaculum Eucharisticum, Dom. XX. post
F. Trinit. (e Matth. XXI. 1-10.) habitum
(10.). 8. Morhofii Odas, in Actu Inaugu-
rationis decantatas, Modisqve Musicis
Aug. Pflegeri, Phonasci Ducalis, ornatas;
9. *Applausus Votivos* Joach. Pastorii, J. Mich.
Dilherri, Henr. Meibomii, Nic. Martini,
Ad. Tribbechovii, Burch. Niederstadtii,
Mich. Kirstenii, Henr. Mühlphortii, Ad.
Olearii & G. H. Burchardi, maximam
Partem Metricos; 10. Musophili (i. e. *Tor-
vati ipsius*) *Visionem Jovialem* Metrico-Pro-
saicam, ejusdē cum Applausibus argumen-
; 11. Morhofii *Descriptionem Actorum Pri-
mæ Promotionis Academicæ*, d. 22. Jan. A.
1666. in omnibus Facultatibus institutæ
(11.); 12. Primum Lectionum Academica-

 rum

(10.) Seorsim is prodiit Kilonii A. 1666. *in fol.* (11.) Seorsim etiam prodiit Kilonii *in fol.*

Qvatuor Adalberonis, de Cœnobii hujus Reditibus ac Decimis, Diplomata, A. 1136., 1141. 1143. & 1146. scripta, Qvintum item de Præpositura Vicelino A. 1142. collata, ac Unicum Hartvvigi I., qvo is A. 1164. Privilegia, ab Adalberone, Antecessore suo, illi data, confirmavit, ex MSto Bibliothecæ Hamb., qvod vidi, Antiqvo ab ERP. LINDEBROGIO, *in Privilegiorum Ecclesiæ Hamb. Collectione*, Scriptorum Historiæ Septentrionalis Germanicæ Syntagmati, A. 1609. Francofurti excuso, inserta, luce publica sunt donata (16.). HELMOLDI etiam & ARNOLDI Lubecensis *Chronicon Slavorum* multa habet, Originum & Incrementorum ejus Historiam illustrantia.

VII. A. 1332. Collegium hoc Monasticum, a Præposito illius, Henrico Svvineborch Lubecensi, una cum Ossibus Vicelini, Neomonasterio BORDESHOLMIAM est translatum, &, cum Annos illic 233. floruisset, A. 1566. (qvo Johannes Senior, Dux Holsr. Cœnobium, a Præposito Marqv. Stammero à Schonenhorst, ac reliqvis Fratribus, desertum, in Gymnasium

(16.) *p. 173-179. 189.*

um Alumnorum Ducalium, gratis & istic, & in Academiis, sustentandorum, Illustre mutavit) penitus tandem exstinctum. Gymnasium istud, qvod multos Cherso-neso huic Viros dedit Eruditos, Belli Cæsarei Tempestate A. 1627. est disturbatum, sed a Frid. IV., D. Holsato-Gottorpiensi, octennio post (A. 1635.) instauratum. Nostra tandem illud ætate A. 1665. omnino expiravit, ac Reditus ejus a Christ. Alberto, Friderici Filio, Novellæ Academiæ Kiloniensi sunt attributi. Inedita circumfertur Historia illius pariter atqve Monasterii Vernacula, Luce Publica non indigna, qvam MART. CORONÆUS Jun., Kiloniensis, ex Alumno ejus, ac per Annos complures Æedituo, vicinæ Ecclesiæ Flintbeckensis Parochus, ad A. 1637. perduxit, & hoc Titulo insignivit: *Antiqvitates* des Klosters Bordesholm/ darinn beschrieben wird desselben *Fundation*, und geistliche *Personen*, so demselben im Pabstthum / und nach der Reformation gedienet/ ingleichen die Amptleute und Schulbedienten von A. 1566., und andere merckwürdige Dinge. Exhibebo ex Libello isto Rectorum, eorundemqve Pastorum Gymnasii

 mnasii

Qvatuor Adalberonis, de Cœnobii hujus Reditibus ac Decimis, Diplomata, A.1136., 1141. 1143.& 1146. scripta, Qvintum item de Præpositura Vicelino A.1142. collata, ac Unicum Hartvvigi I., qvo is A. 1164. Privilegia, ab Adalberone, Antecessore suo, illi data, confirmavit, ex MSto Bibliothecæ Hamb., qvod vidi, Antiqvo ab ERP. LINDEBROGIO, *in Privilegiorum Ecclesiæ Hamb. Collectione*, Scriptorum Historiæ Septentrionalis Germanicæ Syntagmati, A. 1609. Francofurti excuso, inserta, luce publica sunt donata (16.). HELMOLDI etiam & ARNOLDI Lubecensis *Chronicon Slavorum* multa habet, Originum & Incrementorum ejus Historiam illustrantia.

VII. A. 1332. Collegium hoc Monasticum, a Præposito illius, Henrico Svvineborch Lubecensi, una cum Ossibus Vicelini, Neomonasterio BORDESHOLMIAM est translatum, &, cum Annos illic 233. floruisset, A. 1566. (qvo Johannes Senior, Dux Holſ. Cœnobium, a Præposito Marqv. Stammero à Schonenhorst, ac reliqvis Fratribus, desertum, in Gymnasium

(16.) p. 173-179. 189.

um Alumnorum Ducalium, gratis & istic, & in Academiis, sustentandorum, Illustre mutavit) penitus tandem exstinctum. Gymnasium istud, qvod multos Chersoneso huic Viros dedit Eruditos, Belli Cæsarei Tempestate A.1627. est disturbatum, sed a Frid. IV., D. Holsato-Gottorpiensi, octennio post (A.1635.) instauratum. Nostra tandem illud ætate A. 1665. omnino expiravit, ac Reditus ejus a Christ. Alberto, Friderici Filio, Novellæ Academiæ Kiloniensi sunt attributi. Inedita circumfertur Historia illius pariter atqve Monasterii Vernacula, Luce Publica non indigna, qvam MART. CORONÆUS Jun., Kiloniensis, ex Alumno ejus, ac per Annos complures Æedituo, vicinæ Ecclesiæ Flintbeckensis Parochus, ad A.1637. perduxit, & hoc Titulo insignivit: *Antiqvitates* des Klosters Bordesholm/ darinn beschrieben wird desselben *Fundation*, und geistliche *Personen*, so demselben im Pabstthum / und nach der Reformation gedienet/ ingleichen die Amptleute und Schulbedienten von A. 1566., und andere merckwürdige Dinge. Exhibebo ex Libello isto Rectorum, eorundemqve Pastorum Gy-

Qvatuor Adalberonis, de Cœnobii hujus Reditibus ac Decimis, Diplomata, A.1136., 1141. 1143.& 1146. ſcripta, Qvintum item de Præpoſitura Vicelino A. 1142. collata, ac Unicum Hartvvigi I., qvo is A. 1164. Privilegia, ab Adalberone, Anteceſſore ſuo, illi data, confirmavit, ex MSto Bibliothecæ Hamb., qvod vidi, Antiqvo ab ERP. LINDEBROGIO, *in Privilegiorum Eccleſiæ Hamb. Collectione*, Scriptorum Hiſtoriæ Septentrionalis Germanicæ Syntagmati, A. 1609. Francofurti excuſo, inſerta, luce publica ſunt donata (16.). HELMOLDI etiam & ARNOLDI Lubecenſis *Chronicon Slavorum* multa habet, Originum & Incrementorum ejus Hiſtoriam illuſtrantia.

VII. A. 1332. Collegium hoc Monaſticum, a Præpoſito illius, Henrico Svvineborch Lubecenſi, una cum Oſſibus Vicelini, Neomonaſterio BORDESHOLMIAM eſt translatum, &, cum Annos illic 233. floruiſſet, A. 1566. (qvo Johannes Senior, Dux Holſ. Cœnobium, a Præpoſito Marqv. Stammero à Schonenhorſt, ac reliqvis Fratribus, deſertum, in Gymnaſium

(16.) *p. 173-179. 189.*

um Alumnorum Ducalium, gratis & istic, & in Academiis, sustentandorum, Illustre mutavit) penitus tandem exstinctum. Gymnasium istud, qvod multos Cherso-neso huic Viros dedit Eruditos, Belli Cæsarei Tempestate A.1627. est disturbatum, sed a Frid. IV., D. Holsato-Gottorpiensi, octennio post (A.1635.) instauratum. Nostra tandem illud ætate A. 1665. omnino expiravit, ac Reditus ejus a Christ. Alberto, Friderici Filio, Novellæ Academiæ Kiloniensi sunt attributi. Inedita circumfertur Historia illius pariter atqve Monasterii Vernacula, Luce Publica non indigna, qvam MART. CORONÆUS Jun., Kiloniensis, ex Alumno ejus, ac per Annos complures Æedituo, vicinæ Ecclesiæ Flintbeckensis Parochus, ad A. 1637. perduxit, & hoc Titulo insignivit: *Antiqvitates* des Klosters Bordesholm/ darinn beschrieben wird desselben *Fundation*, und geistliche *Personen*, so demselben im Pabstthum / und nach der Reformation gedienet/ ingleichen die Amptleute und Schulbedienten von A. 1566., und andere merckwürdige Dinge. Exhibebo ex Libello isto Rectorum, eorundemqve Pastorum Gymnasii

Polyhiſtor in Ornamentum Seculi natus, & irreparabili cum ejusdem detrimento d. 30. Jul., hoc ipſo A. 1691, Lubecæ denatus, Eloqv. & Poeſ. PP. ab A. 1665., Hiſtoriarum autem ab A. 1672.

2. *Mich. Watſonus*, Stolpa Pomeranus, Th. D., Hiſt. PP. A. 1665. conſtitutus, & eodem A. d. 5. Dec. mortuus.

3. *Cæſo Grammius* Tonningenſis, Med. D., Phyſ. & L. Gr. PP. ab A. 1665. ☉. in Rectoratu Academico d. 21. Sept. A. 1673.

4. *Matth. Waſmuht*. Kilonienſis, Th. D., LL. Or. PP. ab A. 1665. ad 1676.

5. Sam. Reyher Schleuſingenſis, J. U. D., Math. PP. ab A. 1665.

6. *Chriſtoph. Franckius* Norib., Th. D., Log. & Metaph. PP. ab A. 1666. ad 1674.

7. *M. Nicol. Mauritii*, Itzehoenſis, Eth. PP. ab A. 1666. ad A. circiter 1670.

8. Nicol. Martini Megapol. J. U. D., Polit. PP. ab A. 1666.

9. *Ad. Tribbechovius* Lubecenſis, Th. D., Hiſtoricus atqve Theologus Excellens, ac Antiqq. imprimis Eccleſiaſticarum peritiſſimus, Hiſt. PP. ab A. 1666.

1666. ad 1672., qvo Ernesti Pii, Ducis Saxo-Gothani, factus est Consil. Ecclesiasticus, nec multo post Superint. Generalis. ⊖. d. 17. Aug. A. 1687.

10. *Alex. Car. Curtius*, Jur. & Med. D., L. Gall. & Ital. PP. Extraord. ab A. 1666.

11. *Christ. Ravius*, Berolinensis, LL. Or. PP. Extraord. circa A. 1669. & 1670. ⊖. in Acad. Viadrina d. 21. Jun. A. 1677.

12. *Georg. Ern. Heldberg*, Cella Lüneburgicus, Th. D., Log. PP. ab A. 1675. Ethices ab A. 1672. ⊖. d. 31. Dec. A. 1688.

13. Joh. Lud. Hannemann Ostfrisius, Med. D. Phys. PP., ab A. 1675.

14. *Henr. Opitius* Altenb., L. Gr. PP. ab A. 1675., Orientalium autem ab A. 1678. ad 1689.

15. Joh. Clausenius Kiloniensis, Metaph. PP. ab A. 1676

16. *M. Dan. Hasenmüller*, Eutinensis, L. Gr. PP. ab A. 1682., Oratoriæ Sacræ ab A. 1688., Lingg. Orientalium ab A. 1689. ⊖. A. 1691.

17. *Joach. Justus Breithaupt* Nordhemiensis, Oratoriæ S. PP. ab A. 1684. ad A. 1686. Theologiæ nunc est Professor, & Ministerii Senior, in Civitate Erfurtensi.

18. *M. J. Georg. Wasmuht*, Orat. S. PP. ab A. 1687. ☉. d. 26. Apr. A. 1688.

19. M. Georg. Pasche Dantiscanus, Eth. PP. ab A. 1689.

V. Historiam fundatæ A. 1665. hujus Academiæ satis prolixam exhibet Syntagma, ab ALEX. JUL. TORQVATO a Frangip., Barone in Novy, Chiliarcha Svedico, A. 1666., Typis Slesvicensibus (9), sub hac publicatum Inscriptione: *Academiæ, in Cimbrica Chersoneso a Friderico, D. Holf., meditatæ, & a Christ. Alberto, Filio ejus, Kilonii fundatæ, Inaugurationis Panegyrica Descriptio.* Sistit illud Lectori: 1. Icones Fundatorum, ac Tabb. XXIII. Æneas, Inaugurationis Pompam delineantes; 2. Torqvati *de Cimbris eorumqve Fortitudine & Rebus Gestis*, Prolegomena; 3. Ejusd. *Declamatt. Panegyricas* in laudes Fundatorum, ac Leopoldi Imp. Historiã simul Fundationis atq; Inaugurat. cum Ferdinandi III. Imp. *Diplomate & Legg. Academicis*, continentes; 4. Joh. Reinbohtii, Aulæ Gottorp. Archi-Theol. Sermonem Sacrũ Vernaculum, ipso Academiæ Natali ex Sap. VI. 27. habitum; 5. Joh. Ad. Kielmanni, Legati in Actu hoc

(9.) *in fol.*

Cæsa-

Cæsarei, *Oratiunculas* II., eodem die recitatas; 6. Pet. Musæi, C. Kortholti, Er. Mauritii, C. Marchii, Mich. Watsoni & D. G. Morhofii, Professorum, Panegyricos in laudem Academiæ ac Fundatorum Inaugurales, d. 6. Oct. pronunciatos; 7. Frid. Jessenii, Parochi Kiloniensis, *Sermonem Vernaculum Eucharisticum*, Dom. XX. post F. Trinit. (e Matth. XXI. 1-10.) habitum (10.). 8. Morhofii Odas, in Actu Inaugurationis decantatas, Modisqve Musicis Aug. Pflegeri, Phonasci Ducalis, ornatas; 9. *Applausus Votivos* Joach. Pastorii, J. Mich. Dilherri, Henr. Meibomii, Nic. Martini, Ad. Tribbechovii, Burch. Niederstadtii, Mich. Kirstenii, Henr. Mühlphortii, Ad. Olearii & G. H. Burchardi, maximam Partem Metricos; 10. Musophili (i. e. *Torquati ipsius*) *Visionem Jovialem* Metrico-Prosaicam, ejusdē cum Applausibus argumen-; 11. Morhofii *Descriptionem Actorum Primæ Promotionis Academicæ*, d. 22. Jan. A. 1666. in omnibus Facultatibus institutæ (11.); 12. Primum Lectionum Academica-

 rum

(10.) Seorsim is prodiit Kilonii A. 1666. *in fol.* (11.) Seorsim etiam prodiit Kilonii *in fol.*

rum *Catalogum*; 13. Pet. Musæi, primi Pro-Rectoris, Programma ad capessendos Honores Academicos invitans; 14. Morhofii *Strenas Poëticas, sub initium Anni 1666. Principi, Patronis ac Professoribus Academiæ distributas*; 15. P. Musæi, E. Mauritii, C. Marchii, & D. G. Morhofii *Oratt.* in prima Promotionis Actu recitatas, & 16. deniqve Morhofii *Vota Pythagorica, XVI. Candidatis Sacra.* Breviorem Inaugurationis Historiam sistit Narratio Anonymi Vernacula Kilonii A. 1665. (12.) excusa: Eigentl. Bericht von den Processionen, so bey der Inauguration der Kielischen Academie sind gehalten. *Memoriam Horti Medici, A. 1669. a se initiati,* Epigraphe ingeniosa (13.) atqve erudita celebravit Primus illius Præfectus, J. DAN. MAJOR. Candidatorum, qvotqvot Honores Academicos ab A. 1666. ad A. 1672 obtinuerunt. Indicem PET. MUSÆUS suo *de Comitiva Pro-Rectoris Kiloniensis Palatina Programmati* eodem A. 1672. subjunxit Panegyricum in laudem Acad. Novellæ Hebræum d. 11. Dec. A. 1666. publice recitavit THOM. TROSTIUS Lubecensis, Ju-ven

(12.) *in 4to.* (13.) *Kil. 1669. in fol.*

venis Φιλανατολικόγλωττος, A. seqv. 1667. in patria defunctus. An editus is sit, dubito. Impressum tamen prostat MATTH. WASMUHTII *Programma*, qvo ad audiendum illum Cives Academicos invitavit, sesqvipedale, qvod Controversiæ de Codicis Hebræi Integritate, inter eum ac H. Conringium, magna utrinqve animi impotentia, agitatæ, primam præbuit Occasionem.

VI. Inter Monasteria Holsatiæ eminent PREZENSE Monialium Ord. Benedictini (14.), & NEOMONASTERIENSE sive BORDESHOLMENSE Monachorum Familiæ Augustinianæ. Hoc a S. VICELINO, primo ejus Præposito, & postea Episcopo Aldenburgensi, in Vico, qvi a Venedis olim *Faldera* & a Saxonibus Wippendorp vocabatur, nunc autem eodem cum Cœnobio Nomine Vernaculo (Neumünster) gaudet, A. 1125. (15.), Adalberonis, Archiep. Hamb. & Brem., suffragio accedente, est fundatum, Ossaqve ipsius, A. 1154. defuncti, in eodem sepulta.

(14.) De hoc Capite seqventi commentabimur. (15.) Juxta Alb. Stadensem, & Inscriptionem Monasterii Bordesholmensis. Danewerthius mavult A. 1127.

Qvatuor Adalberonis, de Cœnobii hujus Reditibus ac Decimis, Diplomata, A. 1136., 1141. 1143. & 1146. scripta, Qvintum item de Præpositura Vicelino A. 1142. collata, ac Unicum Hartvvigi I., qvo is A. 1164. Privilegia, ab Adalberone, Antecessore suo, illi data, confirmavit, ex MSto Bibliothecæ Hamb., qvod vidi, Antiqvo ab ERP. LINDEBROGIO, *in Privilegiorum Ecclesiæ Hamb. Collectione*, Scriptorum Historiæ Septentrionalis Germanicæ Syntagmati, A. 1609. Francofurti excuso, inserta, luce publica sunt donata (16.). HELMOLDI etiam & ARNOLDI Lubecensis *Chronicon Slavorum* multa habet, Originum & Incrementorum ejus Historiam illustrantia.

VII. A. 1332. Collegium hoc Monasticum, a Præposito illius, Henrico Svvineborch Lubecensi, una cum Ossibus Vicelini, Neomonasterio BORDESHOLMIAM est translatum, &, cum Annos illic 233. floruisset, A. 1566. (qvo Johannes Senior, Dux Holsi. Cœnobium, a Præposito Marqv. Stammero à Schonenhorst, ac reliqvis Fratribus, desertum, in Gymnasium

(16.) *p. 173-179. 189.*

um Alumnorum Ducalium, gratis & istic, & in Academiis, sustentandorum, Illustre mutavit) penitus tandem exstinctum. Gymnasium istud, qvod multos Chersoneso huic Viros dedit Eruditos, Belli Cæsarei Tempestate A. 1627. est disturbatum, sed a Frid. IV., D. Holsato-Gottorpiensi, octennio post (A. 1635.) instauratum. Nostra tandem illud ætate A. 1665. omnino expiravit, ac Reditus ejus a Christ. Alberto, Friderici Filio, Novellæ Academiæ Kiloniensi sunt attributi. Inedita circumfertur Historia illius pariter atqve Monasterii Vernacula, Luce Publica non indigna, qvam MART. CORONÆUS Jun., Kiloniensis, ex Alumno ejus, ac per Annos complures Æedituo, vicinæ Ecclesiæ Flintbeckensis Parochus, ad A. 1637. perduxit, & hoc Titulo insignivit: *Antiqvitates* des Klosters Bordesholm/ darinn beschrieben wird desselben *Fundation*, und geistliche *Personen*, so demselben im Pabstthum / und nach der Reformation gedienet/ ingleichen die Amptleute und Schulbedienten von A. 1566., und andere merckwürdige Dinge. Exhibebo ex Libello isto Rectorum, eorundemqve Pastorum Gy-

mnasii Catalogum, Obſervationibus meis diverſo Typorum genere adjectis, illuſtratum:

1. M. Simon Brandes Hugonotta, *ſive Calvinianus, ab A. 1566. ad A. 1591., qvo, ob Doctrinam de Perſona Chriſti ac Prædeſtinatione Heterodoxam, in publicis propoſitam Concionibus, coram Joh. Adolpho Principe accuſatus, Dimiſſionem petiit & impetravit.* 2. Virgilius Rohtfeld, *Roslavia Stolbergicus, A. 1559. natus, Conrector ab A. 1585. ad 1591. Slesvicenſis, deinde Rector ad A. usqve 1596. Bordesholmenſis, ac tandem usqve ad Emortualem 1630. Parochus vicinæ Eccleſiæ Brüggenſis* (17.). 3. M. Joh. Embs. 4. M. Georg. Fabricius. 5. M. Nicol. Wedovius Roſtochienſis, *Bordesholmia A. 1604. ad Paſtoratum in Eiderſtadia Witzwortenſem avocatus, Præpoſiti Eiderſtadienſis Titulo A. 1619. ornatus, ac A. 1633. defunctus* (18.). 6. M. Andr. Tetzlev, *Golnovia Pomeranus, ex Conrectore Bordesholmenſis A. 1604. Rector, & eodem deinde A. Paſtor factus Huſenſis, A. 1614. exſtinctus* (19.) 7. M. Enochus Svantenius, *Malchino Mega-*

(17) V. Henr. Langemacii *Sermonem in Exeqviis ejus Funebrem.* (18.) V. Heimreichii *Hiſt. Eccl. Slesv. l. 4. c. 3. p. 204. 205.* (19.) V. Mart. Holmeri *Praf. Sermonis de Incendio Huſenſi, & Heimreichium l. c. p. 203.*

Megapolitanus, A. 1576. natus, Argentinæ in Collegio Wilhelmitano aliqvamdiu Præceptor publicus, deinde Scholæ Bordesh. Conrector, & ab A. 1604. ad A. 1611. Rector, tandem vero, cum Officio hoc Calvinianorum Gottorpiensium Artibus esset privatus, Parochus ab A. 1612. ad Fatalem 1624. Güstroviensis (20.). 8. Paulus Frisius Lubecensis, Hugonotta. 9. M. Ad. Cæsar, Hassus, Hugonotta, *ex Conrectore Rector.* 10. M. Joh. Vicostadius, *Wernigerodanus, Rector initio Bordesholmensis, deinde circa A. 1616. Stadiensis, ac tandem circa A. 1632. Kiloniensis.* 11. M. Dan. Westermann Hamb., *Rector circa A. 1623., in patria d. 26. Jun. A. 1628. defunctus.* 12. Paulus Sperlingius Jun., Hamb., *Th. D., patre Cognomine, Scholæ Flensb. ac Hamb. Rectore, d. 9. Nov. A. 1605. natus, Bibliothecæ Henr. Memmii, Senatus Parisiensis Præsidis, A. 1628. præfectus, studiorum Rudolphi Augusti, D. Brunsv. principum nostræ ætatis Eruditissimi, A. 1633. & 1634. Moderator, Gymn. Bordesh. ab A. 1635. ad A. 1665. Rector, simulqve Ecclesiarum Holsatiæ præ-*

(20.) V. Seb. Meieri, Rect. Lubec., *Orat. in Excessum ejus Parentalem,* Güstroviæ A. 1624. impressam, ac ipsius Svantenii *Orat. de Naturali Ecclesiæ ac Scholarum Syncretismo, Rostochii A. 1611. editam.*

Præpositus, ac tandem ab A. 1665. ad A. 1679., & diem in isto Aprilis 27mum, ipsi Emortualem, Theol. atqve Antiqq. S. in Acad. Kilon. PP.; Solertissimus Juventutis formandæ Artifex, & Communis Holsatiæ Præceptor.

CAPUT II.

Digressionem de Cœnobii PREZENSIS Originibus ac Incrementis prolixiorem exhibens.

§ I.

MOnasterio Nobilium Ord. Benedictini Sanctimonialium PRETZENSI, in Holsatia sito, sed in Wagriæ Chorographia, qvod pleræqve ejus Ditiones hujus ambitu contineantur, a Dancvverthio descripto, nos locum hunc inter utramqve medium, & Caput tribuemus peculiare. Cum enim de Origg. ejus, ac Historia Antiqviori, apud Scriptores Vetustos altum sit silentium, a Recentioribus autem, & in his Dancvverthio, nihil certi allatum, imo qvæ-

qvædam manifeste falsa tradita, haud ingratum fore credimus Rerum patriarum Studiosis, si certiora ex Diplomatis Pontificum, Imp., Regum Daniæ, Comitum ac Ducum Holsatiæ, Episcoporumqve Lubecensium, Sverinensium ac Ratzeburgensium Antiqvissimis atqve Authenticis, plusqvam Centenis, qvæ, rogatu Virginum Generosarum, in Cœnobii Archivo, ante hos 8. menses, excussimus, edoceantur. Nonnullorum, qvorum in Diplomatis nulla occurrebat Mentio, notitiam hausimus, ex Libris II., qvos ibidem inspeximus, Membranaceis Antiqvis, Luculentis Meritorum Familiæ Buchvvaldiæ in Cœnobium hoc Testibus. Alter illorum, *Registri Præpositurœ & Conventus in Poretz* titulo conspicuus, Autorem suum ac ætatem hisce, sub initium, verbis indicat: *Anno D. MCCLXXXVI., M. Majo, procuratum est Registrum præsens, procurante Dn. CONRADO, dicto BOCHOLT, tunc Præposito nostro, pro se & suis Successoribus; omnia continens Privilegia & Universas Præpositurœ, sive Conventus Monasterii in Poretz, Possessiones, nominatim expressas, deinde singulares causas & causarum Dispositio-*

sitiones, qvæ locum istum tangere reputantur. Complectitur ille foliis 37.(1.)(præter Christi Genealogiam, ac Pontificum, Impp., Episcoporumqve Lubecensium, Catalogos, ad A. 1286. perductos, manu autem recentiore ad Seculi usqve XVI. initia continuatos): 1. Indicem VII. primorum Cœnobii Præpositorum Historicum, 2. Villarum, qvas istud A. 1286. possedit, ac Redituum ex iisdem Notitiam, & 3. Privilegiorum, ante A. 1286. eidem a Principibus Politicis atqve Ecclesiasticis concessorum, aliorumqve Diplomatum ejusdem Ævi, qvinqve Pentadas. MStum alterum Recentius, itidem Membranaceum, per ANNAM a BOCKWOLD, Antistitam Cœnobii ab A. 1484. ad A. 1508. optime meritam, ac Dillam, Sororem ejus A. 1471., *in Vigilia Omnium SS.*, cœptum est colligi, ac A. 1487. Profesto Michaelis, a Scriba, Dn. Thoma Schrödero, finitum (2.) Constat Partibus, II, qvarum Ima Rituale exhibet Cœnobii, Cultusqve Divini & Cantus in eodem singulis totius Anni Dominicis, Festis aliisqve Diebus, Publici, Latinum; Secun-

(1.) *in 4to maj.* (2) *in fol.*

cunda vero Evergetarum illius, qvorum Memoria qvotannis recolebatur, Recensum Historicum, & Miscellas de ejus Antistitibus, Antistitis, Ædificiis, aliisq; Rebus, observationes, partim Latinas, partim Saxonicas. Accedit Appendix ejusdem Argumenti, manu Buchvvaldiæ, ac aliarum, qvæ post illam Cœnobio præfuerunt, Virginum Nobilium, exarata.

II. Casp. Dancvverthius (3.), primas Cœnobii hujus in Seculo IX. vestigans Origines, idem illud esse credit cũ Monasterio in *Briximon* (in qvibusdam Codd., Madero teste, legitur *Luximon*), qvod ab Ansgario fundatum esse Ad. Bremensis (4.) testatur. *Tertiam*, ait ille, *Sanctarum Virginum Congregationem* Ansgarius *in Briximon adunavit. Ubi Devota Christi Matrona Lutgard, totum Patrimonium suum offerens cælesti Sponso, magnum Chorum Castitatis suo nutrivit Ducatu.* Sed & designari illud arbitratur ab Anonymo *Poematis de Vita S. Vicelini* Autore, in suis de Monasterio *Birsensi* Versibus, cujus is Moniales nonnullas ob Lasciviam ab Hartvvigo

(3) *P. III. Chorogr. Cimbr. c, 6. p. 206.* (4.) *lib. 1. Hist, Eccl. c. 29.*

vvigo II., Archiep. Hamb., A. 1185. esse ejectas, cœterarum autem Ephoriam Thietmaro, Cœnobii antea Neomonasteriensis Antistiti, Rigido Disciplinæ Custodi, commissam perhibet. Fateor utramqve Conjecturam hanc mihi antehac admodum visam esse probabilem. Nec facile mentem fuissem mutaturus, nisi omnia Monasterii Diplomata & Monumenta antiqva (qvorum nullum Anno 1220. est antiqvius, vel levissimam saltem Fundationis illius ante Sec. XIII. continet mentionem) Sententiæ isti Dancvverthianæ, 350. Annorum Parachronismo laboranti, uno ore contradicerent, & Loca *Briximon* atqve *Birse* a Vico *Porez* (hæc enim Nominis istius Scriptura in omnibus pene Diplomatis occurrit) diversa esse, ac alibi, soni atqve Scriptionis affinitate insuper habita, qværenda, liqvido ostenderent.

III. Tradunt illa fundatum esse Cœnobium hoc Monialium Ord. Benedictini *Marienfeldense* (hoc enim illi nomen in Monumentis Vetustis tribuitur), Virgini Θεοτόκῳ & D. Johanni Baptistæ Sacrum, circa A. 1216., ab Alberto Comite Orlamun-

mundensi atqve Holsatico, in Parochia Dioeceseos Lubecensis Poretzensi, a Rivo Vicino Borensi (Bornbeck) nomen suum adepta. Primus illius Præpositus fuit *Herdericus*, Parochus antea Poretzensis. Nec proinde mirum cum Dancvverthio cuiqvam videri debet, nullam in Helmoldi atqve Arnoldi *Chronico Slavorum*, ad A. 1209. tantum perducto, ejus mentionem occurrere. Albertum autem Stadensem, qvi Fundationis tempore vixit, & Diligentiss. Krantzium, itidem de illo silere, merito cum eodem miramur.

IV. A. 1220., *Prid. Non. Apr.*, Bertholdus, Episc. Lubec., Canonicorum accedente suffragio, Monialibus Pretzensibus *Dona Altaris, Curam Animarum, Bannum, Jus Archidiaconatus, & Decimas omnium Novalium* Coenobii, hoc largitus est Diplomate, coeterorum Prezensium Antiqvissimo (5.):

In nomine Patris, & Filii & Sp. S. BERTHOLDUS, D. G. Lubicensis Episcopus, omnibus in perpetuum. Ne laudabiliter a nobis ordina-

(5.) *Exstat in Appendice Registri Bocholdiani Diplomatica, num. 8. Autographum periit.*

dinata propter humanæ Fragilitatis lapsum, aliqva possint temporis prolixitate deleri, expedit ea literarum firmitate perhennari. Notum igitur esse volumus, tam præsentibus, qvam futuris, qvod, pro Remedio Animæ nostræ, nostrorumqve Successorum, Sanctimonialibus in Porez Donum Altaris, curam Animarum, Bannum, cum omni Jure Archidiaconatus ejusdem Ecclesiæ, cum Unanimi Canonicorum nostrorum Assensu, & omnium Novalium Decimas, qvæ propriis laboribus vel expensis excolere poterunt & exstirpare, contulimus perpetuo jure possidendum; jam dictam Donationem, & omnia Ecclesiæ Bona, sub B. Petri & Banni nostri protectione defendentes. Hujus rei Testes sunt: Abbas Reineveldensis, Herebordus, Conradus Præpositus Major, Ludolfus Decanus, Lambertus Custos; Laici: Godescalcus de Kuren; Ludolfus de Lanken, Thetlevus de Torente, & alii qvamplures Clerici & Laici. Datum Lubeke, Prid. Non. Apr., Anno ab Incarnat. Domini 1220., Indict. VIII., per manus Epponis Scriptoris.

V. A. 1221., *VI. Id Jan.*, Albertus, Com. Orlamund. & Holſ., Decimas ſuorum in Diſtrictibus Wagriæ, Plönenſi, Lütkenburgenſi, Aldenburgenſi & Crempen-

pensi, Redituum ac Judiciorum, Monasterio huic, non ita pridem a se fundato, seqventi donavit Diplomate (6.):

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Albertus, D. G. Comes Orlamundæ & Holsatiæ, omnibus in perpetuum. Qvoniam Successus temporis memoriæ novercatur, Humanum Genus hoc sibi Remedium adinvenit, ut Scriptis facta sua commendet, ne per elapsum temporis a memoriis hominum elabantur. Cum igitur ex suscepti Principatus officio commoditatibus Ecclesiarum intendere debeamus, specialius ei tenemur Ecclesiæ per Beneficia providere, quæ NOBIS COOPERANTIBUS INITIUM RELIGIONIS ASSUMPSIT. Notum ergo sit omnibus, qvod, ad sublevamen Sanctimonialium, in Porez Domino servientium, Decimas omnium Proventuum nostrorum, tum de Redditibus, tum de Judiciis, de Terris sive Provinciis Plöne, Lüttikenborch, Aldenborch & Crempe, contulimus jure perpetuo possidendas, exceptis Molendino in Plöne, & Taberna in Aldenborch. Ut autem hæc Donatio nostra rata sit, & infallibiliter observetur, paginam hanc, facti nostri seriem continen-

 tem,

(6) *Exstat in Appendice Registri Bocholdiani, num. 1. Autographum desideratur.*

tem, appensione sigilli nostri fecimus roborari. Testes sunt: Bertoldus, Lubicensis Episcopus, Johannes, Lubicensis Abbas, Lambertus, Novi Monasterii Præpositus, Gerhardus, Lubicensis Canonicus, Hartmodus Sacerdos in Plone, Bernhardus, Plebanus in Lüttikenborch; Laici: Wibertus, Dapifer noster, Henr. Pincerna, Henricus Kamerarius, Tymmo, Præfectus Holsatiæ, Marqvardus, Frater suus, Heinricus de Barmenstede, Godescalcus de Godelande, & Fratres sui, Volqvinus & Syricus, Volcmarus de Raceborgh, Waltherus de Penert, Nicol. de Salem, Heinricus de Belendorp, Remboldus de Salwikestorp, Thidericus, Advocatus noster in Plone, Edelerus, Advocatus in Aldenborch, Cristianus, Advoc. in Krempene, Luderus & Frater suus Volradus de Rickestorp, Benedictus & Frater suus Scacco de p̄dole, Ubbo & Frater suus Emiko, Marqv. de Tralowe, Veristus de Wilen, Ludolfus de Lanke, & alii qvamplures Clerici & Laici. Acta sunt hæc Megedebergæ, in communi Placito, qvod Goding vocatur, Anno Incarnationis 1221., Indict. IX., VI. Ydus Januarii. Datum per manus Notarii nostri Maroldi.

A. 1222., *Kal. Jun.*, idem Albertus Wittenborgi Tractum Holsatiæ atqve Wagriæ haud

haud exiguum, cum Pagis ac Judiciis illius, Monasterio donavit, & hujus Incolas ab Expeditionibus, qvæ patriæ defendendæ causa non suscipiuntur, tributisq; omnibus, pronunciavit immunes. In fronte Tabularum Donationis hujus (7.), Albertus Tres præcedentis Diplomatis sui Periodos Initiales, de verbo ad verbum (*ad Vocem ASSUMPSIT usqve*) repetit, ac deinde ita pergit:

Notum igitur sit omnibus, qvod, ad Sublevamen Sanctimonialium in Porez, contulimus omnem Sylvam, Campum & Fundum, qvi subjectis terminis interjacet, clauditur & disterminatur: A stagno videlicet Honechsee, Morse, Fossa Eydria, Hertesse, & Indagine, qvæ Manhage dicitur, usqve in stagnum Kil & Zwentine; & Srupuce suprema, & Palude Qvernesvi, & Wenekenbeke, usqve in stagnum Erpesse; cum omni utilitate, Pratis, Paschuis, Piscaturis, Rivis, Molendinorum Locis, contulimus jam dictæ Congregationi perpetuo jure possidendam. Omne præterea Judicium sive Capitis, sive Manus, Majorum vel Minorum Causarum, super Homines ejus-

(7.) *Harum itidem solum superest Apographum in Appendice Registri Bocholdiani, num. 2.*

ejusdem Conventus, Colonos, Villicos & Agricolas, eidem Ecclesiæ contulimus judicandum, ita ut prædictæ Causæ ad nullius, nisi solius præpositi, vel ejus Vicarii, quem ipse ad hoc negotium exercendum elegerit, referentur Examen. Et omnes Homines Villicos, & Colonos & Agricolas ejusdē Ecclesiæ, ab omni Expeditione, Petitione Vexatione, Grevenscat & Burchwerk (Legendum Burchvvehr), *penitus absolvimus, & fecimus immunes: Hoc solo excepto, qvod Generalem Terræ Defensionem, qvæ Lantwere vocatur, cum aliis observabunt. Ut autem hæc nostra Donatio firma sit, & inviolabiliter observetur, præsenti Scripto, sigilli nostri appensione roborato, stabilivimus. Hujus rei Testes sunt: Bertoldus, Lubicensis Episcopus, Conradus, Præpositus Major, Gerh. de Wittenborch Plebanus Florentius Capellanus noster; Laici: Wibertus Dapifer, Heinricus Camerarius, Jakete & Heinricus, Frater ejus, de Saltwedele, Hildebodo de Wittenborch, Daniel, Salomon, Hermannus, Herebertus, Godescalcus de Kuren, Verestus, Tidericus, Advocatus de Plone, & alii qvamplures. Datum Wittenborch, Anno Incarnat. Domini 1222., Kal Junii, Indict. IX.*

VI. A. 1224. *V. Id. Dec.*, Bertholdus, Episc. Lubec., consentiente Canonicorū Collegio (qvod

(qvod Literis peculiaribus, eodem die ſcriptis, Donationem hanc ratam habuit), *Eccleſiæ Monialium, in Campo B. Mariæ Domino famulantium* (qvam *ſuis temporibus*, & *ſe operam impendente, Exordium Religionis* ait *aſſumpſiſſe*), *Decimas omnium Villarum in Parochia Porezi ædificatarum, & totius Fundi, qvem Fundator* Albertus *ei aſſignarat, jure perpetuo poſſidendas contulit*, reſervata ſibi tantum Decima *Decimæ in Villis extra fundum Cœnobii de novo, ab eo tempore, ædificandis*. In Avtographo, qvod ſupereſt, Tabularum Donationis ſeqventes Villæ, partim in Fundo Cœnobii, partim extra eundem, ædificatæ, Congregationi huic Religioſæ jā A. 1224. ſubjectæ fuiſſe perhibentur: *Spoleſthorp, Radeſthorp, Miſteſthorp, Radwardeſthorp, Torente, Waleſthorp, Kuren, Rothen, Libetine, Bardenbeck, Rigardescampe* (hæc poſtea nomen *Nettelſee* obtinuit), *Byſtekeſſe, Porsvelde, Sivredeſthorpe, Ponaſthorp, Vruwenbrugge* (poſtea *Wilen*), *Ebbenthorp*, *Vruwenhuthe* (qvæ deinde *Nicolauſtorp* eſt vocata), Vruvvenvviſch (poſtmodum *Geworne* appellata), *Ubbenthorp*, *Skerveſthorp*. Recentiora qvarundam nomina, Parentheſi incluſa, ex *Regiſtro* Bocholdiano adjecimus.

VII. A.

VII. A. 1226., *III. Kal. Oct.*, Adolphus IV. Comes Holſato-Schauenburgicus (iſta forſan, qvæ per Albertum Orlamundenſem, in Parentis ſui locum a Waldemaro II., Danorum Rege, Holſatis obtruſum, in Monaſterio hoc fundando atq; dotando erant geſta, rata habere dedignatus), Reinoldesburgi peculiari Diplomate denuo illud fundavit, ac eundem, qvē Albertus, fundum, ſed pagis aliqvot auctum, eadem, qvæ ille, Judicia ac Privilegia, omiſſa primi Fundatoris Alberti, mentione, Monialibus eſt largitus, ſimulqve Donationem Decimarum, ab Epiſcopo Lubecenſi factam, confirmavit. Textum Diplomatis, utut prolixiuſculi, ex Avtographo ſubjungo:

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ADOLPHUS, D. G. Comes Holſatiæ, Stormariæ & Wagriæ, omnibus in perpetuum. Qvoniam noſtræ Jurisdictionis Adminiſtrationem Dei gubernatione diſpenſari deſideramus & augeri, dignum eſt, ut ejus Munificentiam ſumptis à largitate ſua Muneribus devoto præveniamus honore. Sic enim Humilitatem noſtram Scuto ſuæ Protectionis ſperamus obumbrari, ſi noſtræ Dominationis ſucceſſum ejus Gratiæ ſatagamus aſſignare.

signare. Notum igitur esse volumus omnibus, tam præsentibus, quam futuris, quod nos, pro Ecclesiæ Sanctæ glorificatione, in honorem D. N. J. C. ejusq; Sanctissimæ Genitricis ac Virginis Mariæ, & B. Joh. Baptistæ, ad dilatandam in Holsatiæ Partibus Catholicæ fidei Religionem, pro Animæ nostræ remedio, & Dilectæ nobis Conjugis Heilwigis, Patris quoq; nostri, Comitis Adolphi, ac Matris nostræ Adelheidis, omniumque Parentum & Successorum nostrorum, Gloriosi Romanorum Imperatoris Friderici, ac Illustris Alberti, Saxoniæ Ducis, assensu, in Parochia Poretze, in loco, qui dicitur Campus S. Mariæ, Sanctimonialium instituimus Congregationem. Sustentationibus earum, jam dictam Ecclesiam, ad jus nostræ Donationis pertinentem, & eandem villam, in qua præfata Ecclesia sita est, cum omni Utilitate sua, cum Molendino adjacente, ac omnibus terminis & Appendiciis ejusdem Villæ, Areis videlicet, Pascuis, Pratis, Sylvis, cultis & incultis, Usibus Sanctimonialium, in prætaxata Ecclesia Deo famulantium, mancipamus perpetua stabilitate offerendo. Cujus Termini sunt, in Aquilonari Parte, à Zwentine, usque ad Lapides, à Netelou, Cattesui ad malam Paludem, & à Stagno Gutegost ac Ylsee, usque in Rivum, qui fluit

in Angulo Kuren instagnum Porse. Omnem præterea Sylvam, ac Campum & Fundum, qvi subjectis terminis interjacet, clauditur, & disterminatur. A stagno Honechsee, & Palude Crampeszee, & à stagno Morsee, Fossa Eidria, Drachsee, Hertessee, & Indagine, qvæ Manhage dicitur, usqve in stagnum salsum: Item à Zwentinemunde, & Srupuce superiore, ac Bracmor, usqve in Paludem Qvernesui, & per ipsam Paludem usqve Manhagen, ac in Redvi & Wenebeke, usq; in stagnum Erpesse, cum omnibus Utilitatibus suis, Pratis, Pascuis, Rivis, Piscaturis, Molendinis, Molendinorumve locis, cultis & incultis; Rivum etiam, qvi Wilsou dicitur, cum omni Utilitate sua, & Sylva Suydestorp, jam dictis Sanctimonialibus contulimus perpetuo Jure possideri. Item insuper Pratum, qvod est inter Karnese & Zwartepuc, ad nostræ Donationis jus pertinens, cum omni utilitate sua, scilicet Piscaturis, Molendinis, Molendinorumve locis, Judiciis majoribus & Minoribus, Pratis, Pascuis, Cultis & Incultis, eidem Ecclesiæ perpetuo jure contulimus possidendum. Villam insuper Thadesthorp, in Parochia Novi Monasterii sitam, cum omni Utilitate & Appendiciis, Cultis & Incultis, sicut ab Antiquis fuerat disterminata, sæpe dictæ Congregationi con-

contulimus perpetuo jure possidendam. Ut etiam prædictæ Congregationis Paci & Commoditati perpetuæ plenius provideamus, & ejus Orationibus apud Deum efficacius adjuvemur, omne Judicium majorum & minorum Causarum, Capitis ac Manus, ac inferiorum, qvæ; processu temporis, in supra dictis terminis Silvarum, Camporum, Pratorum & Aqvarum, in omnibus Villicis & Colonis memoratæ sæpius Ecclesiæ, oriri poterunt ac haberi, libere & absqve ulla contradictione, contulimus ejusdem Ecclesiæ Præposito, perpetuo jure vindicandum; ita scilicet, ut ad nullius, nisi solius Præpositi ejusdem Conventus, vel ejus Vicarii, qvem ipse ad hoc Negotium & Judicium elegerit exercendum, supra dictæ causæ referantur Examen. Ordinamus etiam, & perpetua firmitate stabilimus, ut omnes ejusdem Ecclesiæ Coloni, Villici & Agricolæ, qvi in supra dictis terminis Sylvarum, Camporum, Pratorum, Aqvarum, fixerunt mansionem, ab omni Expeditione, Exactione & Petitione, qvæ Grevenscat vocatur, & Borchwerr, penitus immunes sint & absoluti; Hoc solo excepto, qvod Generalem Terræ Defensionem, qvæ Landwere vocatur, supra dicti Coloni tenebuntur observare. Duas insuper Angvillarum Piscaturas, in Villa Porezt, juxta Vetus Cimiterium

rium

rium, constructas, eidem Ecclesiæ contulimus perpetuo possideri. Omnes etiam Decimas, quæ infra superscriptos Terminos Silvarum, Camporum, & Pratorum, Cultorum ac Incultorum, nunc habentur, &, Domino donante, processu temporis poterunt haberi, Jure feodi ad nos pertinentes, Dn. Bertoldus, Lubicensis Episcopus, integre, sicut in manus ipsius resignavimus, eidem Ecclesiæ contulit perpetuo Jure possideri. Hujus igitur nostræ Donationis ac Constitutionis Processum, ne alicujus Successorum nostrorum Præsumptione possit irritari, præsenti Scripto, Sigilli nostri appensione roborato, perpetua firmitate stabilimus. Hujus rei testes sunt: Bertoldus Lubicensis Episcopus, Henr. Comes de Zwerin, Volradus, Com. de Dannenberch, Ludolfus, Comes de Halremund, Herebordus, Abbas Reineveldensis, Joh. Abb. Lubic., Theodoricus Præpos. Segeberg., Thedelmus, Præpositus Novi Monasterii, Joh Decanus Lubicensis, Godescalcus Præfectus, Henr. de Barmenstede, Albertus Dapifer, Otto Marschalcus, Hardvicus Busche, Marqv. de Tralow, Henricus, Frater ejus, Rob. de Braun, Theodericus de Qvale, Wulvold. de Golevrz, Godescalcus de Kuren, Marqu. Faber, Werestus Luscus, Ludolfus de Lanken, Thietlevus de Torente, Luderus de Richkeltorp, Volradus,

Fra-

Frater ejus, Emeko de Vizzou, Ethelerus, Advocatus de Aldenborch, Marqv. de Beienvlete, Joh. de Ranzou, & Ippo, jam dicti Cenobii Præpositus, præsentis paginæ Promotor, & alii qvam plures Clerici & Laici. Datum Reinoldesburch, in Generali omnium Holtsatorum Expeditione, III. Kal. Oct. Anno ab Incarnat. Domini 1226. Indict. qvarta decima. Regnante Friderico, Romanorum Imperatore. Per manus Henrici Scriptoris.

VIII. A. 1232. *M. Majo*, Frid. II. Imp. Utini, in Foro Julii, Albertus autem, Dux Saxoniæ, Lauenburgi, *III. Non. Aug.* Donationem hanc Adolphi confirmarunt. Diploma Cæsareum ex *Registro* Bocholdiano adjicio:

FRIDERICUS, D. G. Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex: Per præsens Scriptum notum facimus universis Imperii Fidelibus, tam præsentibus, qvam futuris, qvod Adolphus, Comes Holtsaciæ, Fidelis noster, nostræ Celsitudini supplicavit, qvatenus Concessionem, qvam juste fecit, de qvibusdam Bonis & Juribus suis, Monasterio Sanctarum Monialium in Poretz, de nostra confirmare gratia dignaremur. Nos autem, suis Supplicationibus favorabiliter inclinati, eandem Concessionem, facta

ctam

ctam à dicto Comite Monasterio ante dicto, sicut eam juste fecisse dinoscitur, & in suo Privilegio, facto eidem Monasterio, continetur, de nostra gratia perpetuo confirmamus. Ad hujus autem Confirmationis memoriam & stabilem firmitatem, præsens Scriptum fieri jussimus, Majestatis nostræ sigillo munitum. Hujus autem rei Testes sunt: S. Maguntinus Archiep., B. Patriarcha Aqvilegiensis, Salsburgensis & Magdeburgensis Archiepiscopi, E. Papeberg., S. Ratisbonensis, Imperialis Aulæ Cancellarius, H. Wormatiensis & Herbipolensis, Episcopi; Electus Frisingensis, Abbas S. Galli, Marchio de Baden, Marchio de Burgowe, Comes H. de Hortenberc, Warnerus de Hollandia, Guzulinus G. & C. de Hohenloe, Pincerna de Wintstet, Pincerna de Clingenbuer, Rocardus Camerarius, & alii qvamplures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1232., M. Majo, Qvinta Indict., Imperante Domino nostro Friderico II., D. G. Invictissimo Rom. Imperatore, Semp. Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege. Anno Rom. Imperii ejus XIImo, Regni Jerusalem VIImo, & Regni Siciliæ Tricesimo Septimo. Feliciter, Amen. Datum apud Utinum in Foro Julii, Anno, Mense & Indictione præscriptis.

IX. *Eod. A. 1232., VI. Id. Sept.* Johannes I., Episc.

I, Episc. Lubec., in ipsum delatus Coenobium, Diplomate peculiari, Epponis Praepositi manu scripto, Privilegia omnia, ab Antecessore suo Bertholdo (8.) Monialibus vel collata, vel confirmata, & in his Decimas imprimis omnium ejusdem Villarum, *Auctoritate Dei Omnipotentis, & Banni sui firmitate confirmavit, ac conferendo stabilivit.* Banni, Diplomati inserti, haec est Formula: *Si qva igitur in posterum Ecclesiastica Secularisve persona hanc nostrae Confirmationis & Constitutionis Paginam sciens contra temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi Reatum suum congrua satisfactione correxerit, ream se Divino Judicio existere de perpetrata Iniqvitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sangvine Dei & Domini aliena fiat, atqve in Extremo Examine districtae subjaceat Ultioni. Cunctis autem, eidem loco sua jura servantibus, sit pax D. N. J. C., qvatenus & hic fructum bonae Actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia pacis conseqvantur aeternae.* Cir-

(8) Ex hoc Diplomate emendanda est Chron. Episcc. Lubecensium, qvos inter Bertholdum A. demum 1235. obiisse, & Johannem I. Successorem esse nactum, J. Petraeus, Bonnus, Kirchringius, Mellenius, aliiq; Historiae Lubecensis Scriptores, falso tradiderunt. Ostendit enim illud, Johannem jam A. 1232. Ecclesiae isti praefuisse.

Circa A. 1234. vel 1235. Eppo Præpositus Congregationem Monialium Preza Erpesveldā, & deinde, circa A. 1242, Johannis Episc. Lub. Diplomate peculiari assensum suum testati, permissu, Lutterbecam transtulit, novumqve istic exstruxit Cœnobium.

X. A. 1237., *VII. Id. Sept.*, Gregorius IX., Pont. Rom., in Civitate Reatina, Monasterii Privilegia hac *Bulla* (qvam vocant) confirmavit:

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei: Dilectis in Christo Filiabus, Priorissæ & Conventui Monialium Monasterii de Parech, Ordinis S. Benedicti, Lubicensis Diæceseos, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Justis petentium Desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & Vota, quæ a Rationis tramite non discordant, effectu proseqvente complere. Eapropter, Dilectæ in Domino Filiæ, vestris justis precibus inclinati, personas vestras, & locum, in qvo Divino obseqvio estis mancipatæ, cum omnibus Bonis, qvæ impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub B. Petri & nostra Protectione suscipimus. Specialiter autem Possessiones, Redditus, Decimas, Terras,

& alia

& alia Bona vestra, sicut ea omnia juste & pacifice possidetis, vobis, & per vos Monasterio vestro, Autoritate Apostolica confirmamus, & praesentis Scripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino Hominum liceat hanc Paginam nostrae Protectionis & Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare praesumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Reat., VII. Id. Sept., Pontificatus nostri Anno Decimo.

Gemina huic est *Bulla* Alexandri IV., *Nonis Aprilis A. 1255.* scripta: *Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei: Dilectis Filiis, Praeposito & Conventui Monialium Monasterii S. Mariae & S. Joh. Baptistae, in campo S. Mariae, Ord. S. Benedicti, Lubicensis Dioeceseos, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur, qvod justum est & honestum, tam Vigor Aeqvitatis, qvam Ordo exigit Rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, Dilectae in Domino Filiae, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in qvo estis divino Obseqvio mancipatae cum omnibus Bonis, quae impraesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, praestante Domino, poteritis*

adipisci, sub B. Petri & nostra Protectione suscipimus. Specialiter autem Terras, Possessiones, & alia Bona vestra, sicut ea omnia juste & pacifice possidetis, vobis, & per vos Monasterio vestro, Autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Protectionis & Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lateran., Non. Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

A. 125.. Fridericus, Cœnobii Præpositus, Monialium Congregationem Lutterbeca Pretzam reduxit, teste *Registro* Bocholdiano.

A. 125.. Luderus, ejusdem Præpositus, Monasterium ex Vico Pretzensi in locum, qvem hodienum occupat, vicinum transtulit, & singularum Monialium Ædificia illic exstruxit. (*V. Reg. Boch.*)

XI. A. 1266., *D. S. Ulrici*, Controversia, qvæ Johanni Præposito, & Juttæ, Antistitæ Monasterii, cum Ludolpho, Ivano, Henrico & Godeschalco de Curen, Fratribus, ob *Advocatiam*, Juraqve, qvæ in Bona

Mo-

Monaſtica illi ſibi aſſerebant, alia, intercedebat, per Gerhardum, Com. Holſ., Joh., Præpos. Neomonaſterienſem, aliosqve Optimates, his compoſita eſt Legibus; ut Moniales Kureniis *Stagnum Oſterſee*, usqve ad *Gurguſtium Etzegor*, traderent, Marcasqve Lubecenſes 320, *ad redimendam Vexationem*, perſolverent; hi autem omnibus ſuis in Ditiones illarum Juribus renunciarent. Confirmata eſt hæc Transactio A. 1268. Literis Johannis, Ep. Lubec., E. Epiſc. Tarbacenſis, & Gerhardi, C. Holſ., Publicis, Emekendorpii XII. Kal. Febr. exaratis.

A. 1268. Johannes, Cœnobii Præpoſitus, Structuram Templi, aliorumqve Ædificiorum, inchoavit. Ad qvam largis juvandam Eleemoſynis, Hermannus, Epiſc. Sverin., peculiari Diplomate (*Non. Mart.*) Chriſtianos eſt hortatus.

A. 1281., *D. Laurentii*, Johannes, Com. Holſ., Monaſterio Jurisdictionem in Fluvium Zvventinam, a Villa Poretzenſi usqve ad Terminos Villæ Raſtorfenſis, cum Angvillarum in eodem Gurguſtiis, Fratre Adolpho conſentiente, Kilonii donavit.

A. 1281., *D. S. Mauritii*, Wulfoldus, Ho-

mo Nobilis, Villam Godeverdeſtorp, pretio 300. Marcarum, Monaſterio vendidit, & Johannes. C. Holſ., Venditionem hanc confirmavit.

A. 1286., *D. S. Agnetis*, Conradus Præpoſitus, Adelheidis Antiſtita, & reliqvæ Monaſterii Virgines (qvarum tunc Numerus erat Septuagenarius), de Victu atqve Amictu ſuo Annuo, Sumptibus item in Sacra Publica qvotannis impendendis, Conſtitutionem peculiarem, præſente Burchardo, Epiſc. Lub. (qvi ſuo eandem confirmavit Diplomate), condiderunt.

XII. A. 1286., *M. Majo*, *Regiſtrum Præpoſituræ & Conventus in Poretz*, §. 1. laudatum, a Conrado Bocholt, Præpoſito, eſt congeſtum, Pagiqve (præter Eccleſiam Brocovienſem extra fundum illius ſitam,) Monaſterio ſubjecti fuerunt XXX. ſeqventes: *Poretz, Ponatzdorp, Siverdesdorp, Honechſee, Crampowe, Renne, Gyworen, Uruwendorp, Nicolauſtorp, Croch, Elvereshagen, Hemmigheſdorp, Elrebeke, Broderſtorp, Lybode, Sten, Rytcereſtorp, Lutterbeke, Proveſteſtorp, Viſbergen, Crocou, Sconenbergh, Crumbeke, Oſterwisch, Honendorp, Stakendorp, Godeverdeſtorp, Wokendorp, Scadehorne, Tatſtorp.*

Ac-

Acceſſere his A. 1306. Pars Dimidia Villarum Porsveld & Ylſol, a Johanne, Com. Holſ., A. 1386. Meynerſtorpium, a Volqvino Partzovio, & A. 1410. Barſebecka ab Henr. Konemanno, Canon. Lubec., Monialibus donata. Jure Emptionis eædem ſibi acqviſiverunt A. 1325. Partem Villarum Porsveld & Ylſol reliqvam, a Nobilibus Sigghenii, & Villam Lütke-Lubbetyn, a Dethlevo a Raſtorp; A. 1343. Smalenſeam, ab Elero Zvvoren, Joh. Belovio & Henr. Sturio; A. 1360. Ebbendorpium, Vogelſangiam & Schörſtorpium ab Henr. Blockio; A. 1367. Godelandiam a Joh. Svvabio; A. 1369. Villam Wendischen-Vat-Wenſtorp, ab Henr. Blockio; A. 1373. Potzadiam a Timmone & Nicolao Blockiis; A. 1376. Havichorſtam ab iisdem; A. 1379. Dimidiam Barſebeckam a Marqv. Barſebeckio; A. 1383. Saltzam, Bramhorſtam, & Partem Barſebeckæ alteram, ab Eilhardo a Kalen; A. 1388. Villam Barne a Godsch. Barſebekio; A. 1418. Ratkendorpium ab Eilh. Ranzovio; A. 1421. Bentfeldam ab Iveno Reventlou, & Prædium Holmenſe ab Hartvvigo Reventlou; A. 1435. duas

as (e tribus) Stagni Lanckensis Partes a Waldem. Ranzovio; A. 1443. Villam Groten-Lubbetyn a Godsch. Alefeldio; A. 1457. Nettelseam ab Adolpho VIII, Duce Slesv. & Com. Hols.; A. 1481. Wulfstorpium & Warnoviam a Nic. Brocktorfio; A. 1519. Barmissam a Maur. Seestädio, & loca subinde ab aliis alia.

XIII. A. 1291., *III. Id Jul.*, Nicolaus IV., Pont. Rom., Cœnobio Potestatem concessit Hæreditatem Bonorum Mobilium ac Immobilium (Feudalibus exceptis), ad Virgines ipsius Cognatorum morte, vel alio pacto, devolutorum, loco illarum adeundi. Diploma subjungo:

Nicolaus Episc., Servus Servorum Dei: Dilectis in Christo Filiabus, Priorissæ & Conventui Monasterii de Poretz, per Priorissam soliti gubernari, Ord. S. Benedicti, Lubecensis Diœceseos; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Devotionis vestræ precibus inclinati, præsentium vobis Auctoritate concedimus, ut Possessiones, & alia Bona Mobilia & Immobilia, quæ liberas personas Sororum vestrarum, mundi relicta vanitate ad vestrum Monasterium convolantium, & professionem facientium in eodem, jure Successionis, vel alio justo titulo, si reman-

remansissent in Seculo, contingissent, & ipsæ potuissent aliis libere erogare, Feudalibus duntaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere, sine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siqvis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum apud Urbem veterem, III. Id. Julii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

A. 1384., *III. Id. Mart.*, Urbanus VI., Pont. Rom., de Bonis Monasterii distractis & abalienatis eidem restituendis sollicitus, hasce Neapoli ad Abbatem Cœnobii Michaelitani Lüneburgensis dedit Literas:

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei: Dilecto Filio nostro, Abbati S. Michaelis in Lüneburg, Verdensis Diœceseos, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Dilectorum Filiorum, Joh. Eghardi, Præpositi, & Conventus Monasterii in Poretze, per Præpositum soliti gubernari, Ord. S. Benedicti, Lubicensis Dioeceseos, precibus inclinati, præsentium tibi Autoritate mandamus, qvatenus ea, qvæ de Bonis ipsius Monasterii alienata inveneris illicite, vel distracta, ad jus & proprieta-

tem ejusdem Monasterii legitime revocare procures, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, Appellatione postposita, compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore, subtraxerint, Censura simili, Appellatione cessante, compellas Veritati Testimonium perhibere. Dat. Neapoli, apud Majorem Ecclesiam Neapolitanam, III, Id. Martii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

XIV. Antiqviorem hactenus Cœnobii Prezensis Historiam e tenebris in lucem, ope Diplomatum, maximam partem Avtographorum, protraximus. Recentiorem, ne nimia in παρεκβάσει hac peccemus prolixitate, aliorum relinqvimus Diligentiæ. Supplementum utriusqve esto Geminus, qvem subjungo, *Antistitarum* & *Præpositorum* illius Catalogus, ex iisdem Diplomatis, aliisqve Monumentis, a nobis primum collectus. ANTISTITARUM (der PRIORINNEN) hæc est Series, aliqvot etiamnum Hiatibus Chronologicis laborans:

1. *Jutta* circa A. 1266.; 2. *Adelheidis* circa A. 1286; 3. *Elisabetha* A. 1331. & 1333; 4. *Adelheidis*, circa A. 1388.; 5. *Anna Wiltbergia*, ab A. 1393. ad A. 1400.; 6. *Tyburgis* sive *Tybbe Myles*

les Lubecensis, (de qva §. *seqv.* plura dicemus), ab A. 1401. ad A. circiter 1413.; 7. *Eyba* (alibi vocatur *Tyburgis*) *Mummendorpia*, ad A. circiter 1413. ad 1435. Libros hæc multos & ipsa scripsit, & per alios scribi curavit; 8. *Telsa ab Oulbe*, ab A. circiter 1435. ad 1440; 9. *Catharina a Sigghen*, ab A. 1440. ad 1446; 10. *Wiburgis* (Wybe) *Pogwischia*, ab A. 1446. ad 145..; 11. *Catharina a Sigghen* circa A. 1457; 12. *Heilwigis Splietia*, electa A. 1471.; Abdicavit se munere A. 1484; 13. *Anna a Buchwald*, electa A. 1484, Resignavit Officium A. 1508. De Rebus ac Scriptis illius nonnulla §. 1. monuimus, & plura §. *seqv.* monebimus. A. 1486. ab Alberto Krummendik, Episc. Lub., Prezam delato, obtinuit, ut multa in *Ordinario* Monialium, assiduis legendi ac cantandi laboribus plus justo oneratarum, ab Henrico, Abbate Cismariensi, mitigari, immutari atqve expungi juberet. Ipsa Novitiis, ut Cantum Duplicis *Antiphonarii* ac *Graduale*, non memoriter, uti hactenus fuerat receptum, sed e Libris recitarent, concessit. 14. *Anna a Qvalen*, ab A. 1508. ad A. circiter 1528; 15. *Ermengardis Seestädia*, ab A. circiter 1528. ad A. circiter

citer 1528. ad A. circiter 1550; 16. *Dorothea Ranzovia* A. 1550. & 1551.; 17. *Catharina Ranzovia* A. 1553. & 1555.; 18. *Anna Pentzia* ab A. 1560. ad 1569. 19. *Brigitta a Tienen*, electa A. 1569. Munere se abdicavit Anno 1576; 20. *Metta Seestädia*, electa A. 1576.; Resignavit officium A. 1584; 21. *Catharina Ranzovia* ab A. 1584. ad 1589; 22. *Emerentia Aschebergia* ab A. 1589. ad 1599; 23. *Elisabeth Seestädia*, A. 1599. d. 25. Oct. electa, officio se abdicavit A. 1601.; 24. *Catharina a Stoven*, Seculo hoc ineunte, vel ab A. 1601. ad 1604., vel paulo serius; 25. *Abel Gadendorfia* A. 1604. & 1605. Cœnobium tandem reliqvit, & Dethlevo Brocktorfio, Præposito, nupsit; 26. *Catharina Buchwaldia* circa A. 1612; 27. *Magdalena Gadendorfia*, Christoph. Filia, ab A. 1613. ad 1616; 28. *Catharina Buchwaldia* ab A. 1617. ad 1630; 29. *Magdalena Gadendorfia* A. 1631. 1632. & 1633; 30. *Margaretha Broktorfia* ab A. 1634. ad 1654; 31. *Barbara Seestädia* ab A. 1654. ad 1656; 32. *Dorothea Pogwischia* ab A. 1656. ad A. 1670; 33. *Anna Pogwischia* ab A. 1670. ad 1673; 34. *Oligardis Ranzovia*, electa A. 1674. Resignavit Officium A. 1682; 35. *Ida Buchwaldia*, electa A. 1682.

XV. PRÆPOSITORUM, qvi ex solo

lo Eqvestri Patriæ ordine jam adsciscuntur, hic est Catalogus:

1. *Herdericus*, ex Poretzensis Ecclesiæ, qvam Alberto, Comiti Orlamundensi, Monasterii Fundatori, in gratiam Monialium resignavit, Parocho, Primus earundem per 7. Annos (ab A. circiter 1216. Præpositus; 2. *Lambertus*, Canonicus initio Neomonasteriensis, deinde circa A. 122.. Præpos. per biennium Prezensis, ac tandem Neomonasteriensis; 3. *Eppo* sive *Ippo*, ex Canon. Segebergensi Cœnobii Prezensis (qvod Erpesveldam & Lutterbecam transtulit) per Annos XXVI. (*circa A. 1226. 1232. & 1242.*) Antistes; 4. *Fridericus*, Monachus Benedictinus *Herseveldensis*; Cœnobium 5. annis (*post A. 1250.*) rexit, & Lutterbecâ Prezam reduxit, ac tandem Præposituram resignavit; 5. *Luderus*, Parochus antea Schonenbergensis in Dioecesi Ratzeb., Cœnobio ab A. 125.., per Annos XI., cum laude præfuit; *Conf. de illo* §. *10.*; 6. *Johannes*, ex Canon. Segebergensi Monasterii per Annos 14. (circa A. 1266. & 1274.) Præpositus, officio se abdicavit; 7. *Conradus*, Monachus anteà Cismariensis, Anno Præposituræ

turæ (qvam A. 127.. & 1281. administravit) Decimo sive Ultimo a Monasterii, cujus jura tuebatur, Hostibus excœcatus; 8. *Conradus Bocholt*, Autor Constitutionis de Monialium Victu & Amictu, A. 1286. conditæ, & §. 11. allegatæ; *Registri* item *Præposituræ* & Conventus in Porez, §. *1.* laudati, e qvo plerasqve de Antecessoribus ejus Narrationes deprompsimus. Diversum se esse a Conrado Cismariensi, ipse in Constitutione modo allegata, dum *Conradi Præpositi beatæ memoriæ* injicit mentionem, ostendit; 9. *Henricus* circa A. 1306. (qvo est electus) 1316, 1325. ac 1333.; 10. *Sifridus* circa A. 1337; 11. *Wulfardus* circa A. 1365; 12. *Johannes Eghardi.* (9.) A. 1375. 1384. & 1388; 13. *Henr. Nohtberg* circa A. 1391; 14. *Henr. Konemann* circa A. 1399. Canonicus postea factus est Lubecensis, & Moribundus A. 1410. Cœnobio Barsebeckam, aliaqve Bona, legavit; 15. *Nicol. Meinstorp* A. 1400. & 1401., qvo Præpositura se abdicavit, & Cœnobio 4000. Marcas Æris alieni, a se atqve Antecessoribus contracti, reliqvit. Monialium isto tempore tanta fuit egestas, ut ne panem qvi-

(9.) V. Urbani VI. *Bullam*, §. 13. *exhibitam.*

qvidem aut Cerevisiam domi haberent, sed Kilonio, unde Comes qvædam Holsatica qvavis Hebdomade Cibaria iis transmittebat, petere cogerentur. Huic malo ut mederetur, Gerhardus II., Dux Slesvigo-Holsaticus, Antistitæ Cœnobii, *Tyburgi Myles*, Præposituram demandavit. Qva cum illa qvadriennii spatio esset functa, omne Æs alienum auspicato dissolvit; 16. *Luderus Rughe*, A. 1405. electus, & A. 1426. etiamnum superstes, Laboribus in Structura Ædificiorum dirigenda assiduis cœcitatem ipse sibi conciliavit; 17. *Thomas* Canon. antea Utinensis, & Parochus in Femaria Peterstorpiensis, Præpositura per Decennium (circa A. 1435.) functus; 18. *Joh. Knutter*, Præpos. per decennium Prezensis (circa A. 1443. & 1448.), ac postea Canon. Lubecensis; 19. *Joh. Brunehart*, post Præposituram Octennii spatio (circa A. 1455. & 1461.) administratam Canonicus itidem Lubecensis; 20. *Wulfoldus Blomius*, biennio tantum unico fuit Præpositus circa A. 146.., & ab officio per Adolphum Ducem (10.), uti Anna Buchvvaldia tradit,

(10.) At ille jam A. 1459. obiit, & suspecta proinde mihi hæc Narratio.

dit, est remotus; 21. *Henr. Lubbert*, Parochus initio Bosoviensis, deinde per Annos 5. (*circa* A. 146..) Præpos. Prez., ac tandem Ædis Lubec. Marianæ Vicarius; 22. Mag. *Sifridus Swin*, Eqv. Hols., Cœnobii per Annos novem (*circa A. 1471. & 1474.*) Præpositus, optime de illo meritus, & postea Decanus Utinensis; 23. *Schacko Ranzou* ab A. 1475. ad A. 1478; 24. *Paulus Rode* Lütkenburgensis, ab A. 1479. ad 1482., qvo vivis excessit; 25. *Wernerus Reventlou*, Præpositus A. 1482. ac 1483, & postea Parochus Schönenbergensis; 26. *Henr. Vageth*, Canon. Slesvic.; Præposituram, biennio administratam, A. 1485. resignavit; 27. *Herm. Dornebusch*, Vicarius initio Utinensis, deinde ab A. 1486. ad 1491. Præpos. Prezensis, ac Oppidi tandem Oldenburgensis, in qvo obiit, Parochus; 28. *Herm. Culpin*, Monachus Cismariensis, solo A. 1491., sed pessime, hoc officio functus; 29. *Bartholdus Stenhage*, Parochus antea Hansvenensis, A. 1492. & 1493. Post hujus discessum Præpositura integro vacavit qvadriennio. Qvia enim Monasterium ingenti Ære alieno a VII. ultimis Præpositis (Marcis scilicet 700. a Ranzovio, 500. a

Ro-

Rodio, 700. a Reventlovio, 400. a Vagetio, 1200. a Dornebuſchio, 1200. a Culpino, & totidem a Stenhagio) erat oneratum, & 3700. Marcarum Summa A. 1493. adhuc diſſolvenda, nemo fuit inventus, qvi Stenhagio vellet ſuccedere. Juſſu tandem Theodorici, Epiſc. Lubec., & Monialium Eqvitumqve Holſatorum rogatu, *Anna Buchwaldia*, Cœnobii Antiſtita, Præpoſituram per qvadriennium (ab A. 1493. ad 1498.) adminiſtrandam ſuſcepit, & omni iſto ære alieno (400. tantum Marcis exceptis) Cœnobium liberavit. 30. *Dethlevus Seeſtäde*, Chriſtiani II., R. Daniæ, Conſil., Præpoſitusqve Eutinenſis & Prezenſis, de Monaſterio, (cui 2000. Marcas A. 1511. donavit) præclare meritus, ab A. 1498. ad Emortualem 1527; 31. *Wolfius Ranzou*, ab A. 153.. ad 1548. A Monialibus A. 1547., invita Antiſtita, ipſius Cognata, eſt dimiſſus, & hæc ipſius Abdicatio Hatherslebiæ & Flensburgi, in Judicio Provinciali, A. 1548. confirmata; 32. *Pet. ab Alefeld* A. 1550. & 1553; 33. *Breido Ranzou* A. 1555. & 1556; 34. *Sivardus Reventlou* A. 1560. & 1561; 35. *Bened. ab Alefeld*, Dynaſtes Haſeldorfienſis,

Adol-

Adolphi Ducis Consil., A. 1565. & 1571; 36. *Bened. ab Alefeld*, Dynastes Geltingensis, A. 1577. & 1579. Obiit A. 1586; 37. *Diet. Blome* A. 1585. & 1586; 38. *Bened. ab Alefeld* A. 1599. & 1601; 39. *Dethl. Brocktorf.* A. 1605. & 1608. Cœnobii Antistitam, Abelem Gadendorfiam, duxit Uxorem; 40. *Otto a Qvalen*, Josiæ Fil., Dynastes Coseloviensis & Nordseensis, Consil. Regius, electus A. 1609. ☉. M. Dec. A. 1620. (11.); 41. *Dethl. Seestäd*, Dynastes in Depenou, Neuen- & Altenhof, ab A. 1620. ad 1625; 42. *Æg. a Lancken* Jun., Frid. IV., Ducis Holf., Consil. Intimus ac Provincialis, Aulæ Præfectus, Gubernator Gottorp., Kilon. & Bordesholmensis, Præpositusqve Lubec. ac Prezensis, electus A. 1625, ☉. d. 15. Nov. A. 1631; 43. *Wolfius a Buchwald*, Toparcha Rastorfensis, Consil. Regius, ab A. 1631. ad 1637; 44. *Otto a Buchwald*, Dyn. Muggesfeldensis, ab A. 1638. ad 1668; 45. *Franc. Ranzou*, Dyn. Rastorfiensis, ab A. 1668. ad 1677; 46. *Joach. ab Alefeld*, Toparcha Bockhag. & Oelpnicensis, Minister jam Aulæ Gottorpiensis Primarius, ab A. 1677. ad 1682; 47. *Dethl. Reventlou*, Consil. Regius, ab A. 1682.

XVI.

(11.) Conf. de illo *P. III. c. 3. §. 25.*

XVI. Suſtentantur jam in Cœnobio hoc poſt Reformationem, & Cultui Divino ſtatis horis qvotidie vacant, Virgines e Cherſoneſo noſtra Nobiles XL Vivendum eſt illis juxta Normam, a Chriſtiano IV. Rege, & Frid. IV., Duce Holſ., Cœnobiorum Slesvigo-Holſaticorum (Prezenſis, Itzehoenſis, Slesvicenſis ac Uterſenſis) Sanctimonialibus in *Conſtitutione Monaſtica* (der Kloſter-Ordnung), A. 1625. promulgata, deinde vero A. 1636. reviſa, & *Judicii Provincialis Ordinationi* adjecta, præſcriptam.

CAPUT III.

De WAGRIA, Oppidisqve ejus Celebrioribus, Epiſcopatu item in eadem Lubecenſi, & Hiſtoriæ illorum Scriptoribus.

§ I.

WAGRIA, qvam, initio a Vandalis, deinde a Venedis inhabitatam, Comitum Holſaticorum Ditioni Seculo XII.

 acceſ-

acceſſiſſe, *Parte I.* (1.) monuimus, præter Epiſcopatum Lubecenſem, & Ducum Holſato-Plönenſium Appannagium, Præfecturas continet Segebergenſem Regiam, & Ducales, Cismarienſem atqve Oldenburgenſem. Inter Urbes ejus (qvibus annumerari etiam ſolet *Lubeca*, aliqvot ſibi Capita ſeqventia vindicatura) Segeberga, Oldesloa & Hilgenhafia Regis Danici, Oldenburga, Lütkenburgum & Neoſtadia Ducis Holſato-Gottorpienſis, Plöna Ducis Holſato-Plönenſis, Eutinum Epiſcopi Lubecenſis, & Travemunda tandem Reip. Lubecenſis Ditionibus accenſentur. Monaſteria, Reinfeldenſe, Arensböckenſe & Cismarienſe, Seculo jam ſuperiore exſpirarunt. Arensböckenſe Anno demum 1398. a Nicolao, Com. Holſ. eſſe fundatum tradit Dancvverthius (2.) Sed Antiqvius illud eſſe patet ex Adolphi, Comitis Holſatiæ, Diplomate, qvo Venditionem Villæ *Poſſade*, a Fratribus Blockiis Monaſterio Prezenſi factam, Plönæ A. 1373. confirmavit; in cujus Teſtium Recenſu

(1.) *c. 3. §. 4. & 6. ac c. 10. §. 5, p. 18. 21 167.* (2.) *P. III. Chorogr. Cimbricæ c. 9. p. 232.*

ſu *Wulfardi* etiam, *Præpoſiti in Arnsböke*, nomen occurrit. Hiſtoriam Wagriæ Univerſæ Antiqviorem, Sacram pariter atqve profanam, literis mandarunt HELMOLDUS atqve ARNOLDUS Lubecenſis, *Chronici Slavorum* Autores, Duo *Annalium Slavicorum* Seculo XIII. & XV. Compilatores Anonymi, &, qvi cœterorum Diligentiam in *Vandalia* ac *Metropoli* ſuperavit, ALB. KRANTZIUS; *Capite VI. Partis I.* prolixe a nobis commendati. Recentior ex aliis Hiſtoriæ Cimbricæ Univerſalis Scriptoribus, *Capite ejusdem Partis* VIImo enumeratis, eſt petenda.

II. EPISCOPATUS LUBECENSIS, in Civitate ALDENBURGENSI (Sede olim Regum Slavicorum, & Wagriæ totius Metropoli, nunc autem famæ ac Magnitudinis exiguæ Oppido) circa A. 952. ab Ottone M. Imp. fundati, & Marconi, Epiſcopo etiam Slesvicenſi, commiſſi, circa A. vero 1162. a Geroldo, Vicelini Succeſſore, Lubecam, Henrici Leonis Auſpiciis, translati, Originum Hiſtoriam Compendiariã *Capite Partis IIdæ Tertio* (3.)

Dd 2 exhi-

(3.) §. 15. p. 77. 78. 79.

exhibuimus. Antiqviorum etiam illius Scriptorum Ritualium Publicorum, *Breviarii* sc. A. 1477., Alb. Krummendikii Episcopi jussu, editi, ac *Libri Horarum Canonicarum*, Noribergæ A. 1513. impressi, ibidem (4.) facta est mentio. Recentior est, & hoc demum Seculo, sub Episcopatus sui initia (circa A. 1635.) a Johanne Duce Holsato-Slesvicensi publicata *Constitutio Politico-Ecclesiastica* Vernacula (die Kirchen-und Policeyordnung des Bistums Lübeck), cujus apud Dan. Janum, Encomiasten ejus posthumum (5.), observo mentionem. Qvam late Dioecesis ejus in Wagria Qvadripartita ante Reformationis tempora patuerit, Catalogus hic Parochiarum illius, A. 1286. concinnatus, & in *Registro Præpositur æ ac Conventus Poretzensis* Bocholdiano a me inventus, ostendit, qvem modernis istarum Nominibus, Parentheseos signo inclusis, subinde interpolavi:

Distinctio totalis Dioeceseos Episcopatus Lubecensis in IV. Partes.

PARS

(4.) §. 16. (5.) *in Serm. Funebri Vernaculo.*

PARS I.

1. Brode (*Grotenbrode*); 2. Hilgenhavene; 3. Kerhgvelde; 4. Grobe (*Grube*); 5. ALDENBORGH Stationalis; 6. Hosune (*Hansven*); 7. Honstene (*Hohenstein*); 8. Linsane (*Lensan*); 9. Sconevvolde; 10 Grobenisse (*Groembsee*); 11. Civitas Lubecensis; 12. Cycimere (*Cismar*); 13. Reinevelde; 14. Segeberge; 15. Poretz (*Pretz*).

PARS II.

16. *Lüthkenborch*; 17. Selente; 18. Gykoue; 19. Kercenhagen (*Carstenhagen*); 20. Elrebeke (*Elmeschen Hagen*); 21. Sconenberch; 22. Brocovve (*Barkou*); 23. PLONE STATIONALIS; 24. Lybrade (*Lebrade*); 25. Blekendorp; 26. Bosovve; 27. Nienkerken.

PARS III.

28. Uthin (*Eutin*); 29. Melente (*Lenter*); 30. Nuchele (*Nüchel*); 31. Crempa (*Alten Crempe*); 32. Nova Crempa (*Nienkerke*); 33. ZUSELE (*Süssel*) STATIONALIS; 34. Ratecoue; 35. Travenemunde; 36. Rensvelde; 37. Corovve (*Kürow*); 38. Golessekendorp, (*Gleschendorp*); 39. Pule.

40. Todeslo (*Oldeslo*); 41. Lescinghe (*Letzing*); 42. Bornehovede; 43. Slamersdorp; 44. INSULA SEGEBERGE (*Warder*) STATIONALIS; 45. Peronisdorp (*Pronstorp*); 46. Gnessovve (*Gnissou*); 47. Sarevve; 48. Cerben (*Zarpen*); 49. Wesenberge.

Qvænam sint Parochiæ *Kerhgvelde* & *Pule*, ignoro. Parochia Schönkerkensis, Monasterium Ahrensböckense, & Oppidum Neostadiense, in hoc Catalogo, qvia Anno 1286. sunt juniora, non comparent.

III. Inter EPISCOPORUM hujus Ecclesiæ Biographos atqve Encomiastas, primus se offert HELMOLDUS, Presb. Seculo XII. Bosoviensis, qvi magnam *Chronici Slavorum* Partem Recensui omnium, qvi ad primam illorum Classem pertinent, Aldenburgensium scil., Compendiario, prolixioriqve Vicelini, & primorum ejus in Secunda Lubecensium Classe Successorum, Geroldi atqve Conradi I., Biographiæ impendit. Continuator illius, ARNOLDUS, Abbas Lubec., Henrici I., Conradi II. & Theodorici, hos secuto-

cutorum, Vitas pari diligentia descripsit. Duumviris his succedat ALB. KRUMMENDIK, Eqv. Aur. Holf.,ex Canonico Ecclesiæ Lubec. in ejusdem Episcopatu A. 1466. Arn. Westphali factus Successor, intercedente pro eo apud Pontificem Christiano I., Daniæ Rege, qvi ex subditis suis aliqvem Episcopatui huic, intra Ducatus sui terminos sito, præfici cupiebat (6.). Ipse vicissim Regi mire fuit obseqviosus, jussuqve ejus plurimas, non Regiis, sed suis & Ecclesiæ Impensis (7.), obiit Legationes. Qvas inter eminent, qvæ A. 1466. & 1467. ad R. Galliæ & Carolum, Ducem Burgundiæ, A. 1469. ad Edvardum R. Angliæ, & A. 1477. ad Ernestum, Elect. Sax., conciliandarum inter Filiam ejus, Christinam, & Johannem, Regis Primogenitum, Nuptiarum ergo, ab illo, Huitfeldio teste (8.), sunt expeditæ. Sumptuosis hisce Itineribus, aliisqve Negotiorum Publicorum Tractationibus, qvibus a prima assveverat Ætate, Ecclesiæ opes

Dd 4 im-

(6.) V. Huitfeldii *Chron. Dan. P. V. p. 909.* (7.) V. Krantz *l. 12. Metrop. c. 4.* (8.) *l. c. pag. 909. 910. 923. 933.*

mpendit, &, cum hæ non sufficerent, Ære 20000. Marcarum alieno eandem oneravit. *Memoriam sui*, ait Krantzius (9.), *reliqvit apud multos Creditores, qvi qvererentur, & optarent, unde suum reciperent.* Qvam ob caussam *Vir Sumptuosus & Prodigus* audit Herm. Bonno (10.), durius eum tractanti, qvam Scriptores alii, Nævos ejus excusantes, Autor sc. *Chronici Slavici*, qvi (11.) *Virum Benignum, Dapsilem & Munificum*, ac Alb. Krantzius, qvi (12.) *Pontificem pii cordis, ac cunctis benevolum*, illum appellavit. Haud male certe de Ecclesia sua est meritus, non Imagine solum Crucifixi Salvatoris Magnifica, & 6000. olim Marcis, ob Artificium, & Cimelia, qvibus superbiebat, æstimata (13.), ante Chorum templi Cathedralis, supra Sepulchrum suum, exstructa, sed *Breviariis* etiam in Usum ejusdem A. 1477. (14.) publicatis, & *Chronico Episcoporum Lubecensiũ* Latino, A. 1476. conscripto, & ad Episcopatus sui initium, sive A. 1466., perducto. Allegatum illud jam est A. 1659. a Ban-

(9.) *l. c.* (10.) *l. 2. Chron. Lub. p. m. 68.* (11.) *ad A. 1466.* (12.) *l. 12. Metrop. c. 4.* (13.) V. Elverfeldii *Classes de Holsatia p. M. 3. a., & Chronicon Lubecense Kirchringio-Mollerianum p. 109. 110.* (14.) V. *P. II. c. 3. §. 16. & P. IV. c. 3. §. 2.*

Bangerto *in suis ad Helmoldum Observationibus* (15.) & nuper demum A. 1688. ab HENR. MEIBOMIO Jun., cum Anonymi ad A. 1505. Continuatione, & suis qvibusdam Notulis, in *Tomo Rer. German. IIdo* Helmstadii publicatum. Fallitur *Bibliothecæ Univers. Amstelodamensis Menstruæ* Scriptor, I. C. de la Crose, qvi (16.) A. 1476. Krummendikium obiisse sibi persvadet. Isto enim *Chronici* qvidem sui Scriptioni finem imposuit, sed Vitam tamen ulterius, ad A. C. 1489, & Episcopatus 23tium, qvi Emortualis ipsi fuit, produxit.

IV. In iisdem, qvibus *Chronici* Krummendikiani Appendix, Temporibus, Anno sc. 1506, & Episcopatus Wilh. Westphali Auspiciis, finitur Catalogus Episcc. Lubecensium ALB. KRANTZII, *Metropoli* insertus, cui Dav. Chytræus sola Episcoporum Sec. XVIti Nomina, in *Proœmio Metropoleos Continuatæ*, A. 1582. (17.) adjecit. *Chronicon Diœcesis Lubecensis* Ἀδέσποτον, qvod in Gottorpiensi Bibliotheca MStum asser-

 vari

(15.) *p. 310.* (16.) *T. XI. Biblioth. Univers. Gallicæ, M. Nov. A. 1688. p. 186.* (17.) *V. P. I. c. 6. §. 23. p. 103. 105.*

vari e Catalogo didici, qvousqve ſit perductum, ignoro. Ad A. usqve 1586. Præſulum horum Seriem pertexuit. *Epicedion in obitum Eberhardi ab Holle, Epiſc. Lub.*, Elegiacum, *Catalogum & Hiſtoriam omnium Epiſcc. Lubecenſium continens*, qvod Serveſtæ eod. A. (18.) edidit MELCH. NEOFANIUS Brunsv., ex Scholæ in Cimbria Huſenſis Rectore Ædis in Patria Petrinæ Paſtor. Compendiariam etiam Hiſtoriæ & Succeſſionis Epiſcoporum Lubecenſium Notitiam CASP. DANCKWERTHIUS *Parti III. Chorogr. Cimbricæ* (19.), ac HERM. BONNUS, JOH. REGKMANNUS, CASP. SAGITTARIUS, aliiqve Rerum Civitatis Lubecenſis Scriptores, *Capite ſeqv.* enumerandi, *Chronicis* ſuis intexuerunt. Noviſſime, circa A. 1679., eosdem Libello peculiari Vernaculo, mihi nondum viſo (Biſchöffliche Gedächtniſſe von den Biſchöffen zu Heideby und Lübeck), uti a Cl. Arnkielio accepi, celebravit FRID. COGELIUS, Mitavia Semigallus, Scholæ in Wagria Eutinenſis Conrector. De Poetaſtro Antiqvo, Vitæ S. Vicelini, ultimi

(18.) *in 4to.* (19.) *c. 8. p. 222-229.*

mi Episc. Aldenburgensis, Scriptore, *Partis II. Caput IIIium* (20.); de Johannis, Episc. hoc seculo Lubecensis, & Ducis Holsatici, Panegyristis posthumis, *Partis I. Caput XIII.* (21.) de Eberhardi ab Holle autem, ejusdem Ecclesiæ Seculo Superiore Antistitis, Encomiaste, Melch. Neofanio, paulo ante dicta possunt relegi.

V. Inter Urbes Wagriæ paucæ Rerum suarum Scriptores nactæ sunt peculiares. UTINI, Sedis Episcoporum Lubecensium Antiqvissimæ, & Seculo jam XII. non incelebris, Historiam pollicentur bina FRID. COGELII, paulo ante laudati, Scripta Vernacula: 1. die Utinische oder Eutinische Stadt-Gedächtnisse / Plön 1679. in 12; 2. die Kirchengedächtnisse von den Predigern zu Eutin. Neutrum ipse vidi, sed Notitiam illus Lipenio, hujus autem Cl. Arnkielio, debeo. Arx atqve Civitas SEGEBERGENSIS Seculo itidem XII., & Lothario Imperatori, suas debet Origines, in Urbium autem Ordinem Anno demum 1260. a Johanne & Gerhardo, Comitibus Holsaticis, est evecta. In Via pro-

(20.) §. 15. p. 78. 79. (21.) §. 6. p. 203. 204.

prope hanc Civitatem Regia, HENR. RANZOVIUS, Prorex Cimbricus, A. 1588., in Friderici II. Regis, Majorum item, ac Liberorum ſuorum, Memoriam, Pauperumqve Segebergenſium Emolumentum, Sacellum exſtruxit magnificum, ex qvovis latere Arcum repræſentans triumphalem, & in Pyramidem tandem aſſurgens, eiqve biennio poſt (A. 1590.) Obeliſcum adjunxit, non minus artificioſum ac Romano (qvem, ab Auguſto juxta Mauſoleum erectum, Sixtus V. Pontifex inde ad Baſilicam S. Mariæ Majoris tranſtulit) altiorem. Utriusqve, uti & Pyramidis Nordoenſis Qvadratæ, & in Apice acuminatæ, A. 1578. a ſe conditæ, Schemata, Deſcriptiones atqve Inſcriptiones Ipſe ſubjunxit A. 1588. *Deſcriptioni Exeqviarum Friderici II. Roeskildenſium*, A. 1591. *Poemati de Somniis Elegiaco*, & A. 1595. *Comm. Bellico*, Francofurti excuſo. Comparent etiam in Pet. Lindebergii *Hypotypoſi Ranzoviana* (22), G. L. Frobenii *Sylloga Epiſtolarum ad H. Ranz. Conſolatoriarum* (23.), & Appendice Hier. Henningii *Genealogiis Nobili-*

(22.) c. 4. (23.) p. m. 452-455.

bilium Saxoniæ Familiarum A.1590 (24.) adjecta.

VI. RAZOVII, *Inclyti, Antiqvi & Hæreditarii*, imo Gentilitii, *Ranzoviorum* in Parochia Wagriæ Nienkerkensi *Prædii, ab Henr. Ranzovio instaurati, & in Arcis sublimitatem educti, Descriptionem Brevem atqve Graphicam* Islebiæ A. 1595. (25.) divulgavit ALB. LOMEIERUS, qvem in *Parte I.* (26.), infida aliorum deceptus Relatione, Lubecensem fuisse tradidi, nunc autem, ex Librorum ejus Inspectione certiora edoctus, Lubbekæ, Oppido Westphaliæ obscuro atqve exili, vindico.

CAPUT IV.

De Civitate LUBECENSI, & Historiæ Rerumqve illius Scriptoribus Novantiqvis.

§. I.

CIvitas LUBECENSIS, in Wagria olim ad Svvartoviam, Seculo circiter XI., est

(24.) *Hamb. in fol. Reg.* (25.) *in 4to.* (26.) *c. 14. §. 6. p. 219.*

XI., est condita, XIImo autem a Slavis, Rugiam incolentibus vastata, ab Adolpho II., Com. Holss., in vicina, qvam Fluvii nostrates, Trava atqve Wakenissa, cingunt, Peninsula, Chersonesi Cimbricæ & Saxoniæ Inferioris Confinia occupante, instaurata, ac tandem A. 1182, Henrico Leoni a Friderico Barbarossa Imp. erepta, atqve in Urbium Imperialium Ordinem evecta. Wagriæ Urbibus a plerisqve Geographis ob viciniam accensetur, imo Metropolis illius a J. Andr. Qvenstedio (1.), qvamvis minus accurate (nullo enim gaudet loco inter Ordines Ducatus Holsatici Provinciales), salutatur. Multos Historiæ suæ nacta est Scriptores, Antiqvos pariter atqve Recentiores. Primas ejus Origines detegunt HELMOLDUS, Presb. Bosov., & ARNOLDUS, Abbas Lubec., qvorum *Chronicon Slavorum*, *Capite VI. Partis I.* commendatum, Casp. Sagittarius (2.) merito *Unicum* vocat *Præsidium*, *ad qvod Antiqva Lubecensia rimanti, tanqvam ad Sacram Anchoram, est confugiendum.* Hos longa

(1.) *in Dial. de Patriis Illustrium Virorum p. 201.* (2.) *in præfat. Diss. I. de Historia Antiqva Lubecensi.*

ga ſerie ex Antiqvis ſeqvuntur Autores *Chronicorum Lubecenſium* Ineditorum plurimi, nominetenus mihi ſaltem cogniti, GERH. ſcil. BULLEN zur Burg (Burga forte, Oppido Femariæ, oriundus), JOH. GOEDENDORP, Templi Cathedralis Vicarius, MICH. KAMPHERBECK, HENR. KASTORPIUS, Conſul Lubecenſis (3.), THOM. MUERKIRCHEN Prætor (qvem confundi credo cum Ord. Franciſcani Lectore, juſſu ejus A. 1385. Hiſtoriam Lubecenſem, uti §. *ſeqv.* monebitur, literis mandare aggreſſo), aliiqve Obſcuriores, Vernaculo commentati Idiomate, qvorum XV. Chronica MSta, ſibi, cum Rhapſodiam de Civitate Lubecenſi Vernaculam conſarcinaret, ad manus fuiſſe, Conr. Hövelius (4.) teſtatur. Addendus iis JOH. RUFFUS, cujus *Chronicon Lubecenſe* ineditum, Saxonica conſcriptum

(3.) Duos Lubeca habuit Conſules, hoc nomine inſignitos, qvorum alter, patria Weſtphalus, A. 1452. in Senatum eſt cooptatus, & A. 1488. defunctus; alter, ortu Lubecenſis, A. 1500. Regimini patriæ admotus, & A. 1512. d. 9. Oct. exſtinctus. V. *Chronicon Lubecenſe Kirchringio-Müllerianum p. 105. 106. 107. 108. 125.* (4.) in præfat. der Lüneburgiſchen Vortreffligkeit.

ptum Dialecto, ab H. Bangerto (5.), Paulo Neucrantzio (6.) & Casp. Sagittario (7.) allegatur.

II. Anonymi sunt, & publica itidem luce nondum donati: 1. AUTOR *Chronici Lubecensis*, ad A. 1289., Lambecio (8.) teste, perducti; 2. LECTOR Ord. Franciscani, qvi jussu Herm. Langii & Thomæ Moerkerken, Urbis Prætorum, A. 1385. *Chronicon Lubecense* Saxonico scripsit Idiomate, & ab H. Bangerto (9.) allegatur; 3. MINORITA, qvi A. 1410. *Chronicon Lubecense* concinnavit, eiqve Narrationem de nefando Monachi, qvi Henricum VII. Imp. sustulit, Dominicani Facinore intexuit, refutatus hanc ob causam, sed, Dorscheo (10.) judice, *satis perfunctorie*, ab Autore *Chronologicæ de Ordinis Prædicatorum Generalibus & Viris Illustribus Compilationis*; 4. Autor *Chronici Lubecensis* Germanici, sub initium, & passim in ipsa Historiæ serie, ab A. 1157. ad 1413. deducta, mutili, in Biblioth. olim Ham-

(5.) *in Notis ad Helmoldum p. 157. 204. 496, & in Indice Autorum.* (6.) *in Exerc. de Harengo p. 57.* (7.) *in Hist. Bardov. c. 6. § 6.* (8) *in Indice Autorum, Libro II. R. Hamb. adjecto.* (9) *l. c. p. 139.* (10) *in Mysaria Missæ p. 163.*

Hamburgensi a me inspecti ; 5. Compilator *Chronici.* alterius *Lubecensis*, itidem Germanici, cujus Narrationes in Cod. Hamburgensi ab A. 1106., in Gottorpiensi autem ab A. 1147, ad A. usqve 1430., continuantur. An diversa ab his sint Tria *Chronica Lubecensia*, itidem Ἀδέσποτα, qvæ, una cum *Chronico San-Petrino* (Historiam forte ejusdem Civitatis persecuto), a Bangerto in Indice Autorum, qvem *Helmoldo* suo adjecit, laudantur, ignorare me fateor, & de istis pariter atqve reliqvis, hactenus enumeratis, a Viris Reip. hujus Inclytæ Eruditis plenius edoceri desidero. In Biblioth. Gottorpiensi duo, *Catalogo* illius teste, MSta asservantur hujus Argumenti Vernacula (1. das Lübeckische Jahr-Register; 2. Chronologia von der Stadt Lübeck;) qvæ tamen recentiora esse, & ad §. potius seqventem referenda, suspicor.

III. Inter Scriptores Seculi Superioris Recentiores, luce publica Typorum Beneficio donatos, familiam ducit HENR. AQVILONIPOLENSIS, Wittebergа Saxo, Acad. patriæ circa A. 1514. PP.

Reliqvit is, uti Parte I. (11.) jam monitum, *Poema de Urbis Lubicanæ Primordiis*, Libb. 2. comprehensum, &, cum *Adolpheide* ipsius, Francofurti A.1620. ab Henr. Meibomio Sen., ac Helmstadii A.1688. (*Tomo I. R. Germ.*), a Nepote hujus Cognomine, editum. Henrico ætate proximus est M. HERM. BONNUS Osnabrugensis, ex Scholæ Lubecensis Rectore, Ecclesiarum istius Civitatis omnium ab A. 1531. Superintendens, d. 12. Febr. A. 1548. (æt. 44.) defunctus. Edidit is Magdeburgi A. 1539. (12.) Idiomate Saxonico *Chronicon Lubecense*, ad A.1538. deductum, & in tres Libb. divisum (*Chronica* der vörnehmlickesten Geschichte unde Händel der Keyserlicken Stadt Lübeck / bit to dem Jahre 1538.) Versio illius Latina, a JUSTINO GOBLERO, Goarino, J.U.D., Reip. initio Lubecensis Syndico, deinde autem Ducum Brunsvic. Comit. Nassov. & Civitatis Francofurtanæ, ad A. usqve Emortualem 1567, Consiliario, concinnata, Basileæ, Typis Oporini, eodem A. 1539. prodiit, & qvadriennio post (1543.), adjectis duabus ipsius in obi-

(11) *c. 6. §. 18. p. 93.* (12.) *in 8vo.*

obitum Erici Senioris, D. Brunsv., Orationibus, est recusa (13.) Misnica Translatio in ipsa Civitate Lubecensi A. 1634. & 1666. (14.) lucem vidit publicam. Goblero Libellus hic probatur, vel eam imprimis ob causam, qvod *pleraqve non ad veritatem modo, sed etiam ad pietatem, cultumqve divinum, referat* (15.). A Lambecio contra (16.), Censore Nævorum illius admodum rigido, verbis his perstringitur asperrimis: *Herm. Bonni totum Chronicon Lubecense imperfectum frivolumqve est, & inter qvisqvilias Chronicorum, quæ Vernacula lingva circumferuntur, vel præcipuum locum jure sibi vindicat.* Paulus Mart. Sagittarius, Scholæ Altenb. Rector (17.), ex unico hoc Chronico bina est fabricatus, qvorum alterum Bonno, alterum *Herm. Birrio*, Scriptori Chimærico, tribuit. Bonni Coætaneus fuit JOH. REGKMANN, Civis Lubecensis, Factionis Wollenvveberianæ, uti e Libro ipsius apparet, in Dissidiis istorum temporum Intestinis, Assecla. *Chronicon* ejus *Lubecense*, ad A. C. 1550. deductum, & Consulum

(13.) *in 8vo.* (14.) *in 8vo.* (15.) V. Illius *Præfat. suæ Versionis.* (16.) *l. 2. Rer. Hamb. p. 47.* (17.) *in Progr. de Peregrinat. p. 15.*

atqve Senatorum ab A. 1200. ad eundem A. 1550. Recensu, sub finem adjecto, auctum, e J. Frid. Faustii Aschaffenburgensis MSto, Spiræ A. 1619. (18.) sub hoc editum est Titulo: Lübeckische Chronica; das ist: Alle vornehmste Geschichte/so sich in der Keyserl. Reichsstatt Lübeck von Zeit ihrer ersten Erbauung an zugetragen/in 3. Büchern auffs kürtzeste auß gewissen Autoribus, und Alten Chroniken, durch Hans Regkmann, Bürgern daselbst / zusammen getragen.

IV. Hoc Seculo Historiam singularum Civitatum Hanseatico-Vandalicarum Libellis Vernaculis peculiaribus complecti est aggressus, & Lubecensis Epitomen (der Keyserl. Freyen Reichsstatt Lübeck Glaub- und Besehenswürdige Herrligkeit / samt verhandener Alterthums nützlichen Gedächtnissen) / ceu specimen qvoddam, cœteris A. 1666. (19.) præmisit CONR. ab HOEVELEN, Ord. Cygnæi Ristiani & Societ. Rhodophororum Zesianæ Collega, Rhytmopœorum nostratium, qvi Idioma Germaniæ Heroum, & Or-

(18.) *in fol.* (19.) *Lubecæ in 8vo.*

& Orthographiam ejusdem, deturparunt, haud postremus. Qvamvis autem Homo ille περιαυτόλογος locum inter Saxoniæ Inferioris Historicos non infimum ipse sibi vindicet, nolim tamen Centonis hujus (ad qvem concinnandū se, præter Scriptores Editos, XV. Chronica MSta jactat adhibuisse), & aliorum ejusdem Farinæ de Civitatibus Hamb., Lüneb. & Ratzeburgensi, Lectioni Tyrones nostros assvescere. Neqvid enim dicam de Phraseologia inepta, & ridicula Literarum in plerisqve Vocibus Metathesi, ingens in omnibus observatur ἀμαθία, Arrogantia, & in Dignis atqve indignis relatu miscendis ἀκρισία, Lectori Cordato cuivis displicitura. Substitui in locum illius malim *Compendium Chronici Lubecensis* Vernaculum den Außzug und Historischen Kern der Lübischen Chronica, auß verschiedenen Autoribus contrahiret &c.), A. 1678. a duobus Adolescentibus Patritiis, GODSCHALCO KIRCHRINGIO & GODSCH. MüLLERO, sive potius, uti relatum mihi est, Præceptore illorum Privato, editum, patriæ Reip. Historiam

riam, cum Consulum ac Senatorum Serie, ad A. 1663. pertexens (20.). Multa enim habet aliis indicta, & ex Actis, qvorum Index additur, Publicis magnam Partem est congestum. Lectori Erudito magis arridebunt Qvatuor *de Antiqviori & Media Civitatis Lubecensis ad A. usqve 1400. Historia Dissertationes*, qvas JAC. a MELLEN, Lubecensis, Ædis nunc in patria Marianæ Ecclesiastes, Jenæ A. 1677. 1678. & 1679., CASP. SAGITTARIO Præside, publice defendit. Dignæ utiqve sunt, non meo tantum, sed & Celeb. Meibomii (21.) judicio, ut vel a Respondente, *ad omnes Literas Elegantiores, & conscribendam Historiam Patriam*, uti Præses ἱστορικώτατος censet (22.), *nato*, ac id ipsum jam publice pollicito (23.), vel ab ipso Præside (qvi sibi illas in *Scriptorum Catalogo* videtur vindicare, ac in *Historia* jam *Bardovicensi* A. 1674. multum luminis primis Lubecæ Temporibus est fœneratus), sub incudem revocentur, & Curis

(20.) *Prodiit Hamburgi A. 1678. in 8vo.* (21.) *in Introd. ad Hist. Sax. Infer. p. 64.* (22.) *in Dedic. Dissertationis de Natalitiis Martyrum ad Senatum Lubec.* (23.) *in Dedic. Disp. IVta.*

ris ſecundis auctiores, ac ad noſtra continuatæ tempora, denuo prodeant.

V. Inedita etiamnum deliteſcunt: 1. REIMARI KOCK, Parochi Lubec. circa A. 1553. Petrini, *Chronicon*, qvod a Bangerto, Sagittario, Kirchringio & Hœvelio allegatur, *Lubecenſe* Bipartitum, ab A. C. 980. ad 1549, Cl. Arnkielio teſte, perductum; 2. M. THOMÆ REHBEENII, Protonotarii, & deinde ab A. 1593. Senatoris Lubecenſis d. 2. Maji A. 1610. defuncti (24.), Liber hujus Argumenti, in *Compendio* Kirchringiano aliqvoties laudatus; 3. STEPH. DOERINGII, Piſtoris Lubecenſis Illiterati, ſed Φιλοβίβλȣ, A. 1615. (æt. 70.) mortui, *Chronicon*, qvod H. Bangertus (25.) mentione honorifica dignum cenſuit, *Lubecenſe* Vernaculum, non indiligenter compilatum, & *Series Conſulum atqve Senatorum ab U. C. ad ſuam usqve ætatem*, Familiarum ſingularum Inſignibus, Colorum varietate artificioſe diſtinctis, aucta.

(24.) *V. Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 236. & 251.* (25.) *in Sermone Epitaphio, Manibus Uxoris ejus, Eliſab. VVeſſeliæ (D. Joh. Frankii, Conſil. Saxo-Gothani, Matris), A. 1664. conſecrato.*

VI. Ab ipso HENR. BANGERTO (Südeccæ Waldeccorum d. 20. Mart. A. 1610. nato, Scholæ Mindensis ad A. usqve 1636. Conrectore, Oldenburgensis ad A. 1643. Rectore, ac Lubecensis tandem ab A. 1643 ad 1664. Conrectore, Annuoqve postea spatio Gymnasiarcha, d. 30. Jun. A. 1665. defuncto) majus aliqvid, & qvosvis aliorum in Historia sua Conatus superaturum, Lubeca merito sibi poterat polliceri. Vir enim fuit solide eruditus, & non Lingvarum solum, sed Historiarum etiam omnis ævi, in paucis gnarus, judicio præterea, Eloqventia, cœterisqve, qvæ Historicum ornant, dotibus, egregie instructus. Boeclero (26.) audit *Vir Doctissimus*, Schurtzfleischio (27.) *Polyhistor Industrius*; ac Mart. Bœckelio (28.) *Vir Elegantissime doctus, & optimus simul, Ingenii facilitate, Doctrinæ Copia, & Judicii Elegantia, Literatorum Vulgus longe exuperans.* Adde his Elogia Discipulorum ipsius, Rerum Germanicarum peritia, qvam Manuductioni ejus de-

(26.) in Diss. de VVitekindo M. p. 16. (27.) in Diss. de Rebus Slavicis §.*6.p. 8, & in Origg. Pomeran. p. 16. (28.) in Epist. Helmoldo ejus præfixa.*

debere se agnoscunt, nemini hac tempestate secundorum, Henr. Meibomii Jun., & C. Sagittarii. E qvibus hic *Polyhistoris* eum *Celebris* (29.) titulo ornavit; Ille autem, in nupera *ad Hist. Sax. Inf. Introductione* (30.), Operis ipsius de Hist. Lubecensi Affecti, & speciminis illius, editi qvidem, sed mihi nondum visi, honorificam hisce Verbis injecit mentionem: *Ut Hamburgensium Rerum Historiam Lambecius, ita Lubecensium qvoqve Orbi Erudito exponere decreverat Vir Cl. H. Bangertus, præclara Helmoldi & Arnoldi, Slavicæ Historiæ Conditorum, Editione notissimus, magna Eruditione & Exqvisito Judicio tantæ rei par. Vix una tamen alterave pagella, in specimen futuri Operis, publicata, infelici casu mortuus est Vir longiori Vita dignissimus, qvem primum in Historia Veteri & Recenti Præceptorem me habuisse lætor.* Utinam Laboris hujus, qvem absolvere per Fata Autori non licuit, Lineamenta saltem & λείψανα e Schedis conqvirantur, & Posterorum serventur usibus. Qvo enim Apparatu ac judicio illum sit aggressus, ex Helmoldi Editione perspicimus, & calculum nostrum ad-

(29.) *in Hist. Lusatiæ* §. 10. (30.) *pag.* 64.

dimus Illustri Bœckelio, qvi cum, Syndicus adhuc esset Lubecensis, his nostrum verbis (31.) compellavit: *Mihi ea est sententia, nec falli Animum puto, aut nunqvam inventuram aut in te Virum reperisse Lubecam, cui Rerum suarum Monumenta, & Amplissima quidem, & memoratu digna, posteritati transcribenda possit demandare.*

VII. Historicis hujus Reip. succedant Panegyristæ, e qvibus mentione videntur digni: 1. M. ERASMUS SARCERIUS, Annæberga Misnicus, Scholæ initio Lubec. ab A. 1530. Conrector, hinc Viennensis, Græciensis in Styria, Rostochiensis ac Nassovico-Sigenensis Moderator, deinde Ecclesiarum Nassovicarum ad A. usqve 1548, Thomanæ Lipsiensis ad A. 1553., Islebiensis atq; Mansfeldicarum ad A. 1559, ac tandem Magdeburgensis, Antistes, d. 28. Nov. A. Seculi XVI. ac æt. suæ LIX. defunctus, singularis prudentiæ Theologus; qvi *Rhetoricæ* suæ, Marpurgi A. 1537. & Francofurti A. 1551. (32.) excusæ, peculiarem *Lubecæ* inseruit *Laudationem* (Bangertus (33.) *Orationem*

ci

(31.) *in Epist. Helmoldo præfixa.*
(32.) *in 8vo.* (33.) *in Notis ad Helmoldum p. 138.*

ei tribuit *de Lubeca Veteri*, qvam ab hac vix credo esse diversam); 2. M. PET. VINCENTIUS Uratislav., Ludi Norib. Laurentiani ab A. 1541., Acad. Gryphisvv. ab A. 1543., Lycæi Lubec. ab A. 1552., Acad. Witeb. ab A. 1557., Scholæ Gorlic. ab A. 1565. & Elisabethanæ tandem in patria Moderator ac Doctor Publicus, Kal. Oct. A. 1581. (æt. 61.) denatus; cujus *Elegia de Origine, Incrementis & Laudibus Inclytæ Urbis Lubecæ, ad S. P. Q. Lubecensem*, sub Auspicia Muneris Scholastici d. 8. Nov. A. 1552. illic recitata, eodem A. Rostochii (34.) a Dav. Chytræo, publicis eam Lectionibus illustraturo, est edita, & a Nic. Reusnero (35.) commendata; 3. M. HENR. SANTMANN Lubecensis, Diac. in patria ad A. usqve Emortualem 1639. Ægidianus, in cujus *Triga Oratt. Panegyricarum*, Francofurti ad Viadrum A. 1609. (36.) publicata, locum secundum occupat Ἐπιδεικτικὴ *de Fundatione & Incrementis Inclytæ Lubecæ Declamatio*. DESID. REGII, Arduennatis Galli, ex Mon. Capuccino Relig. Lutheranæ Prof-

(34.) *in 4to.* (35.) *in Lib. de Urbibus Germaniæ Imperialibus p. 61.* (36.) *in 4to.*

Proſelyti, *Apicem Lubecenſem*, A. 1649.(37.) excuſum, aliaqve momenti minoris Schediasmata, prætereo.

VIII. Conſulum atqve Senatorum Seriem, præter JOH. REGKMANNUM, GOTSCH. KIRCHRINGIUM & STEPH. DORINGUM, §. 3. 4. & 5. laudatos, BERNH. MIDDENDORPIUS Lubecenſis, Scripto peculiari, Lubecæ A. 1669. (38.) impreſſo, exhibuit, cujus hic eſt Titulus: Rahtslinie der Stadt Lübeck und dero Hauptbuch/der Rahtsherren Vor- und Zunahmen/Heimat/Wahl/Würde/Regierung/Ende/ Wapen und Zahl anzeigende. Templorum Deſcriptionem, & Epitaphiorum, aliarumqve in iſtis Inſcriptionum, Syllogen, moliebatur HENR. ZEIDLERUS Lubecenſis, Theol. Candidatus, ante triennium (A. 1688.) vivis exemptus. Qvem Laborem ipſius Affectum, ob ſingularem Autoris in colligendis Eruditorum Biographiis, & aliis varii generis *Chartis* (qvas Joh. Cinellus vocat) Volantibus, non ubivis obviis, diligentiam, inqve nonnullis iſta-

(37.) *in 8vo.* (38.) *in fol. V. Catal. Nund. Vern. A. 1669., & alios complures.*

ſtarum mecum, paulo ante obitum communicandis προθυμίαν, mentione h. l. honeſta defraudare nolui.

IX. Claudam hoc Caput Recenſu Chronologico Scriptorum Polemicorum, qvibus Controverſiæ Reip. hujus, & Inteſtinæ, & qvæ cum Exteris eidem Regibus intercesſerunt, hoc atqve ſuperiore Seculo ſunt ventilatæ. De Bello, adverſus Chriſtiernum II., Daniæ Regem, A. 1523. ſuſcepto, conſuli poſſunt: 1. De Vorſaken / wo de van Lübeck mit eeren Vermandten / uth rechter unumbgenklicker Noht / tor Gegenwehr tegen Könning Chriſtiern ſind gedrungen / A. 1523. in 4to. (Recuſæ ſunt Idiom. Misnico in Joh. Petræi *Chronici Holſatiæ Parte IV.* (39.), Danico autem in Har. Huitfeldii *Tomo VI. Annal. Danicorum* (40.)); 2. Chriſtiani II., Daniæ & Sveciæ Regis, *Reſponſio ad Lubecenſium contra ſe Articulos*, a Conſiliario illius, *Corn. Duplicio Sceppero* (41.), conſcripta, & Typis Melch. Lotteri A. 1524. (42.) excuſa.

De Diſſidio inter Senatum ac Cives, horum-

(39.) *p. m. 144.-150.* (40.) *p. m. 1226-1231. Edit. Neriſſ.* (41.) *V. de illo P. I. c. 9. p. 152.* (42.) *in 4to.*

horumqve Demagogum, Georg. Wollen-vveberum, Septennali (ab A. 1529. ad 1535.), Consulum item Duorum Nicol. Brömsii Lubecensis, J. U. D., Eqv. Aur. & Consil. Cæsarei, Patriæ Patris, ac Hermanni Plonnies, Monasteriensis, Exilio, evolvantur: 1. Nic. Brömsen und Herm. Plonnies Schrift/ worinnen sie die Ursache ihrer Wegreise anzeigen / und über die Auffrührische Unternehmungen der 164. Deputirten sich beschweren / A. 1531. in f. pat.; 2. Billige Antwort der verordneten Bürger zu Lübeck gegen die grundlose Schmähschrift der beyden vorgeschlagenen Bürgermeister / Nic. Brömsen und Herm. Plonnies; Lübeck A. 1531. (Comparet etiam in J. Regkmanni *Chronici Lubec. Lib. 310* (43.).).

De Bello, a Factione Wollenvveberiana contra Christ. III., R. Dan., injuste ac infeliciter gesto: 1. Der Stadt Lübeck Außschreiben gegen K. Christ. III.; 2. Christ. III., Erwehlten Königs zu Dennem. / Antwort auf den Lübischen Außschreiben / A. 1535. in 4to; 3. GERH. KORBMACHERI, Nautæ Lubecensis, Historia Vernacula Inauspicatæ, cu inter

(43.) *p. 138--149.*

interfuit, Expeditionis Lubecensium Navalis, ad Suppetias Civitati Hafniensi, a Christ. III. obsessæ, ferendas A. 1535. susceptæ, d. 20. Nov. eod. A. scripta, & in *Chronici* Regkmanniani *Lib. 4to* (44.) publicata.

X. De Bello Septennali, per Frid. II., R. Dan., & Lubecenses, ab A. 1563. ad 1570. contra Ericum & Johannem, Reges Sveciæ, gesto, & Stettini tandem composito, consulantur: 1. Abdruck des Königl. Dänischen und Lübeckischen Absagsbriefe wider den Kön. von Schweden/ Kopenh. 1563. 4to; 2. des Rahts zu Lübeck Warh. und Beständige Uhrsachen/warumb sie/als unumbgänglich dazu genohtdrenget / in ietztwehrenden Defensions-Krieg wieder die Königl. Würde zu Schweden sich begeben müssen; Auch Ablehnung aller Beschuldigungen/so ihnen derhalben von Hochged. Königl. Würde/ auch sonst ihren Wiedrigen/zugemessen werden / Lübeck 1564. in 4to; 3. der Lübecker Bericht gegen die Schweden/Ibid. 1566 in fol.; 4. CLAUDII ARRHENII, Caroli XI, R. Svec., Historiographi, *Vita Ponti de la Gardie*, *Strategi* *Sve-*

(44.) *p. 191.-204.*

Svedici, Lipsiæ A. 1689. (45.) edita, qvæ Digress. peculiari Scriptum hoc Lubecense, A. 1566. publicatum, Navigationem Narvensem Regale S. R. Imp. esse asserens, teste Cl. Tentzelio (46.) refellit; 4. *Transactio Stettinensis, inter Frid. II., R. Dan., Joh. III., R. Svec., & Civit. Lubecensem, Anno 1570. inita, Latinitate donata a Joh. Messenio, Supr. Dicasterii Sved. Assessore; Holmiæ 1611. 4to.*

De Dissidio inter Elisabetham, Angliæ Reginam, & Urbem Lubec., cœterasqve Hanseaticas, circa A. 1589. enato: G. S. A. *Confutatio Causarum, qvibus Elisabetha, Regina Angliæ, Classiarios suos adductos fuisse, Libello in Lucem edito, declarat, ad Naves non paucas Onerarias Hanseaticorum in Oceano Occidentali A. 1589. intercipiendas; A. 1590. in 8vo;*

De Controv. inter Carolum, Svecorum Principem, & Lubecenses, ob detentas ab his, Sigismundi III., Pol. & Svec. Regis, petitu, Merces qvasdam Svecicas, & Naves vicissim Lubecenses ab illo, Possessoribus in Vincula conjectis, abductas atqve direptas,

(45.) *in 4to.* (46.) *in Colloqв. Menstr. Vernac. M. Sept. A. 1690. p. 871.*

reptas, A. 1599. exorta: Des Raths zu Lübeck Nothw. Ablehnung wieder Herrn Caroli, der Schweden und Wenden Erbfürsten/ zu Stockholm d. 20. Aug. A. 1599. publicirte Patenta, Lübeck 1599. in 4to.

XI. De Dissidio inter Senatum & Cives, horumqve Demagogum, Henr. Reiserum, J. U. D., Sexennali Intestino, ab A. 1599. ad 1605, consulatur GOTHARDI ab HOEVELN IIdi, Consulis ad A. usqve Emortualem 1609. Primarii, Apologia, oder Hintertreibung eines Schandgedichtes/ A. 1605. Lubecæ (47.) edita.

De Controv. A. 1612. inter Christ. IV., R. Dan., bello cum Svecis implicitum, & Lubecenses, ob Commerciorum, qvam hi sibi vindicabant, Svecicorum Libertatem, exorta (48.): Christ. IV. Antwort schreiben an die Statt Lübeck/ und den Röm. Keyser; it. Copia des Recessus zwischen Dennemarck und Lübeck/ A. 1613. *in 4to.*

De Dissidio inter Senatum & Cives Intestino Sexennali, ab A. 1663. ad 1669: 1. des Raths zu Lübeck Unterricht und Erklärung ge-

(47.) *in 4to.* (48.) Conf. de illa *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 293. 294.*

gegen die Schonenfahrer & Consorten (Recusa est in Christ. Gastelii *Comm. de Statu Europæ Novissimo* (49.)); 2. Der Schonenfahrer und Consorten Abgenöht. Gegenbericht auf des Raths Unterricht. Ratzeburg 1668. in fol. (Invenitur etiam in Opere Gasteliano (50.)); 3. des Rahts *Scriptum Apologeticum*, oder Ehrenrettung/wieder den von den Friedhäßigen Consiliariis, unter dem Nahmen der Schonenfahrer uñ Consorten, außgegebenen Gegenbericht; mit angehengter abermahligen Information, daß der Raht alleine/ohne Zuthun der Zünfte und Bürger/ die Jura Superioritatis exercire/ und Ordnungen im Regiment/ Policey/und andern Stadtsachen/ausserhalb etlicher weniger höchstangelegener Fälle/ zu machen/ zu vermehren/ zu vermindern/ oder pro Salute publica zu verändern/ befuget sey. Lübeck 1668. in fol.; 4. Transaction, so zwischen dem Raht/und den Zünften A. 1669. geschehen (Operi Gasteliano hæc itidem est inserta (51.)); 5. GOTHARDI ab HOEVELN IIIii, præcipui Ordinis Senatorii Hyperaspistæ (qvi Con-

(49.) *c. 32. p. 967-977. Edit. Norib. 1675. in fol.* (50.) *c. 32. p. 977-998.* (51.) *c. 32. p. 998.-1007.*

Consulatu A. 1669. d. 27. Mart. se abdicavit, &, Procancellarius Ducatuum Cimbricorum a Frid. III., R. Dan., constitutus, Tychopoli d 14. Febr. A. 1671. decessit), *Causæ abdicati Consulatus*, Senatui exhibitæ, aliaqve MSta Apologetica, qvæ ab Hæredibus asservantur (52.).

De Controv. ob Cœnobium Johannæum Civitati A. 1666. mota: Der kurtze Bericht und Anzeige/des Klosters zu S. Johannis Zustand/ und der Stadt Lübeck daran zustehende Recht und Gerechtsame betreffend. Lübeck 1666. 4to.

De Controv., ob supremum Pagorum aliqvot, Lubecæ vicinorum, Dominium, inter hanc & Familiam Holsaticam circa A. 1668. enata: *Catalogus Argumentorum, junctis Documentis Verificatoriis*, warumb die nechst an der Stadt Lübeck gelegene Dörffer/Stockelstorf/Steinrade/Moisling und Morie/zu der Lübischen Hoch- und Oberbotmäßigkeit gehören/Lübeck 1668. in fol. (53.)

XII. In Controv. ob Oppidum Sax. Inferioris MOLLENSE, a Ducibus ejus, Al-

Ff 2

(52.) V. Caji Arndii *Sermonem in Exeqviis ejus Funebrem*.

(53.) Summa hujus Scripti Capita exhibet Gastelius *l. c. c. 32. p. 961.-967.*

Alberto ac Erico, A. 1359. Reip. Lubecensi venditum, huic, coram Dicasterio Spirensi, A. 1597. a Joh. Adolpho, Duce Holſ. (in qvem Franciſcus Lauenburgicus jus Reluendi, ſibi competens, transſtulerat), mota, a Franciſci Hæredibus continuata, & per ſententiam, pro Julio Franciſco Lauenburgico, adverſus Lubecenſes, de Reſtituendo oppido, d. 8. Nov. A. 1667. latam, ſed circa A. 1680. demum Executioni mandatam, terminata, ſeqventia utrinqve prodierunt Scripta Eriſtica: 1. Abdruck des Urtheils in entſchiedenen Sachen Holſtein/ ietzo Sachſen-Lauenburg / wieder Lübeck die Ablöſung Möllen betreffend. Ratzeburg 1670. 4to; 2. Lübeckiſche Deductio Juris ſamt Beylagen/ darauß zubefinden/ daß dem d. 8. Nov. A. 1667. in der Möllniſchen Sachen ergangenen Kammergerichts Urtheile Sachſen Lauenburgiſcher Seiten biß anhero kein Gnügen geſchehen / und die Sachſen Lauenb. Bedienten/ bey ſo geſtalten Sachen/ die Reſtitution des Städtleins Möllen zu ſuchen gar nicht befugt seyn. Lübeck *1670. in 4to*; 3. Lauenburgiſche Abgenöhtigte Remonſtration, daß dem Hn. Hertzogen

tzogen von Sachsen / Engern und Westphalen die Stadt Lübeck/nicht nur das Städtlein; sondern auch die Vogtey/ und gantze Herrschaft Möllen / mit allen pertinentien, zu restituiren schuldig / und vermittelst der Execution dazu anzuhalten sey. Ratzeb.1670. in 4to; 4. Lübeckische *Liqvidatio* des auf dem Städtlein Möllen hafftenden Kauff- und Pfandschillings/Lübeck *1670. in 4to*; 5. Lauenb. Liqvidatio Illiqvidissima, oder kurtze Antwort auff die Lübeckische Liqvidation, worinn erwiesen wird/ daß die in Termino Executionis objicirte 3. Exceptiones altioris Indaginis seyn/ und unmöglich die Execution hindern können/ Ratzeb. 1670. in 4to; 6. Lübeckische *Defensio Præliminaris Liqvidationis Liqvidæ, opposita Illiqvidissimæ Saxonicæ*, worinn erwiesen wird/daß bißher von Sächsischer Seiten dem Kammergerichtsurtheil gar nicht nachgelebet / sondern gantz zuwieder gehandelt sey: in 4to; 7. Lübeckische Defensio Liqvidationis des auf der Stadt Möllen hafftenden Pfand- und Kauffschillings/samt dem/ was die Stadt Lübeck/ vor Abtrettung derselben/ in liqvido ferner zu fordern hat/ des Sächsischen

Schrifftstellers Illiqvidissimis Exceptionibus entgegengesetzet/ Lübeck 1670. in 4to; 8. Lauenb. unaufgelösete Dubia, die Stadt/ Vogtey und Herrschaft Möllen betreffend. 1670. 4to; 9. Lübeck-ische kurtze Aufflösung der Sächsischen Dubiorum, in 4to; 10. Sächs. Wiederlegung der Lübeckischen Aufflösung in 4to; 11. Lübecksche übel angefochtene/ aber wol defendirte/ Aufflösung der Sächsischen Dubiorum, in 4to; 12. (Lüb.) Abdruck eines Schreibens Amici ad Amicum, die Stadt Möllen betreffend, in 4to; 13. Lauenb. Antwort/ Mi Amice; in 4to.

XIII. De Nuperrima, qvam idem Dux Saxoniæ Inferioris, Julius Franciscus (non sibi, sed Hæredibus ab Intestato Ἀυτοχειϱοϑονήτοις & plane insperatis, cum Avibus Virgilianis, nidificaturus), Civitatibus Lubecensi ac Hamburgensi, de Præfectura atqve Oppido Bergerdorfiensi, ab Erico itidem A. 1360. Reip. Lubecensi oppignoratis, restitutionem illorum postulans, movit, Controversia, consulantur: 1. Lübeckische und Hamburgische Beantwortung der Lauenburgischen Information/ wegen der Restitution Bergerdorp und Ripenborg; Lü-

bec

beck 1684. in 4to; 2. FRANC. FRID. ANDLERI, Consil. Imperialis Aulici, *Relatio in causa Julii Francisci, D. Lauenb., contra Lubecenses & Hamburgenses, in puncto Restitutionis Bergerdorfiensis*, Solisbaci A. 1672. ac Lubecæ A. 1684. (54.) edita, qvæ Civitatum Juribus itidem patrocinatur.

CAPUT V.

De Scriptis Recentiorem

Ecclesiæ atqve Scholæ Lubecensis, post Religionem mutatam, faciem atqve Historiam exhibentibus, Controversiis Sacris, in Civitate hac enatis, & Ordinis in eadem Ecclesiastici, Presbyteriiqve Tripolitani (*Lubecensis, Hamburgensis ac Lüneburgensis*) Monumentis Literariis Publicis.

§. I.

AUtores Ecclesiæ Lubec. Antiqvioris, sive Pontificiæ, Episcopos atqve Antisti-

(54.) *in 4to.*

horumqve Demagogum, Georg. Wollenvveberum, Septennali (ab A.1529. ad 1535.), Consulum item Duorum Nicol. Brömsii Lubecensis, J. U. D., Eqv. Aur. & Consil. Cæsarei, Patriæ Patris, ac Hermanni Plonnies, Monasteriensis, Exilio, evolvantur: 1. Nic. Brömsen und Herm. Plonnies Schrift/ worinnen sie die Ursache ihrer Wegreise anzeigen/ und über die Auffrühri- sche Unternehmungen der 164. Deputirten sich beschweren/ A.1531. in f. pat.; 2. Billige Antwort der verordneten Bürger zu Lübeck gegen die grundlose Schmähschrift der beyden vorgeschlagenen Bürgermeister/ Nic. Brömsen und Herm. Plonnies; Lübeck A. 1531. (Comparet etiam in J. Regkmanni *Chronici Lubec. Lib. 3,10* (43.).).

De Bello, a Factione Wollenvveberiana contra Christ. III., R. Dan., injuste ac infeliciter gesto: 1. Der Stadt Lübeck Außschreiben gegen K. Christ. III.; 2. Christ. III., Erwehlten Königs zu Dennem./ Antwort auf der Lübischen Außschreiben/ A. 1535. in 4to; 3. GERH. KORBMACHERI, Nautæ Lubecensis, Historia Vernacula Inauspicatæ, cui inter-

(43.) *p. 138--149.*

interfuit, Expeditionis Lubecensium Navalis, ad Suppetias Civitati Hafniensi, a Christ. III. obsessæ, ferendas A. 1535. susceptæ, d. 20. Nov. eod. A. scripta, & in *Chronici* Regkmanniani *Lib. 4to* (44.) publicata.

X. De Bello Septennali, per Frid. II., R. Dan., & Lubecenses, ab A. 1563. ad 1570. contra Ericum & Johannem, Reges Sveciæ, gesto, & Stettini tandem composito, consulantur: 1. Abdruck des Königl. Dänischen und Lübeckischen Absagsbriefe wider den Kön. von Schweden/ Kopenh. 1563. 4to; 2. des Rahts zu Lübeck Warh. und Beständige Uhrsachen/ warumb sie/ als unumbgänglich dazu genohtdrenget / in ietztwehrenden Defensions-Krieg wieder die Königl. Würde zu Schweden sich begeben müssen; Auch Ablehnung aller Beschuldigungen/ so ihnen derhalben von Hochged. Königl. Würde/ auch sonst ihren Wiedrigen/ zugemessen werden / Lübeck 1564. in 4to; 3. der Lübecker Bericht gegen die Schweden/ Ibid. 1566 in fol.; 4. CLAUDII ARRHENII, Caroli XI, R. Svec., Historiographi, *Vita Ponti de la Gardie*, *Strategi Sve-*

(44.) *p. 191.-204.*

Svedici, Lipsiæ A. 1689. (45.) edita, qvæ Digress. peculiari Scriptum hoc Lubecense, A. 1566. publicatum, Navigationem Narvensem Regale S. R. Imp. esse asserens, teste Cl. Tentzelio (46.) refellit; 4. *Transactio Stettinensis, inter Frid. II., R. Dan., Joh. III., R. Svec., & Civit. Lubecensem, Anno 1570. inita, Latinitate donata a Joh. Messenio, Supr. Dicasterii Sved. Assessore; Holmiæ 1611. 4to.*

De Dissidio inter Elisabetham, Angliæ Reginam, & Urbem Lubec., cœterasqve Hanseaticas, circa A. 1589. enato: G. S. A. *Confutatio Causarum, qvibus Elisabetha, Regina Angliæ, Classiarios suos adductos fuisse, Libello in Lucem edito, declarat, ad Naves non paucas Onerarias Hanseaticorum in Oceano Occidentali A. 1589. intercipiendas; A. 1590. in 8vo;*

De Controv. inter Carolum, Svecorum Principem, & Lubecenses, ob detentas ab his, Sigismundi III., Pol. & Svec. Regis, petitu, Merces qvasdam Svecicas, & Naves vicissim Lubecenses ab illo, Possessoribus in Vincula conjectis, abductas atqve direptas,

(45.) *in 4to.* (46.) *in Colloqq. Menstr. Vernac. M. Sept. A. 1690. p. 871.*

reptas, A. 1599. exorta: Des Raths zu Lübeck Nothw. Ablehnung wieder Herrn Caroli, der Schweden und Wenden Erbfürsten/ zu Stockholm d. 20. Aug. A. 1599. publicirte Patenta, Lübeck 1599. in 4to.

XI. De Dissidio inter Senatum & Cives, horumqve Demagogum, Henr. Reiserum, J. U. D., Sexennali Intestino, ab A. 1599. ad 1605, consulatur GOTHARDI ab HOEVELN IIdi, Consulis ad A. usqve Emortualem 1609. Primarii, Apologia, oder Hintertreibung eines Schandgedichtes/ A. 1605. Lubecæ (47.) edita.

De Controv. A. 1612. inter Christ. IV., R. Dan., bello cum Svecis implicitum, & Lubecenses, ob Commerciorum, qvam hi sibi vindicabant, Svecicorum Libertatem, exorta (48.): Christ. IV. Antwort schreiben an die Statt Lübeck/ und den Röm. Keyser; it. Copia des Recessus zwischen Dennemarck und Lübeck/ A. 1613. *in 4to.*

De Dissidio inter Senatum & Cives Intestino Sexennali, ab A. 1663. ad 1669: 1. des Raths zu Lübeck Unterricht und Erklärung

(47.) *in 4to.* (48.) Conf. de illa *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 293. 294.*

gegen die Schonenfahrer & Consorten (Recusa est in Christ. Gastelii *Comm. de Statu Europæ Novissimo* (49.)); 2. Der Schonenfahrer und Consorten Abgenöht. Gegenbericht auf des Raths Unterricht. Ratzeburg 1668. in fol. (Invenitur etiam in Opere Gasteliano (50.)); 3. des Rahts *Scriptum Apologeticum*, oder Ehrenrettung/wieder den von den Friedhäßigen Consiliariis, unter dem Nahmen der Schonenfahrer un Consorten, außgegebenen Gegenbericht; mit angehengter abermahligen Information, daß der Raht alleine/ ohne Zuthun der Zünfte und Bürger/ die Jura Superioritatis exercire/ und Ordnungen im Regiment/ Policey/und andern Stadtsachen/ausserhalb etlicher weniger höchstangelegener Fälle/ zu machen/ zu vermehren/ zu vermindern/ oder pro Salute publica zu verändern/ befuget sey. Lübeck 1668. in fol.; 4. Transaction, so zwischen dem Raht/und den Zünften A. 1669. geschehen (Operi Gasteliano hæc itidem est inserta (51.)); 5. GOTHARDI ab HOEVELN IIIIi, præcipui Ordinis Senatorii Hyperaspistæ (qvi Con-

(49.) *c. 32. p. 967-977. Edit. Norib. 1675. in fol.* (50.) *c. 32. p. 977-998.* (51.) *c. 32. p. 998.-1007.*

Consulatu A. 1669. d. 27. Mart. se abdicavit, & , Procancellarius Ducatuum Cimbricorum a Frid. II., R. Dan., constitutus, Tychopoli d 14. Febr. A. 1671. decessit), *Causæ abdicati Consulatus*, Senatui exhibitæ, aliaqve MSta Apologetica, qvæ ab Hæredibus asservantur (52.).

De Controv. ob Cœnobium Johannæum Civitati A. 1666. mota: Der kurtze Bericht und Anzeige/des Klosters zu S. Johannis Zustand/ und der Stadt Lübeck daran zustehende Recht und Gerechtsame betreffend. Lübeck 1666. 4to.

De Controv., ob supremum Pagorum aliqvot, Lubecæ vicinorum, Dominium, inter hanc & Familiam Holsaticam circa A. 1668. enata: *Catalogus Argumentorum, junctis Documentis Verificatoriis*, warumb die nechst an der Stadt Lübeck gelegene Dörffer/Stockelstorf/Steinrade/Moisling und Morie/zu der Lübischen Hoch-und Oberbotmäßigkeit gehören/Lübeck 1668. in fol. (53.)

XII. In Controv. ob Oppidum Sax. Inferioris MOLLENSE, a Ducibus ejus,

 Al-

(52.) V. Caji Arndii *Sermonem in Exeqviis ejus Funebrem.*

(53.) Summa hujus Scripti Capita exhibet Gastelius *l. c. c. 32. p. 961.-967.*

Alberto ac Erico, A. 1359. Reip. Lubecensi venditum, huic, coram Dicasterio Spirensi, A. 1597. a Joh. Adolpho, Duce Holst. (in qvem Franciscus Lauenburgicus jus Reluendi, sibi competens, transtulerat), mota, a Francisci Hæredibus continuata, & per sententiam, pro Julio Francisco Lauenburgico, adversus Lubecenses, de Restituendo oppido, d. 8. Nov. A. 1667. latam, sed circa A. 1680. demum Executioni mandatam, terminata, seqventia utrinqve prodierunt Scripta Eristica: 1. Abdruck des Urtheils in entschiedenen Sachen Holstein/ ietzo Sachsen-Lauenburg / wieder Lübeck die Ablösung Möllen betreffend. Ratzeburg 1670. 4to; 2. Lübeckische Deductio Juris samt Beylagen/ darauß zubefinden/ daß dem d. 8. Nov. A. 1667. in der Möllnischen Sachen ergangenen Kammergerichts Urtheile Sachsen Lauenburgischer Seiten biß anhero kein Gnügen geschehen / und die Sachsen Lauenb. Bedienten/ bey so gestalten Sachen/ die Restitution des Städtleins Möllen zu suchen gar nicht befugt seyn. Lübeck *1670. in 4to*; 3. Lauenburgische Abgenöhtigte Remonstration, daß dem Hn. Hertzogen

tzogen von Sachsen / Engern und Westphalen die Stadt Lübeck/nicht nur das Städtlein; sondern auch die Vogtey / und gantze Herrschaft Möllen / mit allen pertinentien, zu restituiren schuldig / und vermittelst der Execution dazu anzuhalten sey. Ratzeb. 1670. in 4to; 4. Lübeckische *Liqvidatio* des auf dem Städtlein Möllen hafftenden Kauff- und Pfandschillings/ Lübeck *1670. in 4to*; 5. Lauenb. Liqvidatio Illiqvidissima, oder kurtze Antwort auff die Lübeckische Liqvidation, worinn erwiesen wird / daß die in Termino Executionis objicirte 3. Exceptiones altioris Indaginis seyn/ und unmöglich die Execution hindern können/ Ratzeb. 1670. in 4to; 6. Lübeckische *Defensio Præliminaris Liqvidationis Liqvidæ, opposita Illiqvidissimæ Saxonicæ*, worinn erwiesen wird/daß bißher von Sächsischer Seiten dem Kammergerichtsurtheil gar nicht nachgelebet / sondern gantz zuwieder gehandelt sey: in 4to; 7. Lübeckische Defensio Liqvidationis des auf der Stadt Möllen hafftenden Pfand- und Kauffschillings/samt dem/ was die Stadt Lübeck / vor Abtrettung derselben/ in liqvido ferner zu fordern hat / des Sächsischen

Schrifftstellers Illiqvidissimis Exceptionibus entgegengesetzet/ Lübeck *1670. in 4to*; 8. Lauenb. unaufgelösete Dubia, die Stadt/ Vogtey und Herrschaft Möllen betreffend. 1670. 4to; 9. Lübeckische kurtze Aufflösung der Sächsischen *Dubiorum, in 4to*; 10. Sächs. Wiederlegung der Lübeckischen Aufflösung in 4to; 11. Lübeckische übel angefochtene/ aber wol *defendi*rte / Aufflösung der Sächsischen *Dubiorum, in 4to*; 12. (Lüb.) Abdruck eines Schreibens *Amici ad Amicum*, die Stadt Möllen betreffend, *in 4to*; 13. Lauenb. Antwort / Mi Amice; in 4to.

XIII. De Nuperrima, qvam idem Dux Saxoniæ Inferioris, Julius Franciscus (non sibi, sed Hæredibus ab Intestato Ἀυτοχειροτονήτοις & plane insperatis, cum Avibus Virgilianis, nidificaturus), Civitatibus Lubecensi ac Hamburgensi, de Præfectura atqve Oppido Bergerdorfiensi, ab Erico itidem A. 1360. Reip. Lubecensi oppignoratis, restitutionem illorum postulans, movit, Controversia, consulantur: 1. Lübeckische und Hamburgische Beantwortung der Lauenburgischen Information / wegen der Restitution Bergerdorp und Ripenborg; Lübeck

beck 1684. in 4to; 2. FRANC. FRID. ANDLERI, Consil. Imperialis Aulici, *Relatio in causa Julii Francisci, D. Lauenb., contra Lubecenses & Hamburgenses, in puncto Restitutionis Bergerdorfiensis*, Solisbaci A. 1672. ac Lubecæ A. 1684. (54.) edita, qvæ Civitatum Juribus itidem patrocinatur.

CAPUT V.

De Scriptis Recentiorem Ecclesiæ atqve Scholæ Lubecensis, post Religionem mutatam, faciem atqve Historiam exhibentibus, Controversiis Sacris, in Civitate hac enatis, & Ordinis in eadem Ecclesiastici, Presbyteriiqve Tripolitani (*Lubecensis, Hamburgensis ac Lüneburgensis*) Monumentis Literariis Publicis.

§. I.

AUtores Ecclesiæ Lubec. Antiqvioris, sive Pontificiæ, Episcopos atqve Antisti-

(54.) *in 4to.*

tiſtites celebrarunt, ac Scripta ejusdem Ævi Ritualia Publica *Capite III.* (1.) jam enumeravimus, ac ad modernam proinde Hiſt. Eccl. Lubecenſis Periodum progredimur. Reformationis, in medio Diſſidii Civilis æſtu, A. 1528 & 1529, a Demagogis Seditioſis, invito Senatu, inchoatæ, Jnitia admodum fuere turbulenta, multaqve ἀτάκτως in Ritibus priſtinis abrogandis perpetrata. Hiſtoria illius, a nemine ſeorſim conſignata, ex Chytræo (2.), Abr. Sculteto (3.), *& Chronico Lubecenſi* Kirchringio-Molleriano (4.) eſt petenda. Primi Doctrinæ Lutheranæ Præcones, M. Andr. Wilhelmi & Joh. Walhofius, A. 1528. Dogmata Eccleſiæ Romanæ publice cœperunt improbare, & hanc ob cauſam a Senatu Urbe ſunt ejecti, ſed, biennio poſt, ineunte A. 1530, ab eodem, poſtulatu Plebis, revocati, ac Templis Petrino atqve Mariano præfecti. Menſibus deinde aliqvot elapſis, in reliqvis etiam templis Sacra Eccleſiæ Romanæ ſunt abolita, & Jacobæi

(1.) §. 2. 3. & 4.

(2.) P. II. Chron. Sax. p. m. 152.-157. (3.) Decade II. Annalium Evang. Renovati p. 316-320. (4.) ad A. 1528. 1529. 1530. & 1531.

bæi Ephoria Pet. Brymershemio, Ægidiani Wilhelmo Antonii, Cathedralis autem Joh. Flaxbarto, demandata, Cœnobiaqve pleraqve, Monachis vel urbe pulsis, vel in Vincula conjectis, alendis pauperibus destinata. Exeunte A. 1530. JOH. BUGENHAGIUS Pomeranus, Theol. Witeb., a 64. Demagogis evocatus, Lubecam d. 28. Oct. pervenit & Formam Cultus Divini, in posterum observandam, Scripto complexus est Vernaculo, qvod A. 1531. ibidem (5.), Idiom. Saxonico, cum hac prodiit Inscriptione: Christl. Ordnunge der Keyserliken Stadt Lübeck / to deenste dem H. Evangelio, Christl. Leve / Tucht / Frede unde Eenigkeit / wor de Jöged in eener guden Schole to lehren / unde de Kerkendenere / und Rechte Armen Christlick to versorgen. Accedit der Lübischen Kerkenordnung buten der Stadt in erem Gebede; it. sünderlike Ordnung der Stadt Möllen / und sünderlike Ordnung to Travemünde. Approbata est hæc Constit. Ecclesiastica a Senatu, & ejusdem Auspiciis A. 1662. revisa, ac multis in locis mutata (6.).

(5.) *in 8vo.* (6.) *V. Chron. Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 331.*

II. Superintendentis Munus A. 1531., ſvaſu Bugenhagii, demandatum eſt 1. M. HERM. BONNO, Osnabrugenſi, Scholæ antea Rectori (7.), & ad A. usqve Emortualem 1548. ab ipſo adminiſtratum. Poſt eum eodem ſunt functi 2. VAL. CURTIUS, Paſt. Petrinus, ab A. 1550, ☉. A. 1573. 3. M. AND. POUCHENIUS Sen. Gardelegienſis, Paſt. & Coadjutor Brunsv., ab A. 1575. ☉. A. 1599; 4. CHRISTOPH. BUTELIUS, Kyrizenſis, Marchicus, Anno poſt mortem Pouchenii XIImo 1611. electus, ſed anteqvam munus Lubecenſe auſpicaretur, Stettini, ubi Ædi præerat Nicolaitanæ, d. 25. Dec. eod. A. defunctus; 5. M. GEORG. STAMPELIUS Soltqvellenſis, Paſt. Petrinus, ab A. 1612, ☉. d. 9. Febr. A. 1622; 6. NICOL. HUNNIUS Marpurg., Th. D. & PP. Witeb., ab A. 1624, ☉. d. 12. Apr. A. 1643.; 7. MENO HANNEKENIUS, Blaxenſis Oldenb., Th. D. & PP. Marpurg., ab A. 1646. ☉. d. 17. Febr. A. 1671; 8. SAM. POMARIUS, Winziga Sileſius, Th. D. & PP. Witeb. Extraord., ab A. 1675, ☉. d. 2. Mart. A. 1683.; 9. AUG. PFEIFFERUS Lauenburgen-

(7.) *Conf. de illo Cap. IV. §. 3.*

gensis, Th. D. & Archidiac. Lipſ., ab A. 1689. Reliqvorum Eccleſiaſtarum poſt Reformat. Lutheranorum Index Tumultuarius, ſola nomina enumerans, in Conr. Hœvelii Vernaculo de Urbe Lubecenſi Centone occurrit; Accuratior etiamnum deſideratur. In SAM. POMARII *Mnemoſyno Libri Concordiæ Seculari* Vernaculo (dem Hundertjährigen Ehrengedächtniß des Christl. Concordienbuchs), Lubecæ A. 1680 (8.) excuſo, Notisqve, qvæ illi acceſſerunt, Latinis, multa, totius Collegii Eccleſiaſtici Hiſtoriam illuſtrantia, ex Actis ejusdem afferuntur.

III. Publico PRESBYTERII LUBECENSIS nomine Scripta prodierunt ſeqventia: 1. *Epiſtola ad Matth. Flacium & Nic. Gallum* d. 7. Apr. A. 1553. exarata, & Georg. Majoris, Theologi Witteb., d. B. O. ad Salutem Neceſſitate ſententiæ oppoſita, qvam Conr. Schlüſſelburgius *Catalogi Hæreticorum Lib. 6to de Majoriſtis*, Francofurti A. 1599. excuſo, inſeruit (9.); 2. *Confeſſio de S. Cœna*, A. 1556. ſcripta, &, inter reliqvas *Eccleſiarum Saxoniæ* de eadem *Confeſſiones* Magde-

(8.) in 4to. (9.) p. 628-636.

deburgi A. 1557. (10.) a Joach. Westphalo, Theol. Hamb., publicata (11.); 3. *Protestatio, Synodo Tridentinæ A. 1561. opposita*, sed hactenus Inedita, *qva eam nec Christianam, nec Legitimam, nec Liberam, nec Universalem esse ostenditur* (12.). Autor trium Confessionum, hactenus enumeratarum, me judice, est VAL. CURTIUS, Ecclesiæ Lubec. istis temporibus Superintendens. 4. Bedencken auff 3. Fragen/ das Straffampt betreffend/ nemblich: α. Ob ein Prediger/ der in Lehr und Leben untadelich/ wann er männiglich bekandte Sünden/ Irrung und Zanck öffentlich in specie strafft/ und zum Friede vermahnet/ Actione Injuriarum, oder sonst/ rechtmäßig könne besprochen werden/ &c? β. Ob in Rechtfertigung zwischen der Obrigkeit/ und dem Prediger die Hohe Obrigkeit/ an und vor sich selbst/ bloß allein secundum jus Civile, oder die Kirche/ durch ihr Kirchengericht alleine/ nach Gottes Wort/ das Urtheil fällen solle? γ Ob ein Prediger schuldig sey/ wenn er weiß/ daß zwischen Zweyen seiner Zuhörer ein heftiger Haß entstanden/ Fleiß anzuwenden/ daß sie zuvor

(10.) *in 8vo.* (11.) *fol. Q. 4. & 5.* (12.) V. Sam. Pomarii *Mnemosynon Lib. Concord. p. 75. 76.*

zuvor versöhnet werden/ehe sie zur Communion sich einstellen/ auch dem jenigen Theil dieselbe zu versagen/welcher zum Vertrag nicht zu vermögen ist? Lubecæ A.1626.& 1668.in 8vo. Autor est D. Nic. Hunnius. 5. *Consideratio Theologica Interpositionis seu Transactionis Pacificatoriæ inter Relig. Lutheranam & Reformatam profitentes, a Joh. Duræo tentatæ, nomine Ministerii Lubecensis a Nic. Hunnio scripta*, & cum *præfat.* Sam. Pomarii edita. Witeb. A. 1677. in 8vo; 6. Catechismus-Ubung/ wie der Kleine Catech. Lutheri, durch kurtze Fragen/ zu Lübeck soll getrieben werden; samt einem Unterricht von der Bereitung zur Beicht und H. Abendmahl. Lubecæ 1648. 1656. & 1668. in 8vo. Autor est D. Meno Hannekenius, Superintendens. 7. Christl. Probe der Neuen Schwärmerey/ da etliche Manns-und Weibespersonen eigene kleine Zusammenkünfte halten/ darinn nicht allein unberuffene Männer/ sondern auch Weiber/ das H. Abendmahl außtheilen/ welche Thomas Tanto in seiner gedruckten öffentlichen Bekäntniß zu verthädigen sich unterstanden hat: Auch Entdeckung der Lügen und Lästerungen/ welche Jac. Taube Isselburgensis in den Druck hat außgespren-

gesprenget, in seiner Relation von den Lübeckischen Proceduren gegen ihm (13.). Lübeck 1669. in 8vo. Autor itidem est Hannekenius. 8. Theologisch Bedencken/ ob der Keyserl. freyen Reichsstatt Lübeck zu rahten/ daß sie/ zu Beförderung des Commercii und Zeitl. Nahrung / frembder / iedoch im Röm. Reiche zugelassener/Religion Verwandte in die Stadt nehme / und denselben ihren absonderlichen Gottesdienst/und öffentliche Religions-Ubung in der Stadt / oder dero Gebiete / vergönne? Lübeck 1670. 4to. Sacrorum Ecclesiæ Reformatæ in Civit. Lubec. tolerationem Judicium hoc dissvadet, & a Calamo Hannekeniano itidem est profectum.

IV. Addam etiam Recensum Chronologicum Scriptorum PRESBYTERII TRIPOLITANI, Lubecensis, Hamburgensis & Lüneburgensis, Publicorũ, isto pleniorem qvem SAM. POMARIUS in Historia *Contesserationis*, qvam vocat, Trium horum Collegiorum Triplici, *Prolegomenis Partis I. Scripti Anti-Gutmanniani A. 1677.*, *Annotationibus ad Mnemosynon Libri Concordiæ* A. 1680., & *Com-*

(13.) Subjuncta est illa *Confessioni* Taubii *Christianæ*, Amstelodami A. 1668. *in 12mo* Germanice excusa.

& *Commentarii in Ep. Judæ Dedicationi* A. 1683. inserta, exhibuit. Primum tribuo locum *Decreto contra Anabaptistas, Sacramentarios, aliosqve Sectarios*, qvod Hamburgi A. 1535., a Civitatum Lubec., Hamburg., Brem., Stralsund., Lüneb. & Rostochiensis ex Ordine Politico atqve Ecclesiastico Legatis, est conditum, & Idiom. Saxon. editum, arctioriqve Presbyterii Tripolitani Confœderationi Viam stravisse mihi videtur. Recudi illud Hamburga vidit A. 1616. (14.) cum M. BERNH. VAGETII Hamb., Ecclesiæ in Patria Nicolaitanæ Parochi, ac Ord. Ecclesiastici Senioris (d. 18. Nov. A. 1613. defuncti), Appendice contra Calvinianos Posthuma, itidem Saxonica, & Tit. seqventi: Der Erbaren Fry = Ricks = und Seestäde Lübeck / Bremen / Hamborg / Rostock / Stralsund und Lüneborg Christlick und Ernstlick Mandat wedder de Sacramentschänder / Wedderdöper und Gotteslästerer / A. 1535. in Druck uthgegeven. Misnica ejus Versio occurrit in Dan. Crameri, Theol. Stettinensis, *Libro Chronici Pomeraniæ Ecclesiastici Tertio* (15.).

V. A.

(14.) *in 4to.* (15.) *cap. 24.*

V. A. 1548. *Interreligionis*, qvam vocabant, Formula, sive Liber INTERIM, a Carolo V. Imp., cujus eum jussu Jul. Pflugius, Mich. Sidonius & Joh. Agricola Islebius congesserant, Senatui Hamburgensi transmittebatur, sed ab illo pariter atqve reliqvarum Civitatum Vandalicarum Magistratibus, in Conventu peculiari, repudiabatur (16.). Causas Improbationis Ministri Ecclesiarum Lubec., Hamb. & Lüneburgensis, hortatu imprimis Hieron. Witzendorfii, Senatoris & postmodum Consulis Lüneburgensis (17.), Scripto peculiari Saxonico exposuerunt, qvod Hamburgi a Joach. Lovvio A. 1548, & Magdeburgi a Mich. Luthero A. 1549. (18.), cum hac excusum est Inscriptione: Bekäntnisse und Erklåring up dat Interim, dörch der Ehrbaren Stede / Lübeck / Hamborg und Lüneborg / Superintendenten, Pastores und Prediger / to Christliker und Nödiger Underrichtinge / gestellet. In Dialectum Misnicam translatum est a CONR. SCHLUSSELBURGIO, & Tractatui suo *de Libro In-*

(16.) *teste Anonymo Continuatore Chron. Hamb. Trat-figeriani.* (17.) V. Chytræi *P. II, Chron. Sax. p. m* 159. (18.) *in 4to.*

Interim Vernaculo (Bericht vom Deutschen Interim, und dessen Wiederlegung), Francofurti A.1599. (19.) edito, verbotenus (20.) insertum. Autor illius, uti a J. Sleidano (21.), Paulo ab Eitzen (22.), C. Schlüsselburgio (23.), Melch. Adamo (24.), & aliis, jam monitum, est JOH. ÆPINUS Marchius, Th. D., primusqve Superint. Hamb., *Vir*, teste Dav. Chytræo (25.), *excellenti Ingenio, pietate, prudentia Spirituali & Politica, eximia Moderatione, Eloqventia, & aliis Insignibus Donis Dei, ornatus*, de qvo *Capite 10.* plura afferentur. Qvanti hoc Scriptum Phil. Melanchton & Mart. Chemnitius fecerint, Pauli Tarnovii, Theologi Rostoch. Cordatissimi, verbis (26.) exponam: *Joh. Æpinus Vir fuit Ingenio, & multiplici Lingvarum, Artium & Rerum Theologicarum Scientia, vere magnus; qvamvis ejus Eruditio pene ipso viventе latuerit, & primum sub forma Interreligionis*

Gg inno-

(19.) *in 4to.*

(20.) *p. 54-216.* (21.) *Comm. de statu Relig. & Reip. p. m. 607.* (22.) *in præf.* der rechten Meinung von etlichen *Articuln.* (23.) *l. c. & l. 13. Catalogi Hæret. p. 81. 702.* (24.) *in Vitis Theol. Germ. p. 244.* (25.) *in Or. de Vita Joh. Frederi Sen. Conf. P. I. Chron. Sax. p. 630, & P. III. p. 86.* (26.) *in Or. Parentali D. Lucæ Bacmeistero Sen. habita p. 14.*

innotuerit, ſicut de eo Dn. Chemnitius in Explicatione LLCC. teſtatur; adeo, ut Dn. Philippum illius contra Metaxycam illam fidei formulam ſolutiones pluris, qvam ſuas, feciſſe affirmet. Paulus Eitzenius noſtras (27.) *Libri* iſtud *egregii* titulo dignatur; Schlüſſelburgius (28.) autem omnibus aliorum, qvi Librum eundem impugnarunt, præfert Laboribus.

VI. A. 1551. ſcripta eſt, poſtulatu Alberti, Ducis Boruſſiæ, ab eodem Æpino, & A. 1552. edita (29.) Presbyterii Tripolitani *adverſus Errorem Andr. Oſiandri,* Theol. Regiomontani, *de Juſtificatione Cenſura.* Secuta eſt hanc A. 1553. *Sententia Miniſtrorum Chriſti in Eccleſiis Lubec., Hamb., Lüneb. & Magdeburgenſi; de Corruptelis Doctrinæ Juſtificationis, qvibus D. Georg Major aſſerit, Bona Opera ad Salutem eſſe neceſſaria,* Matth. Flacii ac Nic. Galli poſtulatu ſcripta, & ab his A. 1553. Baſileæ (30.), teſte Simlero (31.), ac Magdeburgi (32.), juxta Catalogos alios, publicata, tandemqve A. 1599. in Schlüſſelbur-

(27.) *loco num. 24. citato.* (28.) im Bericht vom *Interim p. 54.*

(29.) V. Lipenii *Biblioth. Theol. P. II. p. 385.* (30.) *in 8vo.* (31.) *in Biblioth. Univerſ., ſub nomine Flacii.* (32.) *in 4to.*

burgiani *Hæreticorum Catalogi Lib 6to.* (33.) recuſa. Complectitur hæc Sylloge, præter Flacii ac Galli Præfationem & Epiſt. Circularem, Reſponſa ſingulorum IV. Presbyteriorum ſingula, & Unicum omnibus commune, ab Æpino itidem, uti haud temere conjecto, elaboratum. Ab Hier. Wellero, *in Epiſt. ad Joh. Teicherum A. 1553. ſcripta,* hisce verbis (34.) commendatur: *Paſtores Lubecenſes, Hamburgenſes & Brunsvicenſes eruditum Scriptum contra Georg. Majorem recens ediderunt, in qvo utuntur firmis Argumentis.* Octennio poſt (A. 1561.) Legati Trium Civitatum, Lubec., Hamb. & Lüneburgenſis, Eccleſiaſtici pariter atqve Politici, Mollenæ in Sax. Inferiori, teſte *Anonymo Chronici Tratſigeriani Continuatore,* convenerunt, & Doctrinæ S. Codicis, Aug. Confeſſionis, Articc. Smalcaldicorum, Catecheſeos Lutheri, ac Confeſſionum ab Anteceſſoribus ſuis editarum, conſtanter eſſe inhærendum, Zvvinglianos autem Mœnibus ſuis excludendos, unanimiter decreverunt. A. 1576, denuo ibidem con-

(33.) *p. 561-658.* (34.) V. J. Gotfr. Olearii *Scrinium Antiqvarium p. 90.*

congregati, Judicium de transmiſſo ſibi ab Electore Saxoniæ Libro Concordiæ Vernaculum, hactenus Ineditum (die Erklärung und Bedencken der 3. Städte/ Lübeck/ Hamburg und Lüneburg über die ihnen zugeschickte Torgauische Schrifft), concinnarunt, in qvo ad plerosqve Articulos nonnulla monentur, & Conſilium de ratione ſopiendorum atqve præcavendorum, ſocia Magiſtratus & Presbyterii opera, Diſſidiorum Eccleſiaſticorum ſuppeditatur(35).

VII. A. Seculi hujus 33mo Lubecæ (36.) prodiit Idiomate Saxonico *Enchiridion Sacrum* (dat Nedderſaßiſche Handboeck) / Catechismum, Libellos aliqvot Biblicos, Periochasqve Dominicales, cum Hymnis ac Precum Formulis, comprehendens, cui Præfatio a Paſtoribus aliqvot Hamburgenſibus ac Lubecenſibus, utriusqve Presbyterii juſſu, eſt adjecta. A. ſeqv. 1634. ibidem lucem vidit publicam des Miniſterii zu Lübeck / Hamburg und Lüneburg Ausführlicher Bericht von der Neuen Propheten / die sich Erleuchtete / Gottesgelehrte und Theoſo-

(35.) V. Sam. Pomarii *Notas, Mnemoſyno Libri Conc. adjectas, p.83.&.4.* (36.) *in 12mo.*

ſophos nennen/Religion, Lehr und Glauben/ damit der Satan auffs neue die Kirche Gottes zu verunruhigen ſich unterſtehet; Scriptum (37.) adverſus Fanaticos decantatiſſimum, XV. Rationes, ob qvas Matæologia illorum fugienda, enumerans. Autorem agnoſcit NIC. HUNNIUM, *Theologum*, Joh. Meiſnero (38.) judice, *Clariſſimum & de Eccleſia Chriſti excellenter meritum, cujus Scripta*, uti Caſp. Löſcherus (39.) ait, *ſoli Eruditiores didicerunt æſtimare*. Is periculo, Eccleſiæ ſuæ atq; Vicinis a Libellorum, qvi in iis ſpargebantur, ac cupide legebantur, Chr. Raſelii, N. Tetingii, P. Felgenhaueri & Ang. Mariani Fanaticorum contagio imminenti, remedium allaturus, miſſis A. 1632. Hamburgum ac Lüneburgum Literis, effecit, ut Theologi Civitatum illarum præcipui ad Synodum Presbyterii Tripolitani Mollenſem, A. ſeqv. 1633., M. Mart., una cum Lubecenſibus ſuis, Magiſtratus permiſſu, convolarent. Decretum illic, poſt ſociata aliqvamdiu conſilia, Refutationem Errorum, qvos Scriptores iſti, ac alii ejusdem

Gg 3 fari-

(37.) *Prodiit in 4to.* (38.) *in Exam. Irenici Duræani p. 229.* (39.) *in Obice Syncretismi Calvinianorum p. 5.*

farinæ complures, disseminabant, communi nomine esse publicandam, laborqve ille, cœterorum hortatu, ab Hunnio susceptus, & non multo post feliciter absolutus (40.). Ex Fanaticis, præter NIC. TETINGIUM Husensem (de cujus Libello Vernaculo, A. 1635. edito, & Confutatione JOH. MULLERI, Theol. Hamb., A. 1636 eidem opposita, *Caput VI. Partis II.* (41.) consulendum), CHRISTOPH. ANDREÆ RASELIUS Ratisbonensis, Parochus Immenküppelensis, Scriptum hoc impugnavit in der kurtzen Entschuldigung wieder den Außf. Bericht der Prediger zu Lübeck / Hamburg und Lüneburg / A. 1634. geschrieben. Qvod Opusculum ineditum in sua servari Bibliotheca, Balth. Menzerus Jun. (42.) publice est testatus. Utrumqve Libellum, Tetingianum pariter atqve Raselianum, El. Prætorius (43.) commendat, & totius Scripti Hunniani Refuta-

(40.) V. S. Pomarii *Prolegomena Partis I. Scripti AntiGutmanniani, & Dedicat. Commentarii in Ep. Judæ.*

(41.) §. 4.

(42.) Im Bedencken von Einzelnen Zusammenkünfften der Christen (*ed. A. 1691.*) *p.* 32. 33. (43.) *in Apol. Prætoriana p.* 80.

futationem a Gregalibus suis, ob Typorum, qvibus interdictum ipsis sit, inopiam, edi nondum potuisse significat.

VIII. De Christ. Hoburgii, qvi sub ista Eliæ Prætorii Larva delitescit, & Presbyterii Tripolitani, sive potius Joh. Mülleri, Antistitis Hamb. Petrini (qvi suos sub hujus nomine publicavit Labores), Qvatuor Scriptis Polemicis Amœbæis de Vitiis Ordinis apud Lutheranos Ecclesiastici, ab A. 1644. ad A. 1656. editis, qvæ *Partis II. Capite VI.* (44.) fuse sunt allata, possunt relegi. Patrocinatus est Hoburgio, ejusqve Libris, ac Scripta contra illum Tripolitana dicteriis insectatus Anno 1675. HENR. AMMERSBACH, Parochus Halberstad., Fanaticis justo addictior, in *præfatione*, qvam Æg. Gutmanni *Majestatis Divinæ Revelationi*, Libro his atqve Chymicis commendatissimo, dissimulato nomine suo, præfixit. Responsum est ei a Tripolitanis, per SAM. POMARIUM, Superint. Lubec., in der Abgenöhtigten Lehr- und Schutzschrift gegen den Gutmannischen Offenbahrungs Patron, worinn die Hauptfrage von De-

(44.) §. 6.

denen so gerühmten Neuen Offenbahrungen eigentlich gefasset/das Fanatische Buch/Offenbahrung Göttl. *Majestät*/ samt dessen Liechtscheuenden Vorfechter / kürtzlich wiederleget/ des Christ. Hoburgs *Theologia* und *Postilla Evangeliorum Mystica*, *Arndius Redivivus*, und *Praxis Arndiana* auf die Probe gestellet/ und das wahre Christenthum Joh. Arndii von dem angeschmierten Weigelianischen Unflate gesaubert und gerettet wird. Scriptum hoc Presbyterii Tripolitani Novissimum duabus constat Partibus, qvarum Ima, Ratzeburgi A. 1677. (45.) excusa, Gutmanni Librum, & Præfat. Ammersbachianam, IIda autem, Hamburgi A. 1679. edita, Monumenta Hoburgiana examinat, simulqve in *Prolegomenis* Schedæ Ammersbachii adversus Partem I. Apologeticæ (Bereitschafft zur Verantwortung nach der Vermahnung Petri), A. 1678. divulgatæ, ac a Theologorum Lutheranorum Synedriis ad Concilium Liberum, ab Imperatore & Principibus Germaniæ indicendum, provocanti, respondet. *Anti-Pomarium* pro Ammersbachio se scripsisse FRID. BREC-LIN-

(45.) *in 8vo.*

LINGIUS in *Anti-Calovio* (46.) teſtatur. Sed lucem ille hactenus non vidit publicam.

IX. A Scriptorum Presbyterii Tripolitani Recenſu, ad Ordinis Eccleſiaſtici Lubecenſis, & Controverſiarum, qvæ vel in illo ſunt ſubortæ, vel cum aliis eidem interceſſerunt, Hiſtoriam regredimur. Initia Reformationis, in Civitate hac Plebis auſpiciis, invito Magiſtratu inchoatæ, turbulenta admodum fuiſſe, §. 1. monuimus. Nec mirum proinde, qvod, una cum Doctoribus γνησίως Lutheranis, Hæreſium etiam & Errorum Fanaticorum Patroni, in eam, imo ipſum illius Presbyterium irrepſerint. Inter primos, qvi Plebis ſeditioſæ ſuffragio Templis Parochialibus A. 1530. præfecti ſunt, Paſtores eminuerunt PET. a BRYMERSHEIM (Chytræus *Frimerſhemium*, Nic. Gryſius (47.) *Rymerum*, Pet. Lindebergius (48.) *Kimerum*, Index Libb. prohibb. Romanus *Trimorshemium*, Vulgus autem Lubecenſe Petrum mit der [illegible]

 (49.)

(46.) *fol. G.3.b.*
(47.) *in Hiſt. Vitæ Joach. Sluteri p. C. 2. a.* (48.) *lib. Chron. Roſt. c. 1. p. 113.*

(49.) eum appellavit), e Belgio elapsus, Parochus Jacobæus, & JOH. FLAXBART (ob Barbam canam ac prolixam cognomen hoc adeptus), Ædis Cathedralis Antistes. Hos Anabaptisticos Errores approbasse, suisqve Auspiciis in Civitatem invehere voluisse, Georg. Wollenvveberus, Demagogus atqve Nebulo perditissimus, A. 1535., cum tormentis Gvelpherbyti subjiceretur, est confessus (50.). Impunitatem Criminis istius Vulgi uterqve debuit patrocinio. Brymershemius ad Zelotarum Partes postea transiit, Annoqve 1571. fuit superstes, ac Ordinis Ecclesiastici Senior.

X. De ADAMO PASTORIS, non Anabaptismi solum, sed & Arianismi, circa A. 1546. Doctore, ejusqve Asseclis, *Partis II. Capite V.* (51.) diximus. Circa A. 1550. Lubecæ exulavit LAUR. qvidam MOERSKENIUS, &, Necessitatem B. Opp. ad Salutem docendo, Certamini inter Ecclesiastas de Justificatione Intestino, ad qvod componendum Joh. Æpinus A. 1550. Ham-

(49.) *V. Chron. Lub. Kircbringio-Mollerianum p. 152.*

(50.) *V. Chron. Lubec. Kircbringio-Mollerianum p. 207. 208.* (51.) *§. 6.*

Hamburgo eſt evocatus (52.), præbuit occaſionem. Miniſtri Hamburgenſes, in ſuo de Controv. Majoriſtica Reſponſo, A. 1553. edito (53.), *pernicioſæ* eum *Diſſenſionis in vicina Eccleſia* vocant *Autorem, qvi, licet inde jam digreſſus, ſatis tamen turbarum reliqverit.* Matt. Flacius & Nic. Gallus, in *Epiſt.* Reſponſo iſti præfixa (54.), Georg. Majori, qvi eadem cum ipſo docuit, *Doctrina qvidem imparem* fuiſſe, ſed *paulo tamen modeſtiorem*, teſtantur.

XI. Tribus circiter poſt Luſtris JOH. BEATUS ſive SALIGER, Cœtus Luth. Antvverpienſis Miniſterio A. 1566. functus, inter Eccleſiaſtas Lubecenſes locum obtinuit. Is, cum Collega ſuo HENR. FREDELANDO, non Flaciano ſolum de Pecc. Orig. Dogmati (55.), aliisqve Erroribus, eſt patrocinatus, ſed novum etiam de Symbolis Euchariſticis excitavit Certamen. Hæc enim Verbis Conſecrationis,

(52.) teſte Anonymi *Catal. MSto Miniſtrorum Eccleſiæ Hamb.* (53.) apud Schluſſelburgium *l. 6. Catalogi Hærett. p. 618. 619.* (54.) ap. Schluſſelb. *l. c. p. 581.*

(55.) V. Schlüſſelb. *l. 2. Catalogi Hærett. p. 3*, & J. E. Gerhardi *Diſſ. de Flacianiſmo* §. 31.

tionis, etiam ante usum, in Carnem ac Sangvinem Christi transmutari, istamqve Consecrationem veram præsentiæ horum causam esse, iis docebat Phrasibus, qvæ ad Pontificiorum Sententiam propius accedere Antagonistis videbantur (56.). Ob pertinaciam in Opinione hac defendenda, Urbe A. 1568., cum Fredelando, ejectus, Rostochium abiit, & Ædis Nicolaitanæ Pastor a Duce Megapol., invito Presbyterio, est constitutus. Illic Controv. Eucharisticam, secus atqve promiserat, in Demegoriis suis mox renovavit, nec vel Magistratus Interdictis, vel publicis Collegarum Invectivis, vel fidelibus Dav. Chytræi in *Epist.* ad eum peculiari (57.) Consiliis, vel Pastorum Wismariensium ac Güstroviensium, Rostochium A. 1569. ad Litis cognitionem atqve Compositionem a Principe ablegatorum, Monitis, vel Sententia tandem Theologorum Exterorum, pro Adversariis (qvos inter Luc. Bacmeisterus & Sim.

(56.) V. Nic. Grysii *Hist. vitæ Joach. Sluteri p. R. 3. b.*, & Chytræi *Epist. mox allegandam.*

(57.) Exstat illa in C. Schlusselburgii *Epistolis Theol. posthumis, Rostochii A. 1625. editis, p. 274-279.*

Sim. Pauli eminebant) contra ipſum lata, & d. 10. Oct. Wismariæ juſſu Ducali promulgata, ut ſententiæ ſuæ valediceret, aut qvieti ſaltem ſtuderet, potuit permoveri. Qvam ob cauſam A. 1569. d. 16. Oct. ab iſto itidem officio eſt deturbatus, & aliorſum cum Paraſtata Fredelando migrare coactus (58.). Lubecam eodem A. 1569, cum aliis Theologis, evocatus eſt Lucas Bacmeiſterus, ac reliqvias Diſſidii, a Beato excitati, ſingulari prudentia atqve moderatione exſtinxit(59). Fredelandus poſtea Hamburgum eſt delatus, & Eccleſiæ Petrinæ Diaconis A. 1575. adſcriptus. Sed cum Senatus comperiſſet, erroneas eum Beati ac Flacii Opiniones etiamnum tueri, biennio poſt (A. 1577.) officio pariter atqve Urbe illi interdixit (60.). Scriptum Beati & Fredelandi pro Doctrina ſua Apologeticum, qvod a nonnemine allegatur (61.),

(58.) Hiſtoriam Controverſiæ Roſtochienſis debeo partim Nic. Gryſii Biographiæ Joach. Sluteri Vernaculæ, partim Thomæ Johannis Holſati, Eccleſiaſtæ Roſtoch., Epiſtolæ ad D. Paulum ab Eitzen Ineditæ, A. 1569. exaratæ.

(59.) V. Melch. Adami *Vitas Theoll. Germ. p. 795.*

(60.) *V. Anonymi Catal. Miniſtrorum Eccleſiæ Hamb. MStum.*

(61.), oculis se meis hactenus subduxit.

XII. Qvinqvennio post Duumviros hosce Lubeca ejectos, LAMPERTUS FREDELANDUS, Med. Lic., Controversiam istam de Partibus S. Coenæ Essentialibus, & Symbolorum Consecratione, Eucharisticam instaurando, Cognomen suum, utut pacis pollicitatione auribus subblandiens, Ecclesiæ Lubecensi fatale esse, merasqve rixas ac bella parturire, ostendit. Ad componendum, qvod inter eum atqve Pastores enatum erat, Dissidium, D. Lucas Bacmeisterus & D. Mart. Chemnitius A. 1574. Lubecam, teste Sam. Pomario (62.), a Senatu denuo sunt evocati. Apud eundem (63.) mentio etiam occurrit Colloqvii, d. 14. Nov. A. 1583. ab Andr. Pouchenio, Superintendente, cum ZACHAR. VELINGIO J.U.D., Zvvinglianæ de Eucharistia Sententiæ Patrono, habiti, & Ord. Ecclesiastici Actis inserti.

XIII. A. 1613. M. ANT. BURCHARDUS

(61.) a Joh. Bernhardo sc., Præpos. Sünderb., *in Epist. MSta, ad Laur. Jacobæum A. 1570. exarata, ubi lectum sibi illud esse testatur.* (62.) *in Notis Mnemosyno Libri Conc. adjectis p. 71., & in Dedic. Comm. in Ep. Judæ* §. 28. (63.) *in Notis modo allegatis p. 77.*

DUS Lubecensis, Eloqv. in Gymn. Stettinensi ab A. 1606 PP., in patriam ad Templi Mariani Diaconatum est revocatus. Is Foedus, eodem tempore, mutuae συμμαχίας causa, a Civitatibus Hanseaticis, & harum Principe Lubeca, cum Foederatis Belgii Ordinibus initum, ob religionis diversitatem, zelo vehementi improbabat, & impium esse, Verboqve Dei contrarium, in Demegoriis publicis, & Scriptis variis Ineditis, qvae visa sibi esse Joh. Micraelius (64.) testatur, contendebat. Opposuit se illi M. GEORG. STAMPELIUS Superintendens, Theologus Cordatus, ac moderati ingenii, tum in Sermonibus sacris, tum in Tractatu peculiari, itidem Inedito, qvo, licere nobis cum iis, qvi non eandem nobiscum Religionem profitentur, societatem civilem atqve foedera inire, accurate demonstravit; uti, praeter I. Kirchmannum (65.), Ipse, in Epist. de Controvv. Sacris Eximia atqve Lectu dignissima, ad Hug. Grotium A. 1616. exarata (66.), significat. Stampelius ob σύῤῥαξιν hanc

(64.) *in Syntagm. Hist. Eccl. P. III. p. 361.* (65.) *in Or. Parentali de Vita Stampelii p. 38.* (66.) Exstat ea inter *Epp. Remonstrantium, num. 262., p. 436. 437. Edit. Nobiss.*

hanc Heterodoxiæ Calvinianæ immerito nonnullis fuit ſuſpectus. Burchardus autem, cum in ſententia ſua perſiſteret, a Senatu A. 1614. eſt dimiſſus, ac biennio poſt Roſtochio ad Eccleſiæ Kilonienſis evocatus Ephoriam, cui ad A. usqve Emortualem 1628. præfuit (67.).

XIV. Celeberrimæ de Viſionibus ac Revelatt. Modernis Controverſiæ, inter JAC. STOLTERFOHTIUM, Lubecenſem, Eccleſiæ in Patria Marianæ, Antiſtitem (d. 4. Mart. A. Sec. hujus & Æt. ſuæ 68. defunctum), ac JAC. FABRICIUM Göslinenſem, Th. D. ac Pomeraniæ Orient. Superintendentem, circa A. 1642. exortæ, Relationem prolixiorem JOH. MICRÆLIUS, Rect. & PP. Stettin., ſuæ *adverſus M. Seb. Meierum*, Stolterfohtii Aſſeclam, *Demonſtrationi*, Stettini A. 1648. (68.) excuſæ, intexuit; Breviorem autem Stolterfohtius ipſe *Repetitioni Controverſiæ de Viſionibus Iteratæ*, A. ſeqv. 1649, præfixit. Ediderat Stolterfohtius, ut Fanaticis, Lubecæ & alibi Viſiones crepantibus Extraordinari-

(67.) Conf. de hac Controverſia Kirchmannum *l. c.* p. 37. 38. & Micrælii *Synt. Hiſt. Eccl. P. III.* p. 360. 361. 530.

(68.) in 4to.

narias, os obturaret, A. 1634 (69.) *Considerationem Visionum* Vernaculam (Schrifftmässiges Bedencken/ was heutiges Tages von Gesichtern und Offenbahrungen zu halten), & has in S. Cod. nostris temporibus haud esse promissas, modernas autem summa laborare incertitudine & absurditate, cum Seductionis periculo conjuncta, nec proinde qvenqvam, si vel maxime θεόπεμπτοι essent, ad fidem iis habendam obstringi, ostendere erat conatus. Aliqvot post Annis Fabricius, in Svecorum, qvibus inserviebat, gratiam, Joh. Warnero Misnico, Novas de Expeditione illorum Germanica, fatisqve hujus Auspicatissimis, jactanti Revelationes, ut Juris eas faceret publici, permittebat. Qvod ipsius Institutum cum coeteri Ministri Stettinenses sibi improbari, haud dissimularent, conqviri coeperunt de Controv. ista Judicia aliorum Theologorum, & in his Presbyterii Lubecensis (qvod Sententiam suam in Stolterfohtii Libro respondit esse expositam), horumqve svasu Dissidium istud amice est compositum. Fabricius tamen, cum varie

(69.) *Lubecæ in 12mo.*

de Warneri atqve aliorum Revelationibus, in Partes Svecicas pronioribus, videret judicari, patrocinari iis, edita Noribergæ A. 1642. (70.) *Visionum Probatione* (Wolgegründetes Bedencken von den Gesichtern / deren etliche können Göttliche Offenbahrungen / etliche aber Teufliche Verführungen seyn / und derowegen nothwendig müssen geprüfet / und nach Anleitung gewisser Kennzeichen recht unterschieden werden /) non dubitavit. In ista docuit, Lumen Propheticum post Apostolorum tempora non cessasse, modernasqve proinde Visiones nec indifferenter damnandas, nec promiscue approbandas, sed ad Analogiam fidei, Prædictionis Eventum, aliosqve Characteres, ductu locorū Devt. XIII. 1. & XVIII. 15., examinandas; simulqve Stolterfohtii Libellum, quem suæ adversari putabat sententiæ, refellere, nomine illius suppresso, est aggressus. Vindicavit illū Stolterfohtius A. 1645. (71.) in *Consideratione Visionum Apologetica*, & *Visionum Probationi Invictæ*, huic a Fabricio A. 1646. (72.) oppositæ, A. 1647. & 1648. (73.)

(70.) *in 4to.*
(71.) *Lubecæ in 4to.* (72.) *Stettini in 4to.*

(73.) *Vindicias Famæ atq; Veritatis Bipartitas* (nohtwendige Wahrheit und Ehrenrettung) re-reposuit. Qvarum Pars Posterior Fabricianæ etiam *Injuriarum Depulsioni*, priorem adortæ (gebührender Ablehnung der von Stolterfohtio in der Wahrheit- und Ehrenrettung wider ihn ausgespiecnen unspondet. *Vindicias* Stolterfohtii impugnavit Fabriciana *Nugarum Stolterfohticarum* verdienten Schmach (74.)), simul re-*Discussio*, Stettini A. 1649. (75.) edita, hanc autem *Iterata Controversiæ de Visionibus Repetitio*, a Stolterfohtio eodem A. Lubecæ (76) publicata. Vernaculo Idiomate non Scripta solum hæc prodierunt universa, sed seqventia etiam aliorum pro Fabricio Meletemata Apologetica: 1. SAM. PLASTERI, Pastoris in Pomerania Wartenbergensis, kurtze Entdeckung und Hintertreibung des Irrthums/welchen M. Jac. Stolterfoht in seiner *Consideratione Visionum Apologetica* außgesprenget/Stettin 1646. in 4to (Responsũ est huic a Stolterfohtio in der kurtzen Antwort auff die *Chartecke Sam. Plasteri*, Lübeck 1646. in 4to); 2. Ejusd. Gründl. Gegenantwort auff

 die

(73.) Lubecæ in 4to. (74.) Stett. 1647. in 4to. (75.) in 4to. (76.) in 4to.

die Neuliche Antwort Jac. Stolterfohts, Stettin 1646. in 4to; 3. Jac. Brockvvedelii, Ecclesiastæ Abtshagensis in Pomerania, *Consideratio Considerationis Visionum Stolterfohtianæ*, oder Hintertreibung der Scheingründe Jac. Stolterfohtii wieder die heutigen Gesichter / in seiner Consid. Visionum. Stettin 1648. in 4to. In Bello hoc sacro, magna utrinqve styli vehementia gesto,

- - - *qvis justius* (ut cum Lucano (77.) loqvar) *induit arma*
Scire nefas multo se judice qvisqve tuetur.

Stolterfohtio favent Presbyteri Lubecensses, Hamb., Lüneburg., Brunsvic., Wismar. & Güstrovienses, Matth. item Hoeus, B. Battus, G. Zeæmannus, aliiqve Theologi, in Libb. ejus Apologeticis catervatim allegati; Fabricio autem Wittebergenses, qvi ista florebant tempestate (78.) & Noribergenses. Ipsæ etiam Musæ, Sacris istis Litigiis haud assvetæ, a Seb. Meiero (Rect. Lub.), Stolterfohtii, & Joh. Micrælio, Fabricii Parastata, qvi aculeatis Versibus, & in istos, & in se invicem, sub initium Libb. Eristi-

(77.) *l. 1. Pharsal.* (78.) Joh. tamen Hulsemannum, ex his, in Stolterfohtii partes fuisse proniorem, *Vindiciæ Locorum S. Scripturæ p. 1149.* ostendunt.

Eristicorum, ab illis editorum, per Annos aliqvot sunt debacchati, ingratiis Certamini huic se immiscere sunt coactæ. In re ipsa utramqve Partem consentire, in solis autem Phrasibus ac Modis loqvendi (ob qvos tantos excitare fluctus haud oportebat) dissensum aliqvem observari, J. Micrælius, non immerito forte arbitratur. Si tamen primam Controversiæ Originem penitius inspicias, causa cecidisse Fabricium, qvi Vaticinia Warneriana, Svecis pene Universalem qvandam promittentia Monarchiam, sed ab ipso Eventu falsitatis convicta, defendebat, non potest negari.

XV. A. 1666. Presbyterio Lubecensi Controversia intercessit cum JAC. TAUBIO, Isselburga Clivensi, Chiliasmi, aliarumq; Opinionum Fanaticarum, Patrono, & ob istas a Pastoratu Ecclesiæ Luth. Arnhemiensis per Consistorium Amstelodamense paulo ante remoto. Lubecam venit M. Junio A. 1666., & ob Conventicula, qvæ instituebat, privata, ac παῤῥησιαςικὴν de Pastorum Demegoriis Censuram, & publice ab illis ex Ambone est objurgatus, & a Consistorio examinatus, tandem-

qve, hujus impulsu, Urbe a Magistratu ejectus. Rediit tamen post aliqvot menses, ac suæ in Conventiculis instaurandis audaciæ pœnas plebi dedit, a qua, verberibus ac Vulneribus in eum sæviente, Urbem d. 11. Oct. relinqvere denuo est coactus. Cœtibus deinde Lutheranis Isselburgi, Harlingæ, Leovardiæ ac Fridricopoli, &c. cum ab his itidem esset pulsus, Mennonitico Altonaviensi, concionando ac Juventutem instituendo, inserviit, Presbyteriisq; Amstelodamensi & Lubecensi, cœterisqve Adversariis suis, A. 1668. (79.) opposuit *Confessionem Christianam*, das ist/Christl. Glaubens-Bekäntniß/als eine Apologie entgegen gesetzt den unmenschlichen Lügen und Verleumbdungen der falschgenandten Lutherischen Prediger zu Amsterdam/ Lübeck / im Lande Cleve / Westfriesland/ und ihrer Adhærenten: Samt einer Relation der wunderbahren Proceduren, so dieselbe wieder ihn getrieben. A. 1675. tandem, ut Erroribus suis valediceret, a Ministris Lubecensibus ac Hamb. est persvasus, (80.) & publicam illorum in Templo

(79.) *in 12mo.* (80.) V. Pomarii *Partem I. Scripti Anti-Gutmanniani, in præf. & p. 151,*

plo Altonaviensi, die festo S. Matthiæ, cecinit Palinodiam, Tychopoli (81.) sub hoc titulo excusam: Hertzensgrund Jac. Tauben, darinn er absagt allen irrigen Lehren/ deren man ihn/ wegen Absonderung von der Lutherschen Kirchen/und deren öffentlichen Gottesdienste/und Conversation mit unterschiedlichen Irrenden Secten, verdächtig gehalten/ in einer Predigt über Matth. XI. 25. & seqq. eröfnet. Præfuit deinde Ecclesiæ Oppidi Naerdensis in Belgio Lutheranæ, &, abdicato tandem hoc officio, Hamburgi, ubi Puerorum Informatione Vitam tolerabat, A. 1680. decessit. Non multo post, qvam Taubius Lubeca erat digressus, alius ibidem Cœtus Clandestinus est detectus, in qvo Laici non Virilis solum, sed & Muliebris Sexus, Symbola Eucharistica sæpius, sed privatim, sibi invicem distribuebant. Hyperaspisten is nactus est THOMAM TANTOVIUM, Lubecensem, Theol. Studiosum, Hamburgi circa A. 1670 defunctum, cujus exstat: Oeffentliche Bekäntniß etlicher Personen in Lübeck / die/ in Reinigkeit des Apostolischen Glaubens / wenn

(81.) *A. 1675. in 4to.*

sie selbander/ oder dritte/ oder mehr / im Nahmen J. C./sind versamlet/ das H. Abendmahl auff die Vollmacht Christi mit einander halten/und doch dabey die euserl. Gemeinschafft des Wortes und der Sacramenten, in grösseren Versamlungen/mit allen Gläubigen/ohne Gewissenszwang zu halten geneigt sind; iedermänniglich zu Benehmung des Argwohns/als ob damit eine selbsterwehlte Absonderung gesuchet würde/ im Nahmen der andern Mitglieder an den Tag gegeben. Utriqve, Taubio sc. & Tantovio, communi Presbyterii Lubecensis nomine, MENO HANNEKENIUS, Superintendens, Scriptum opposuit Vernaculum, cujus Titulus integer §. 3. hujus Capitis jam est recitatus. Qvæ ab eodem, & Collegis, adversus Reformatos & Socinianos, in Civitatem admitti postulantes, circa A. 1670. gesta sunt atqve scripta, ibidem, uti & *Partis II. Capite V.* (82.), possunt relegi.

XVI. SAM. POMARIO, Hannekenii Successori, ob *Exegesin Articuli Aug. Conf. Tertii*, Wittebergæ A. 1675. (83.) editam, & Doctrinam de Incarnatione Filii Dei in Na-

(82.) §. 4. & 5. (83.) in 4to.

Naturam ejus terminata, in ista propositam, Heterodoxiæ Dicam A. 1676. impegit HENR. RIXNERUS, Th. D. & PP. Helmst., in *Disp. de Incarnatione Filii Dei, utrum in Natura ejus, an Persona, an utraque, terminetur* (84.)? Pomarium defendit Collega ipsius in Ord. Theologico Witebergensi, JOH. DEUTSCHMANNUS, in *Vindiciis Pomarianis de Incarnatione Filii Dei, quoad Divinam λόγȣ Naturam*, cod. A. Witebergæ (85.) publicatis. Sed opposuit ei Rixneri Respondens, M. FRID. OPPERMANN, Parochus Rhodensis, A. 1677. (86.) *Herculem Pomarium dejectum, sive Vindiciarum Deutschmanni Pomarianarum Examen & Discussionem.* Cui responsum est a Pomario in *Hydra Rixneriana Resecta*, Scripto Inedito (87.), publice autem nihil hactenus repositum.

XVII. SCHOLÆ Lubecensis (M. Jan. A. 1531., svasu Joh. Bugenhagii, in Monast. Catharinæo, ab Herm. Buscoducensi & Er. Sarcerio, primis illius Gubernatoribus, apertæ) Præceptorum Tumultuarium A.

 1666.

(84) *Helmst. 1676 in 4to.* (85) *in 4to.* (86) *Helmst. in 4to.* (87.) *V. Notas ejus, Mnemosyno Libri Concor[illegible] subjunctas, p. 96.*

1666. exhibuit Indicem CONR. HOEVELIUS, in Libello de Civitate Lubec. Vernaculo; Accuratiorem autem, & Observv. Biographicis (qvibus tamen multa possunt addi) illustratum, HENR. BANGERTUS, in *Orationis*, qva Rectoratum ejus A. 1664. est auspicatus (88.), Appendice. Moderatores illius supremi hactenus fuerunt: 1. HERM. (alii *Nicolaum* vocant) BUSCODUCENSIS Belga; 2. M. HERM. BONNUS Osnabr. (postea Superint.), ab A. 1530. ad 1531.; 3. M. GVILH. RUTENIUS, ab A. 1531. ad 1543. ☉. Lubecæ d. 7. Oct. Anno 1555; 4. MATTHIAS BRASSANUS, Sundia Lubecam vocatus, ab A. 1543. ad 1552., qvo 16. Kal. Febr. decessit; 5. M. PET. VINCENTIUS Uratislaviensis (89.), ab A. 1552. ad 1557; 6. LAUR. MOLLERUS, ab A. 1557. ad 1570; 7. M. HIOBUS MAGDEBURGUS Annæbergensis, ab A. 1570. ad 1574. Obiit in Schola Misenensi, Rectoratu ejus fungens, A. 1595. æt. 77; 8. M. JOACH. HANFIUS, Francofurto Mar-

(88.) Excusa est hæc *Lubecæ, A. 1664. in 4to.* (89.) *De illo V. Cap. præced. §. 7.*

Marchicus, Rector antea Stendaliensis, Ramista, ab A. 1574. ad Emortualem 1580; 9. M. PANCRAT. CRUEGERUS Finstervvaldensis, Poeseos antea in Acad. Helmst. PP., ab A. 1580. ad 1589, qvo ab officio est remotus, & Ludo vicissim in Silesia Goldbergensi præfectus: Francofurti tandem ad Viadrum L. Gr. factus est PP. & circa A. 1614. defunctus; 10. M. MICH. RAKELMANN, ab A. 1589. ad 1593. Conrector postea fuit Scholæ Misenensis; 11. OTTO GVALTPERIUS, Rotenberga Hassus, Th. D. (antea L. Gr. ac Hebr. in Acad. Marp. PP.) ab A. 1593., qvo rude est donatus; 12. JOH. KIRCHMANNUS Lubecensis (Poes. antea in Acad. Rostoch. PP.), ab A. 1613. ad Emortualem 1643. Autor is est *Rudimentorum Logicæ, Rhetoricæ & Grammaticæ Lat., Florilegiiqve Ethici*, Scholæ huic propriorum; 13. M. SEB. MEIERUS Lubec., antea Conrector, ab A. 1643. ad fatalem 1664; 14. M. HENR. BANGERTUS, Südecca Waldeccus, antea Conrector, ab A. 1664. ad 1665. (90.); 16. M. HERM. NOTTELMANN, Flö-

(90.) *V. de illo Cap. præced. §. 6.*

Flötha Westphalus, Gymnasii antea Lüneb. PP., ab A. 1666. ad Emortualem 1674; 17. ABR. HINKELMANN Döbela Misnicus (Rector antea Gardelegiensis), ab A. 1675. ad 1685., qvo Hamburgum est vocatus, ubi jam Ecclesiæ præest Catharinææ; 18. M. ENOCHUS SVANTENIUS Rostoch., Poes. antea in Acad. Patria PP., ab A. 1686.

XVIII. E. Scriptis Scholæ Lubec. Publicis, Faciem ejus atqve Instituta exhibentibus, mihi innotuerunt: 1. *Leges de Officiis Præceptorum & Discipulorum*, Lubecæ 1628. & 1657. in 8vo; 2. *Nova Oeconomia seu Distributio Lectionum & Exercitiorum, secundum Horas & Dies, per Classes singulas*, Ibid. A. 1621. & 1666. in 8vo; 3. *Visitatio Scholæ*, und darüber A. 1630. und 1656. auffgerichtete *Recessen*, Ib. 1662. in 8vo; 4. *Recessus Novissimus, pro emendandis Scholæ Defectibus, A. 1662. factus*, Ib. A. 1662. in 8vo. *De Bibliotheca Lubecensi Diss.* peculiarem, jam A. 1679. ac 1682., *in Catalogis Nundinalibus*, promisit DAV. a BRUGGE, Scholæ Patriæ Subrector, & Præfectus illius, A. 1688. denatus. Sed lucem illa, qvam meretur, publicam nondum aspexit.

CAPUT

CAPUT VI.

De Juris Lubecensium Municipalis Historia & Exegetis. Accedit Digressio de Jure Civitatum Hanseaticarum, & Historiæ earundem Scriptoribus.

§. I.

Juris Lubecensis primæ Origines admodum hactenus inter Scriptores modernos fuere controversæ. Er. Mauritius (1.) e MSto qvodam suo ostendere conatur, Collectionem ejus Anno demum 1258., Eqvitum Ord. Teutonici Livonicorum rogatu, esse factam, aliosqve simul allegat, qvi A. 1236., aut proxime seqventes, malint substituere. Henr. Giesebertus (2.) *Albertum, Ducem de Bardewik*, primum illius Conditorem a nonnullis credi testatur. Conringius (3.), &, qvi illum seqvitur, Bangertus (4.), Leges huic Civitati Scripto comprehensas, ante A. 1183, qvo a Friderico

(1.) *in præf. Speciminis Consill. Kilon.* (2.) *in præf. Periculi I. Harmoniæ Statutorum Practicæ.* (3.) *in Comm. de Orig. Juris Germ. c. 28. p. m. 123.* (4.) *in Notis ad Arnoldi Lubec. Chron. Slav. l. 2. c. 35. p. 296.*

derico Barbarossa est capta, & in Urbium Imperialium numerum relata, itidem nolunt concedere. ὁμόψηφος his esse videtur Dav. Mevius, qvi Juris Lubec. Origines, *in sui ad illud Commentarii Prolegomenis*, ad Friderici Barbarossæ refert tempora, de Anno autem nihil certi definit. Nobis Henr. Meibomii Jun., Historici Sagacissimi, Sententia, qvam in *Introd. ad Sax. Infer. Historiam* nuper exposuit, præ aliis omnibus arridet. Perspicue enim ille (5.), & pene ὀφθαλμοφανερῶς, ex loco Arnoldi Lubecensis (6.), *Parte I.* (7.) a nobis illustrato, Diplomatis Friderici I. & II. Impp. Reip. Lubecensi, Comitumqve Holsaticorum Civitati Hamburg. concessis, imo ipsis Juris Lubecensis Procemiis, a Senatu publica illi Autoritate Seculo XIII. præfixis, ostendit, Lubecam, Seculo jam XII., anteqvam a Friderico Barbarossa occuparetur, gavisam esse Jure Scripto, ex Civitatis in Westphalia Susatensis Legibus, Henrici Leonis, Ducis Sax. & Principis sui, Auspiciis, derivato. Conringium, Lambecium, Bangertum, qvi per *Justitias*

Lu-

(5.) *pag. 81-89.* (6.) *l. 2. c. 35.* (7.) *c. 15. §. 5. p. 253. 256.*

Lubecensium, qvas Arnoldus & Diplomata memorant, *in Privilegiis scriptas*, Jura Sylvis, Pascuis & Fluviis circa Urbem utendi, per *Sosatiam* autem, e cujus juribus istæ perhibentur transsumptæ, Holsatiam intelligunt, ita solide Idem confutavit, ut Argumentis ejus, qvorum nonnulla *Parte I.* (8.) jam inculcavimus, nihil qvicqvam opus sit addere. Fontes Juris Lubecensis Arthurus Duckius (9.) credit esse Jus Canonicum atqve Saxonicum, Dav. Mevius autem (10.) Cæsareum, Saxonicum, & Majorum consvetudines.

II. Confirmavit illud Frid. I. sive Barbarossa Imp., non A. solum 1183., cum Civitatem occuparet, & in Imperialium Ordinem eveheret, sed & A. 1188. Diplomate peculiari, Bulla Aurea munito (11.); ejusqve Exemplum Frid. II. A. 1226. (12.), & postea alii Impp., sunt secuti. Qvemadmodum autem ipsa Lubeca, brevi tempore, caput inter Urbes alias, longe se antiqviores, extulit, ita Leges etiam illius summo ubiqve

(8.) *loco num. 7. citato.* (9.) *l. 2 de Autorit. J. Civ. & Can. c. 2. p. 173.* (10.) *in Prolegg. Comm. sui* (11.) V. Mevium, Maurit. & Meibomium *locis citatis.* (12.) V. Meibom. *l. c. p. 82.*

qveapplausu sunt exceptæ. Seculo enim jam XIII. & XIV, Urbes plurimæ, non Pomeraniæ solum, Ducatus Megap., Sax. Inferioris, aliarum Provinciarum Finitimarum, sed Livoniæ etiam ac Poloniæ, a Joh. Sibrando (13.) fuse enumeratæ, Romanorum, Athenis Partem Juris Δωδεκαδέλτου maximam debentium, exemplo, (14.) vel ipsæ eas adoptarunt, vel utendi iis potestatem a Principibus suis, singularis Beneficii loco, obtinuerunt. In harum numerum e Slesvicensibus referendæ Tundera & Burga Femariensis, ex Holsaticis autem Rendesburga, Kilonium, Itzehoa, Oldesloa, Crempa, Segeberga, Wilstria, Hilgenhafia, Neapolis Wagrica, Oldenburgum ac Lütkenburgum (15.). An Hamburga etiam, uti Cyr. Spangenbergius (16.) & Ad. Tratsigerus (17.) perhibent, Jure Lub. olim sit gavisa, a Conringio (18.), in Ne-

(13.) *in Tr. suo de Jure Lubecensi, Sect. X., testibus Mebio & Meibomio p. 84.* (14.) Conringius *l. c.* hanc ob causam Civit. Lubecensem cum Attica comparat. (15.) Conf. *P. I. c. 15. § 6. p. 259* & Dancvv. *Chorogr. Cimbr. P. I. c. 4 p. 23. it. P. II. c. 1. p. 55.* (16.) *l. 2. Chron. Schauenb. c. 7.* (17.) *in Chron. Hamb. MS. ad A. 1227.* (18.) *l. c. c. 28. pag. 123.*

Negativam, & H. Meibomio Jun. (19.), in Affirmativam proniore, videas in utramqve partem disceptari. Cives Stralsundenses, Rostochienses & Wismarienses non illo solum utuntur, sed Lubecam etiam, præteritis Principibus suis, a Magistratu Urbano provocant (20.). Sunt insuper aliæ in Germania, imo & extra eam, Civitates Inclytæ, qvæ, licet ipsum Juris Lubec. Systema non adoptarint, *eandem tamen* (verbis utor Dav. Mevii) *materiam, imo eundem pene tenorem, eosdem mores, eadem Themata amplectuntur, & foris atqve Negotiis suis applicant.*

III. Qvia autem successu temporis a Lubecensibus Juri huic nonnulla, prout Commerciorum postulabat utilitas, dempta fuere atqve adjecta, tanta paulatim in Codd. illius MStos irrepsit Discrepantia ac Lectionum Varietas, ut, qvænam Leges genuinæ essent vel spuriæ, usu etiamnum receptæ vel abrogatæ, cœptum sit dubitari. Senatus Lubecensis, huic malo, postulatu Civitatum, cum aliarum, tum Stralsundensis imprimis, Rostochiensis ac Wis-

Ii mari-

(19.) *l. c. p. 83. 84.* (20.) V. Mevium *l. c.*

mariensis, allaturus remedium, simulqve seqviorum, qvibus passim illud onerabatur, Judiciorum licentiam refrænaturus, A. 1582. per JOH. LUDINGHUSIUM (Patriæ ad A. usqve Emortualem 1589. Consulem), CALIXTUM SCHEINIUM Misenensem, J. U. D. (Oppidi initio Natalis ac Kiloniensis, deinde autē suæ Reip. ab A. 1594. Syndicum A. 1600. defunctum) & GODESCHALCUM a STITEN Senatorem (d. 11. Febr. A. 1588. exstinctū), illud curavit revideri, emendari, &, remotis, qvæ fori Usus respuebat, in congruum Ordinem redigi. In novam hanc faciem transformatū, A. 1586. Latino pariter atqve Germanico Sermone, uti Er. Mauritius testatur, Lubecæ, e Typographeo Joh. Ballhornii, prodiit. Editionem Latinam nondum vidi. Germanica (sub Tit: Lübeckſche Statuta und Stadtrecht) recusa est Stettini A. 1586. & 1595, Lubecæ autem A. 1595. 1608. 1614. 1616. 1644. 1657, & novissime A. 1680. (21.).

IV. Qvanta ejus in Foris atqve Academiis Germaniæ, imo Exteris etiam Regionibus, sit Autoritas, non opus est coacervatis

tis

(21.) Omnes hæ Editiones *in 4to.* prodierunt.

tis hinc inde Testimoniis ostendere. Solum allegabo Hexastichon Jul. Cæs. Scaligeri, Viri summi, de illo, elegantissimum pariter atque decantatissimum, qvod Filio, Patre superiori, Josepho, in Lubecenses iniqviori, displicuisse, *Scaligeriana* Posthuma, si rite lecta recordor, testantur:

Si referam, mihi qvis credat? sub limina Mundi
Ultima Legiferi Jura vigere Dei,
Ingenium, Candorem Animi, Cultumqve Fidemqve,
Fortiaqve invicta pectora pura manu.
Dum mirata stupet terras Astræa relinqvens,
Atqve putat Cœli Regna, resedit ibi.

Nimii Rigoris atqve Ambiguitatis jus istud a nonnullis olim fuit insimulatum, & hasce ob causas Hominibus Maledicis (22.) audivit Ein Slüppisch Recht / Ein Rollwagen / welchen man schieben könte / wohin man wolte / und womit die Städte / wie mit einer Gaukeltasche / wieder ihre Obrigkeit könten spielen. Sed Accusationibus istis a Dav. Mevio, aliisq; ICtis, est responsum, ac Statuto-

(22.) V. Chr. Henelii *Prolegomena Commentationis ad l. 3. Pandectarum, A. 1672. editæ, p. 21.*

tutorum, qvæ prima fronte absurda & iniqva videntur, Rationes redditæ satis probabiles, ab Intrinseca plerumqve Reip. ipsius Natura derivatæ.

V. Inter Exegetas illius Antiqvissimus est JOACH. KOLLIUS Holsatus, J.U.D. & Consul Crempensis, A. 1606. etiamnum superstes, qvi eodem, qvo prima Juris hujus Editio prodiit, 1586. Hamburgi (23.) publicavit Ein Rechtbuch / darinnen die Artickel, so man Lübisch Recht nennet/und in den MSS. gefunden/nicht alleine in eine beqveme Ordnung gebracht/besondern auch das Keiserl./ Sächsische un̄ Göttliche Recht zugleich mit angeführet werden. Kollium, cujus Laborem Editionem Juris ipsius promovisse, nonnulli, teste Er. Mauritio (24.), existimant, secutus est JOH. SIBRANDUS, J.U.D. & PP Rostoch., qvi non solum *Centuriam Differentiarum Juris Civ. atqve Lubecensis Primam* A. 1615. (25.) edidit, sed illi etiam A. 1620. *Enucleationem Jurium Urbis Lubecæ & Hanseaticarum, nec non Civitatum Imperialium* (26.), subjunxit. LAMB. STEENWI-GII

(23.) *in 4to.* (24.) *in præf. Specim. Consill. Kilon.* (25.) *Rost. in 4to.* (26.) *Rost. in 4to, testibus Draudio & Lipenio.*

GII, Consulis & Syndici Stralsund., Labore in illud Inedito ac imperfecto non parum adjutum se esse fatetur (27.) DAV. MEVIUS, omnium Juris hujus Exegetarum Princeps, ac Autorum in Foris Sax. Inferioris h. t. Classicorum cum Carpzovio Antesignanus. Natus ille fuit Gryphisvvaldiæ, & Parenti suo, Frid. Mevio, in Professione ibidem Juridica successit. Factus est deinde A. 1638. Syndicus Stralsundensis, ac tandem A. 1654. Car. Gustavi, R. Svec.. Consil. Intimus, Tribunalisqve Wismariensis Vice-Præses; qvo in officio d. 14. Aug. A. 1670. (æt. 62.) decessit. *Commentarii* ejus *in Jus Lubecense, Libris V. comprehensi, & ad Explicationem ejusdem solidam, pro docenda vera Statutorum Ratione, exponendis eorum Recessibus, ac informando fori usu, conscripti*, tres hactenus Lipsiæ A. 1642. (28.), & Francofurti A. 1664. ac 1679. (29.), prodiere Editiones. Tertia Notis qvibusdam & Additamentis Autoris, Responsisqve ejusdem de Juris Lubecensis Controversiis, est aucta, ac una cum *Decisionibus*

(27.) *in Prolegg. Comm. sui.* (28.) *in 4to.* (29.) *in fol.*

bus Tribunalis Wismariensis, in IX. Partes a Mevio distinctis, ac Stralsundiæ A. 1664. & Francofurti A. 1675. excusis (qvæ viam ad Praxin J. Lub. ostendunt Regiam) sedulo evolvi ab hujus Studiosis merentur.

VI. Cum Jure Justinianeo, Canonico, & aliarum Civitatum Municipalibus, Lubecense, præter Sibrandū & Mevium, paulo ante laudatos, scriptis peculiaribus contulerunt: 1. ANT. SCHEFFEL Wismariensis, J. U. D. & Patriæ Consul, in *Successione Lubecensium, sive Juris Lubecensis cum Civili & Canonico Collatione*, Præside Wilh. Ludvvello, Altorfii (30.) proposita; 2. FRID. MOVIUS in *Differentiis Juris Communis & Lubecensis, ex Mevio extractis*, Stett. 1669. in 12mo; 3. ANDR. BILDERBECK Lubec., J. U. Lic., in *Disp. Inaug., Juris Lubecensis Patrii a Communi Romano-Germanico Differentias, nova eaqve luculenta serie digestas, exhibente*, Heidelb. 1672. in 4to; 4. FRID. GERDESIUS, JC. Gryphisvv., *in Sesqvicenturia præcipuarum Differentiarum Juris Communis & Lubecensis*, Gryph. 1673. in 4to; 5. ANT. DAN. SONNEMANN Lubecensis, J.U.D.

(30.) *in 4to.*

J.U.D. & in Acad. Viadrina PP., in *Disp. Inaug.*, *jus Lubecense Methodo Institutionum*, *cum Differentiis Juris Communis*, *proponente*, & Præside Sam. Strykio habita; qvæ seorsim A. 1674. Francofurti ad Viadrum prodiit, & A. 1683. ibidem in *IIdo Dispp.* Strykianarum *Volumine*, est recusa (31.); 6. PAULUS KOCHIUS in *Specimine Collationis Differentiarum Juris Romani*, *Saxonici*, *Statutariiqve Civitatum Bremensis*, *Lubecensis*, *Hamburgensis*, *Oldenburgensis & Verdensis*, *serie Alphabetica collecto &*, *disposito*, Bremæ 1676. in 12mo. *Statutum* Juris hujus *de Mulierũ Obligatione* KUNDENREICHIUS qvidam Altorfii A. 1685, *Titulum autem 2dum Libri 2di de Successione ab Intestato*, *& Divisione Hæreditaria*, JOH. KOHNIUS Lubecensis, J.U.D., Heidelbergæ A. 1684., Inauguralibus illustrarunt Dissertationibus.

VII. Tractationi huic de Jure Reip. Lubecensis Municipali Recensum subjungemus aliarum ejusdem Constitutionum Nomico-Politicarum, Vernaculo editarum Idiomate, & magnam partem ab HENR. COLERO, Reip. Patriæ ab A. 1624. ad Emor-

(31.) *in 4to.*

mortualem 1641. Consule Eruditissimo atqve optime merito, revisarum, ac Supplementis necessariis auctarum (32.). Ad hanc Classem pertinent: 1. Des Rahts zu Lübeck Revidirte Obergerichtsordnung / samt dem Appendice vom Nieder-Gast-und Appellations-Gerichte / A. 1631. publiciret / ietzo auffs neue gedruckt; wie auch die Revidirte und A. 1639. publicirte Niedergerichts und Cancelley-Ordnung. Lub. 1642. in 4to (Adjectæ deinde sunt sub finem Recentiorum Juris Municipalis Editionum); 2. Die Policeyordnung A. 1619. publiciret (33.); 3. Die Schiff-und Hochzeitordnung (Comparet in Editionibus Juris Municipalis Recentioribus, qvæ A. 1614., 1616. & seqq. prodierunt); 4 Kleiderordnung / Lub. 1617. in 4to; 5. Feurordnung / Ibid. 1624. in 4to; 6. Wachtordnung / Ibid. 1628. in 4to; 7. Pestordnung, Ibid. 1639. in 4to (Conferri cum hac potest der Medicorum zu Lübeck Bericht / wie man sich in der Pest halten solle / Lub. 1629. in 4to); 8 Der Städte Lübeck und Hamburg Müntzordnung / Lubec. 1618. in 4to; 9. Des Rahts

(32.) V. H. Bangerti *Or. Parentalem Colero habitam & Lubecæ A. 1644. excusam.* (33.) *V. Chron. Lub. Kirchringio-Mollerianum p. 295.*

Rahts zu Lübeck Neue Müntzordnung / Ibid. 1620. & 1622. in 4to. Rem illius Monetariam bina etiam hæc illustrant Autorum Incertorum MSta, a Rud. Capello in *Sciagraphia Nummophylacii Luderiani* allegata 1. *Tr. de Marcis IV. Civitatum, Lubecensis, Hamburgensis Lüneburgensis & Wismariensis*; 2. Underwisinge van der 4. Steden / Lübeck / Hamborg / Lüneborg und Wißmar Münte. Longe autem majori, ubi prodierit, eandem luce perfundet Erudita, qvam Vir Ampliss., OTTO SPERLINGIUS, Consil. Danicus, editurum se esse nobis significavit, *de Marca Lubecensi Dissertatio.*

VIII. Non saltabo extra Orbitam, si huic de Lubecensis Reip. Historia & Jure Tractationi, Appendicem de Fœdere Hanseatico (cujus illa Caput audit), istiusqve cum Jure & Monumentis Publicis, tum Historiæ atqve Rerum Scriptoribus, subjunxero. Primæ Societatis hujus (qvam a Civitatibus Cimbricis, Lubeca ac Hamburga, vicinisqve Vandalicis, initio esse inchoatam, haud absurde nonnulli co[illegible]ctant) Origines tenebris involutæ [illegible] densissimis. Fundata est juxta [illegible]

Werdenhagii παραχρονίζοντα, A. 1194, juxta Chytræum & Thuanum circa Annum 1200, juxta Dancvverthium A. 1241., juxta Conringium autem, cujus Sententiam Rationes ab eo adductæ valde reddunt probabilem, post Annum demum 1260. Qvatuor proinde Seculis circiter illa floruit. An Qvintum fatali ejus, paulatim jam expirantis, Periodo finem, uti nonnulli ominantur, sit impositurum, posteris nostris, qvam nobismet ipsis, judicare erit proclivius. *Jus Civitatum Hanseaticarum Nauticum atqve Maritimum* (der Hanseestädte Schiffordnung und Seerecht) A. 1591. in Conventu Lubecensi est conscriptum, & LIX. Articulis comprehensum, Annoqve seqv. 1592. ibidem (34.) excusum. A. 1614. a Legatis Civitatum, Lubecæ iterum congregatis, revisum denuo est, passimqve auctum, & Ordine priori mutato, in certos Titulos digestum. Recentior hæc Editio, Curis secundis elimata, Lubecæ A. 1614. 1637. & 1680, Hamburgi A. 1651. 1655. ac 1661, & novissime Bremæ A. 1688. (35.), Idiomate prodiit Germanico. Eodem etiam A.

1667.

(34.) *in 4to.* (35.) *in 4to.*

1667. a Joh. Marqvardo est inserta Operis sui *de Jure Mercatorum*, paulo post allegandi, *Parti IIdæ.* Latino-Germanice illud (sub *Juris Maritimi Hanseatici* Titulo) A. 1667. Hamburgi (36.) edidit REINHOLDUS CURICKE, Civitatis Dantiscanæ Secretarius, &, præter *Diatribam de Assecurationibus*, aliasqve Juris Maritimi Qq. Controversas, suum eidem adjecit *Commentarium*, cum Legibus illud Nauticis Antiqvis Rhodiorum, Romanorum, Wisbyensium, Caroli item V. & Philippi II., Hispaniæ Regum, & variarum deniqve Civitatum Statutis, Plebiscitis ac Juribus, conferentem. Jungi huic potest JOH. SIBRANDI Commentatio similis Argumenti, A. 1620. publicata, & §. 5. jam allegata. *Compendium Legum & Constitutionum Fœderis Hanseatici*, a JOH. DOMANNO conscriptum, Joh. Ang. Werdenhagius sui de Civitatibus hisce Operis *Parti IVtæ* (37.) inseruit. Multum etiam Notitiæ cum Legum, tum Privilegiorum ejusdem, Accuratioris cupidum juvabit JOH. MARQVAR-

(36.) *in 4to.* (37.) *cap. 11.* Laudatur illud a Conringio *in Diss. de Urbibus Germaniæ* §. 96. 98.

QVARDI Lubecensis, J. U. D., Eqv. D. Marci, & Reip. Patriæ ab A. 1661. ad Emortualem 1668. Consulis, Vastum *de Jure Mercatorum & Commerciorum opus Juridico-Politicum*, in IV. Libros distinctum, ac Francofurti A. 1662. editum (38.); imprimis tamen *Pars* ejus *IIda*, ipsa *Privilegiorum*, *Constitutionum*, *Statutorum*, *Pactorum*, aliorumqve de Commerciis Scriptorum Publicorum, sollicite conqvisita Exemplaria, Ordine Alphabetico, exhibens.

IX. E Privilegiis, qvæ Societas hæc a plerisqve Regibus, & nonnullis Principibus Europæis, impetravit, seorsim prodierunt: 1. Friderici II., Königs in Dennemarck/ Vertrag mit den Hanseestädten und Wendischen Städten/ zu Odensee A. 1560. auffgerichtet/ Lub. 1646. in 4to; 2. See-Tractat zwischen Ludovico XIV., K. in Franckreich/ und den Erbhanseestädten/ in Frantzösischer und Deutscher Sprache. Hamb. 1655. in 4to; 3. Tractat von den Spanischen Commercien, zwischen der Königl. Majestät in Spanien/ und den Ehrbaren Hanseestädten/ A. 1607. gemacht/ samt dessen Renovation und Confirma-

(38.) in fol.

mation. Hamb. 1658. in 4to. Inter Scripta, qvæ pro eadem ſubinde prodierunt, Apologetica eminet Vernaculum, qvod A. 1609, in mediis turbis Brunſvicenſibus, Lubecæ (39.) eſt editum: Der Vereinigten Hanſeeſtädte kurtze Nothwendige Verantwortung / ſamt angehengter Proteſtation wieder etliche Neue ſpargirte Schrifften / darinn der uhralte Hanſiſche Bund vor eine verbotene Liga, Faction und Conſpiration übel angezogen und außgeruffen wird. Repoſuerunt illi eodem Anno 1609. (40.) Duces Brunſvicenſes den Gründl. Bericht auff der Hanſeeſtädte vermeinte Verantwortung.

X. Inter Scriptöres de Fœdere Hanſeatico Hiſtorico-Politicos primus mentionem ſui poſtulat JOH. DOMANNUS Oſnabrugenſis, J. U. D., Reip. initio Stralſundenſis (circa A. 1596.), deinde autem Roſtochienſis (A. 1611. & 1616.), ſimulqve Civitatum etiam Hanſeaticarum, Syndicus, *Vindiciis Weſtphaliæ*, patriæ ſuæ, adverſus J. Lipſium, A. 1591. editis, primam Nominis Celebritatem conſecutus. Is A. 1618. Poemation Vernaculum *de Veteri Hanſa* Teu-

(39.) *in 4to.* (40.) *Helmſt. in 4to.*

Teutonica Jambicum edidit, qvod Morhofius noster, ob Acumen haud vulgare (vocat enim illud **Ein ungemeines / und von klugen Reden volles / wiewol etwas zu frey geschriebenes Gedichte**), commendavit, ac *in Tr. de Lingva & Poesi Germanica* Kilonii A. 1682. edito (41.), denuo recensuit. Sed & peculiare Idem *de Civitatibus Hanseaticis* Opus, jussu illarum, teste Werdenhagio (42.), inchoavit, qvod tamen, ob mortem prætnaturam, qvæ ipsum, ad Ordd. Fœderatos ablegatum, Hagæ A. 1618. oppressit, non potuit absolvere.

XI. Laborem, qvem Domanno perficere non licuerat, mox post Excessum illius aggressus est JOH. ANGELUS a WERDENHAGEN, sed absqve Autoritate publica, nec isto, qvod a Domanno expectabatur, judicio. Natus est ille Helmstadii Kal. Aug. A. 1581, & Doctrinæ Moralis in Acad. patria fuit PP. ab A. 1616. ad 1618., qvo, ob resuscitatam Controv. Hofmannianam, Philosophiæ Contemptum, & nimiam adversus Caselium ac Magnates Aulicos

(41) *P. II. c. 7. p. 381-395.* (42.) *in præfat. sui de iisdem Operis.*

cos παῤῥησίαν, ab ea eſt remotus. Syndicus deinde Magdeburgenſis fuit ad A. usqve 1626., & biennio ſeqventi Adminiſtratoris Magdeburgenſis Conſiliarius. Ab A. 1628. ad A. 1632. Vitam Lugduni Batavorum egit privatã; triennio autem proximo Joh. Friderico, Archiep. Bremenſi, Auguſto, D. Brunſv., & Senatui Magdeburgico, fuit a Conſiliis. Anno tandem 1635. a Ferd. II. Imp. in Conſiliariorum Imperialium numerum eſt adſcitus, &, ſeſqviennio poſt, a Ferd. III. Legati in Civitate Lubecenſi Ordinarii munere donatus. Illic reliqvam Vitæ partem, Legationum, qvas hactenus obierat, plurimarum pertæſus, in otio tranſegit Literario, ac Ratzeburgi tandem, qvo ad Filiam inviſendam excurrerat, d. 26. Dec. A. 1652. eſt defunctus (43.) Homo fuit pius, cuiq; Chriſt. Woldenbergius, JC. Roſtoch., hoc in *Epigr. Funebri* tribuere non dubitavit Elogium:

Doctior an probior; vix conſtat: utroqve valebat.

Sed, qvia judicii laborabat infirmitate, &, uti

(43.) *V. D. Hect. Mithobii, Superint. Ratzeb., Sermonem in Exeqviis ejus Funebrem ex Pſ. 27, 1., Lubecæ A. 1653. excuſam.*

uti C. Sagittarius (44.) recte observavit, *in Doctrina non aeqve erat accuratus, & accuratioribus infensus*, in Scriptis plerisqve ad Digressiones ἀπροσδιονύσους passim est evagatus, crebraqve ἀκρισίας, Opinionum Fanaticarum, ac Vatiniani, qvo Philosophiam, Literas Humaniores & Libros Ethnicos proseqvebatur, odii reliqvit vestigia. In Libello Vernaculo (Eröfnete Hertzenspforte vom wahren Reiche Gottes), qvem A. 1632., sub fictitio *Angeli Mariani* nomine edidit, Judaeos etiam, Turcas atqve Gentiles fide in Christum interna sive Cryptica docuit salvari (45.), & novo hoc Dogmate Elenchum Gerh. Rammii, Ecclesiastae apud Dithmarsos Meldorpiensis, in *Anti-Mariano*, Glückstadii A. 1638. excuso, provocavit. *In Psychologia Böhmiana, vero Rerumpp. Regimini & Juri Majestatico accommodata* (46), Jac. Böhmio, Famae atqve Orthodoxiae ambiguae Scriptori, *in Synopseos autem Operis de Rep. Bodiniani Dedicatio-*

(44.) *in Hist. Lubec. Diss. III. c. 5. §. 4.*

(45.) V. J. Mulleri *Atheismum Devictum p. 39.*, & Tim. Dan. Colbergii *Christianismum Platonico-Hermeticum, P. I. c. 5. §. 13. p. 255.* (46.) *Amst. 1632. in 24to.*

catione (47.), ipſi Mich. Serveto, Unitariorum Seculi Superioris Anteſignano (qvem *Virum* vocat *Vitæ optimæ & inculpatiſſimæ, ſumme pium, & veræ Sanctitati in Chriſto addictiſſimum, nihil a Kempiſio, Gerſone, Savanorola, Dav. Georgio, & talibus Optimis Sanctorum, alienum locutum, a Calvino autem & Genevenſibus iniqve condemnatum*), patrocinatur; a Theod. Strackio, Parocho in Clivia Budericenſi (48.), & Joh. Gloppenburgio, Theol. Franeqverano (49.), ſatis acriter ob judicium iſtud caſtigatus. In *Poematis* (50.) Deorum Gentilium Nomina, & omnem, qvæ Ethnicismum redolet, Phraſeologiam, Gane pejus & Angve devitat. Philoſophiæ deniqve & Bon. Artium Contemptu Supercilioſo Seqviorem de Libris ſuis, & *Politica* imprimis *Generali*, Amſtelodami A. 1632. (51.) edita, extorſit Cenſuram J. C. Dieterico (52.) &

 J. H.

(47.) *Prodiit illa Amſt. 1635. in 12mo.*

(48.) *in præfat. Hiſtoriæ Anabaptiſtarum Monaſterienſium Conr. Heresbachii, A. 1636. cum Notis a ſe editæ, & A. 1650. Amſtelodami recuſæ.* (49.) *in Comp. Socinismi fol. 29. & ſeqq.* qvem locum allegat Scherzerus *in Colleg. AntiSoc. p. 9.*

(50.) *Lugd. Bat. 1629 in 24to.* (51.) *in 16to* (52.) *in Diatr. de Uſu & Abuſu Scriptt. Secularium p. 174.*

J. H. Hottingero (53.), cujus verba adjicio: *Eandem (de Philosophia) suis occinit Cantilenam Neo-Politicus J. A. W., qvi ἐλλάμψει nova Politiam novam primus cœlo, ut Socrates Philosophiam, evocavit, ut in Urbes Hanseaticas collocaret, & in Domos introduceret. Edidit Medullam Politices, qvæ revera continet confusum Paracelsisticorum Somniorum Chaos, aliaqve peristragula ἀλλότρια, qvæ ubiqve prominent, ut in Æsopi Asino Auriculæ: qvibus demptis, nihil nisi σκέλετον sine medulla superest. Convitiis agit rem passim, Philosophos dicit Phyllosophos, mundi Phantastas, mundanos Sapientes, &c.* Ex hactenus allatis, qvid de Opere *de Rebusp. Hanseaticis* Sesqvipedali ac Qvadripartito sit judicandum, Lectores Cordati sua haud dubie Cogitatione jam præcipiunt. Editum est illud initio, *Tomis* IV. (54.), Lugduni Bat. A. 1631., deinde vero, ab Autore iterum revisum, & Urbium singularum Iconismis ac Descriptionibus, Tabb. Geogr. ac Nauticis, & *Introductione Imperii Romano-Germanici Generali* auctum, Francofurti, Typis Merianeis, A. 1641. (55.) Cha-

(53.) *in Specimine Philosophiæ Historicæ, Pentadi Dissertationum inserto, p. 106. 107.* (54.) *in 16to.* (55.) *in fol.*

Chaos certe qvoddam potius illud exhibet, & Confusam Tractationum atqve Digressionum Theologicarū, Politicarum, Historicarum, Philosophicarum ac Chymicarum Farraginem, in Arnisæum, aliosqve Viros Doctos, admodum injuriam, & Styli Barbarie Lectori Erudito molestam, qvam Accuratam Fœderis Hanseatici, de cujus primis Originibus parum certi illic offendes, notitiam. In Civitatis Hamburgensis Historia Odii, qvo istam ob Syndicatus repulsam proseqvebatur, haud obscura comparent Indicia. Qvæ, nisi fallor, PETRO AMMONIO, Scriptori ψευδωνύμῳ, *Diatriben de J. A. Werd. Rebusp. candide differentem*, Vitiaqve Autoris detegentem, Typis Rostochiensibus, A. 1638. (56.) publicandi, ac prolixius falsarum ejus de Urbe ista Narrationum Examen pollicendi, ansam præbuerunt. Eadem cum Ammonio alii judicarunt Viri emunctæ Naris Eruditi. Conringius (57.) Autorem, *molliter* se de eo *loqvi* præfatus, vocat *Ineptum*, & IV. ejus Libros, totidem

 Spis-

(56.) *in 4to. Qvaternione constat unico.* (57.) *in Diss. de Urbibus Germ.* §. 95.

Spiſſos Centones, nihil certi de Fœderis Hanſeatici Origine prodentes C. Sagittarius (58.) *proletariæ* eum appellat *Doctrinæ Scriptorem*. J.H. Boeclero (59.) Comm. ipſius audit *Opus figuris qvidem æneis ſatis elegantibus ornatum, ſed absqve Judicio, & ſtylo moleſtiſſimo, conſcriptum*, Pet. Lambecio (60.) *Farrago ineptiſſima*, & Petro deniqve Muſæo (61.) *Scriptum, in qvo Autor, ad inania dilapſus, in Anilibus fabulis ebuccinandis occupatur.*

XII. Vaſto ego Werdenhagii Volumini præferre non dubito *Comm. de Fœdere Civitatum Hanſeaticarum* exiguum, qvem Francofurti A. 1662. (62.) edidit JOACH. HAGEMEIER Hamb., J. U. D., Antonii initio Güntheri, Com. Oldenb., deinde autem Leopoldi Imp. Conſiliarius ac Collegii Comitum Wetteravicorum Procancellarius, M. Aprili A. 1681. in Emporio Francofurtenſi defunctus. Brevitatis plus juſto ſunt ſtudioſæ M. THEOD. KIRCHMAIERI, Franci, Ordinis Philoſ. in Acad. Witteb. Adjuncti, *Diſp. de Civita-*

(58.) *in Diſſ. de Origg. Civit. Brunsv. §. 35.*
(59.) *in Bibliogr. Curioſa p. G. 7. b.* (60.) *in Indice Autt. Libr. II R. Hamb. adjecto.* (61.) *in Diſp. de Antiqva Germanorum Rep. §. 1.* (62.) *in 4to.*

tatibus Hanseaticis, A. 1669. & 1677. illic excusa, ac M. UDALR. HEINSII Curlandi *de iisdem*, & *Livonicis* (Riga, Revalia atqve Dorpato) *in specie*, Exercitatio, Jenæ A. 1684. (63.) publicata. NICOL. RAIMARI URSI, Hensteda Dithmarsi, Mathematici ex Subulco Cæsarei, *Tractatus*, qvi ab Alb. Bartholino (64.) & Lipenio memoratur, ac Lipsiæ A. 1563. (65.) perhibetur excusus, *de Civitatibus in Dithmarsia Hanseaticis*, meos hactenus oculos effugit, imo monstri qvid alere mihi videtur. Ex Oppidis enim, qvæ Dithmarsia complectitur, paucissimis nullum in Fœderis Hanseatici Societatem unqvam est receptum. Conferri etiam merentur longiusculæ de Civitatibus Hanseaticis Digressiones, qvas DAV. CHYTRÆUS *Chronici Saxonici Libro XXIII*, HERM. CONRINGIUS *Exercitationi de Urbibus Germaniæ*, A. 1641. Helmstadii impressæ (66.), & GODSCH. KIRCHRINGIUS *Chronico Civitatis Lubecensis* Vernaculo (67.), inseruerunt. Qvas inter Conringiana cœteris præ-

(63.) *in 4to.*
(64.) *in Tr. de Script. Dan. p. 109.* (65.) *in 4to.*
(66.) §. 95-105. (67.) *p. 261-280.*

præferenda, qvia accuratius aliis in primas Fœderis Origines inqvirit. Omnibus autem hactenus enumeratis Scriptoribus palmam haud dubie extorqvebit *Comm. de Hansa Teutonica*, qvem a Viro Summo, HENR. MEIBOMIO Jun., Med. & Hist. in Acad. Julia Professore, in Erudito *de Nummorum in illustranda Impp. Rom. Historia usu Programmate*, esse promissum, Cl. Tenzelius in Nuperrimo *Colloqvio Menstruo* (68.) testatur. *De IV. Computatoriis seu Diribitoriis Hansæ Teutonicæ* superest *Comm.* Autoris Anonymi Ineditus, A. 1556. scriptus, qvi, una cum alia *Diss.* ἀδεσπότῳ *de Nomine Hansæ*, a Lambecio (69.) allegatur. Londinensis Computatorii Historiam haud dubie illustrat *Remonstratio Argutiarum Marmedukii contra Domum Civitatum Hansæ, qvæ Londini est in Anglia*, ἀνωνύμως Lubecæ A. 1660. (70.), Lipenio teste, edita.

CAPUT

(68.) *M. Oct. A. 1691. p. 870.* (69.) *in Indice Autorum libr. II. Rer, Hamb. adjecto.* (70.) *in fol.*

CAPUT VII.

De STORMARIA, & Oppidorum ejus Encomiaſtis ac Scriptis Publicis.

§. I.

STORMARIA, Provincia Ducatus Holſatici Tertia, a *Störa*, Fluvio Agros illius irrigante, non autem, qvæ Adami Bremenſis (1.) olim fuit Conjectura, ab Ingenio Incolarum Turbulento, nomen ſuum eſt conſecuta. Complectitur illa, præter Comitatus Pinnebergicum & Ranzovianum, Præfecturas Ducales, Trittovienſem, Rejnbeckenſem, Steinhorſtanam (qvæ Pars olim fuit Saxoniæ Inferioris) & Tremsbüttelenſem, cum Parte Regiarum, Segebergenſis, atqve Steinburgenſis, præcipua. Urbes in ea, præter Metropolin Hamburgam (*Capita IV. ſeqventia* ſibi vindicaturam), etiam aliæ inveniuntur haud incelebres, Itzehoa ſc. (qvæ Holſatiæ rectius accenſetur), Crempa, Wilſtria, Tychopolis & Altonavia, qvæ Regiæ omnes annumerantur Ditioni. De Comitatus

 Pin-

(1.) *l. 2. Hiſt. Eccl. c. 2. p. m. 48.*

Pinnebergici Fatis atqve Mutationibus hoc Seculo modernis *Partis I. Caput IX.* poteſt conſuli (2.). *Conſtitutio* illius *Eccleſiaſtica* (die Königl. Dänische Kirchen-Constitution in der Graffsch. Pinneberg), a Frid. III., R. Daniæ, A. 1662. promulgata, Glückſtadii A. 1676. (3.) lucem vidit publicam. Floret in eo Incolarum non unius Religionis freqventia Oppidum ALTONAVIENSE, Hamburgæ vicinum, a Frid. III. Rege A. 1664. in Urbium Ordinem evectum, & Privilegiis Ampliſſimis, ibidem A. 1668. (4.) excuſis, donatum. De Templo Lutheranorum, A. 1649. cœpto exſtrui, Sermo exſtat Vernaculus (die Eckſteinpredigt (5.)), d. 10. Aug., cum Lapis collocaretur ἀκρογωνιαῖος, ſub dio habitus ab ARN. SCHEPLERO, illius Antiſtite, XXIV. Liberorum, ex uxore unica, Margareta Riſtia, ſuſceptorum, Parente.

II. ITZEHOA cum omnibus aliis Ducatus Holſatici Civitatibus de Antiqvitatis palma poteſt contendere. Caroli enim M. juſſu, uti ex Reginone Dancvver-

(2.) *§. 3. & 4. p. 153. 154. & 155.* (3.) *in 4to.* (4.) *in 4to.* (5.) *ed. Hamb. A. 1649. in 4to.*

vverthius (6.) ostendit, Anno 809. ab Egberto Comite ad Sturiam Fluvium est condita, & nomine *Essefeld*, qvod in hodiernum *Itzehoe* postea degeneravit, insignita. Lubecensi Jure utendi potestatem ab Adolpho IV., Com. Schauenburgico (cujus Familiæ Heroum atqve Ranzoviorum Cryptis superbit Sepulchralibus) A. 1233. impetravit. Militis Svecici sævitiam, in gemina tempestate Bellica, præ aliis hoc seculo experta est Civitatibus, ac Anno tandem 1657., Caroli Gustavi Regis, eam obsidentis, jussu, Igne injecto consumpta. Pace his oris reddita reædificari confestim cœpit, Templumqve Laurentianum d. 29. Mart. A. 1661. ab Antistite suo, M. ANDR. HOTERO, peculiari Sermone Sacro, Rostochii (7.) excuso (Itzehoische Kirchweihungsgedancken auß Esr. VI. 16. 17. 18.), denuo vidit inaugurari. De Pyramide, in Pago Nordoensi, Urbi huic vicino, ab HENR. RANZOVIO A. 1578. condita, variisqve illius Descriptionibus, ab eodem publicatis, *Capite* III. (8.) jam diximus. III.

(6.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 15. p. 286.* (7.) *A. 1661. in 4to.* (8.) §. 5.

III. GLüCKSTADIA sive TYCHOPOLIS, Supremi in Chersoneso hac Dicasterii Regii Sedes, Christiani IV. Regis auspiciis, circa A. hujus Sec. XXmum, cœpta exstrui, & Incrementa nomini suo congrua divino adepta Beneficio, ita brevi effloruit, ut inter Urbes jam Cimbricas Munimentorum robore nulli, Opibus autem & Commerciorum Amplitudine paucissimis, sit secunda. Exstat Panegyricus, in laudem ejus a STANISL. LUBIENITZIO, Eq. Polono, ob Relig. Socinianam patria ejecto, &, sub *Glückstadiæ Veræ Tychopoleos* Titulo, A. 1667. (9.) excusus. Privilegia, qvibus Frid. III. eandem A. 1662. d. 30. Aug. donavit, Vernaculo illic sermone, A. eodem (10.), prodierunt. Qvæ autem Judæis, illam incolentibus, CHRIST. IV. d. 19. Jun. A. 1630. contulit, A. 1633. ibidem (sub Tit. Privilegia der Portugiesischen Nation Hebräischer Religion zu Glückstatt) sunt impressa, & in *IIda* Operis *de Jure Commerciorum*, a Joh. Marqvardo editi, *Parte*, A. 1662. recusa. Qvæ adversus Svecos, a Præsidio Urbis Militari, A. 1643. 1644. & 1645. forti-

(9.) *Glückstadii in fol.* (10.) *in 4to.*

fortiter sunt gesta, exponit *Diarium Tychopolitanum*, A. 1646. (11.) excusum, oder Verzeichnung dessen / was zeit wehrenden Schwedischen Einfalls in Holstein / auß Glückstatt gegen sie tentiret und effectuiret worden. De Controversiis, qvæ Societati Mercatorum Glückstadiensium Africanæ, cum Batavorum Americana, ante Lustra V., intercesserunt, consuli potest Scriptum illius, Belgice & Germanice A. 1665. (12.) publicatum: der Königl. Dänischen Octroyirten Africanischen Gvineischen / zu Glückstatt angerichteten / Compagnie Abgenöthigter Wolgegründeter Gegenbericht wieder die von der Holländischen Westindischen Compagnie, unter dem Nahmen der Remonstranz, spargirte Irrige Auflagen / in welchem besagter Westindischen Compagnie bißher wieder Recht verübte Attentata offenbahret und refutiret werden.

IV. BREDEMBERGÆ, *Arcis Ranzoviorum in Stormaria* (13.) *Inclytæ, a Johanne A. 1521. conditæ, ab Henrico autem instauratæ*

(11.) *in 4to.* (12.) *Glückstadii in 4to.*

(13.) Ex Cimbrica hac Provincia in *Chersonesum Hollandiæ* eam male translocant *Biblioth.* Gesnerianæ Continuatores, Jos. Simlerus (*p. 225*) & J. Jac. Frisius (*p. 267.*)

ratæ & exornatæ, Descriptionem, Elogia etiam Ducum & Heroum, bellica virtute Illustrium, cum superioris, tum nostræ ætatis, versibus explicata sistentem, debemus M. GEORG. CRUSIO Hannoverano, Studiis Filiorum Henrici circa A. 1566. Præfecto, deinde autem Parocho in Eiderstadia Cotzenbullensi, & Provinciæ ejusdem ab A. 1605. ad Emortualem 1619. Præposito. Prodiit illa, Ranzovii Sumptibus, cum Joach. Camerarii Præfatione, sine Loci Indicio, A. 1569. (14.), & Wittebergæ A. 1570. (15.), ac Argentinæ A. 1573. (16.), est recusa. Heroes Bellicos, in Arce hac depictos, HENN. CONRADINUS Hamb., Scholæ Patriæ Conrector, peculiari celebravit *Libro Epigrammatum Historico*, Antvverpiæ A. 1581. (17.) publicato, cujus *Titulum* integrum *Capite Partis I. XIVto* (18.) invenies. An diversus ab hoc sit *Libellus Epigrammatum in Heroas Marte & Arte clarissimos, quorum effigies in Arce Bredemb. visuntur*, sub ipsius HENR. RANZOVII nomine *Poematis* Pet. Lindebergii *Juvenilibus*, in Editione

(14.) *in 4to.* (15.) *in 4to.* (16.) *in 8vo.* (17.) *in 4to.* (18.) *§. 7. p. 222.*

ne Hamburg., A. 1592. adjectus, non recordor. Cœteras Inſcriptt. Bredembergenſes, iidem, qvi alias Ranzovianas, collegere Autores, *Capite III. Partis I.* (19.) enumerati.

CAPUT VIII.

De Civitate HAMBURGENSI, ejusqve Hiſtoriæ, Rerum ac Controverſiarum Illuſtrium Scriptoribus Novantiqvis.

§. I.

STormariæ Metropolis Adamo Bremenſi (1.) jam olim audivit, & etiamnum ſalutatur, HAMBURGA, Opibus & Commerciis præ aliis Germaniæ Civitatibus florentiſſima. Nominis ejus variæ a diverſis afferuntur Etymologiæ. Autorem *Chronici Saxonum* Moguntini Anonymum, ad Jovem Hammonem, illic, uti nugatur, cultum, Origines ejus referentem, *Partis II. Capite I.* (2.) confutavimus

(19.) §. 9. p. 24. 25. (1.) *l. 2. Hiſt. Eccl. c. 8. p. m. 48.*
(2.) §. 6. p. 10. 11.

vimus. Krantzii, qvi ab *Hama*, Saxonum Pugile, per Starcatherum, Gigantem Danum, istic occiso, Nic. Cisneri, qvi a Retibus Piscatoriis (den Hamen), Casp. Peuceri, qvi a Gambriviis, Gente Germanica, Joh. Goropii Becani, qvi a Voce *Hamme*, pernas salitas & fumo siccatas denotante, & Chronographi Marchici, qvi ab Idolo Teutonico Hamagi istud derivavit, Conjecturas Lambecius in *Origg. Patriæ* (3.) explosit. Dancvverthii, qvi (4) a Voce Frisica *Hamme*, Pratum irriguum significante, Tratsigerum secutus, idem deducit, sententia probabilior qvidem est, sed postponenda tamen alteri, qvam ipse Tratsigerus, cum Erp. Lindebrogio (5.) & Lambecio, amplectitur, de Urbe hac nomen suum a Sylva Vicina, sed jam excisa, *Hamme*, mutuata. De vera ejus Antiqvitate Rerum illius scriptores itidem dissentiunt. Lambecius Anno demum 808. Castellum istius nominis, Caroli M. jussu, a Legato illius, Odone, esse conditum, &, cum Wilsi biennio post istud destruxissent, A. 811., auspi-

(3.) *p. 11. 12.* (4.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 12. p. 250.*
(5.) *in Chronico Caroli M. Vernaculo.*

auſpiciis ejusdem, inſtauratum, & Baſilica peculiari exornatum, luculentis Scriptt. Antiqvorum Teſtimoniis oſtendit. Seculo contra IX., & Temporibus Carolinis Antiqviorem eam eſſe ſtatuit Ad. Tratſigerus, tum in *Chronico* illius, tum in MSto, qvod Biblioth. Publica aſſervat, Vernaculo: Gründlicher und Warhafter Bericht/ daß Hamburg viel älter sey als Stade/ und Alters halben die 5. Wendischen Städte/ übertreffe. Dancvverthius (6.) Vicum eam, ante Caroli M. in Nordalbingiam adventum, fuiſſe conjectat, Nomine Holſten inſignem. Sed, cum pariter atqve Tratſigerus, Veterum ſuffragiis deſtituatur, Conjecturam hanc ejus audacem merito improbamus. Primorum Religionis Chriſtianæ in Cimbria Proſelytorum non Metropolis ſolum fuit ab A. 832., ſed Aſylum etiam adverſus Infidelium Perſecutiones tutiſſimum, & hanc ob cauſam a Danis atqve Slavis Seculo IX. X. & XI. ſepties eſt exciſa. Divino tamen beneficio, e cineribus ſuis, Martyrum innumerorum ſangvine fœcundatis, Phœnicis inſtar reſuſcitata, poſt tot excidia

(6.) *l. c.*

dia pulchrius semper effloruit, & (7.),

Duris ut Ilex tonsa bipennibus,
Per damna, per cædes, ab ipso
Duxit opes animumqve ferro.

Seculo XII. ineunte, cum reliqva Holsatia & Stormaria, in Comitum Schauenburgicorum pervenit potestatem, &, ab his amplissimis donata Privilegiis, invidenda subito cepit incrementa. Istis, ac Impp. aliqvot Germanicorum favore, animata, Regum atqve Ducum, qvi Schauenburgicis successerunt, Holsato-Oldenburgicorum Dominio se paulatim cœpit subtrahere, & Libertatem affectare. Enata hinc diuturna, nec in hunc usqve diem composita, inter Augustissimos Daniæ Reges, supremum sibi illius Dominium vindicantes, atqve ipsam, Controversia, de qva §. 16. plura in medium afferentur.

II. Inter loca, Civitatis Imperio ab aliqvot Seculis subjecta, & a CHRIST. MOLLERO Hamburgensi, in Geographico Territorii illius Schemate, A. 1683. (8.) edito, delineata, eminent: 1. Arx atqve Præ-

(7.) Versus hi sunt Horatiani de Urbe Romana *l. 4. Od. 4.*
(8.) *Hamburgi in forma pat.*

Præfectura ad Albim Ritzbüttelensis, A. 1393. occupata, & A. seqv. 1394. a Lappiis, illius Dynastis, Transactione peculiari eidem concessa (9.), cujus *Chronicon* Vernaculum Ineditum a Lambecio (10.), *Ordinatio* autem *Ecclesiastica* MSta ab aliis allegatur; 2. Duæ Ducatus Saxo-Lauenburgici Præfecturæ, Bergerdorfiensis & Ripenburgensis, IV. Albis Insulas (Palæogammiam, Neogammiam, Kirchvverderiam & Coslackiam), cum Oppido Bergerdorfiensi, complectentes, qvas, Lubecensibus ab Erico, Duce Sax. Inf., A. 1360. oppignoratas, sed A. 1401. illi restitutas, hi pariter atqve Hamburgenses A. 1420. manu eidem armata denuo extorserunt (11.), Posterorum autem Erici Ultimus, Jul. Franciscus, non ita pridem Actione forensi postliminio sibi asserere est conatus (12.); 3. Insulæ in Stormaria Billiana (der Billwerder) & Ochsenvverderana, cum Parte Parochiæ Eppendorfiensis haud exigua.

(9.) V. Dancvv. *P. III. c. 12. p. 257.* (10.) *in Indice Autt., Libro 11. R. Hamb. adjecto.*

(11.) V. *Chronicon Lubec. Kirchringio-Mollerianum p. 37. 48. 50. 92.,* & Dancvv. *l. c. p. 257.* (12.) *V. Cap. IV. §. 13.*

III. Inter Scriptores Historiæ Hamburgensis, Antiqvissimus est, ni fallor, Autor Incertus *Chronici Rerum Hamburgensium* Saxonici Prosaico-Metrici, ab A. C. 810. ad A. 1270. perducti, qvod ex MSto suo (Bibliothecæ Patriæ postea donato) cum Præfatione (Typis jam excusa) atqve Annott., edere qvidē A. 1667. cœpit RUD. CAPELLUS, Th. D. & Gymnasii Hamb. PP. sed in lucem proferre, a Senatu prohibitus, non potuit. Hunc, Seculo XVI. ineunte, sunt secuti HENR. AQVILONIPOLENSIS, Scriptor *Adolpheidis, sive Poematis de Comitum Schauenburgicorum & Civitatis Hamburgensis Historia*, & ALB. KRANZIUS., Res Patriæ Sacras & Profanas in *Metropoli* atqve *Saxonia*, sparsim qvidem, sed non indiligenter, persecutus. Uterq; *Partis I. Capite VI.* (13.) prolixius est commendatus.

IV. Krantziana, in *Chronico* suo Hamburgensi, Vestigia ubiqve pene est sectatus AD. TRATSIGERUS Senior, de qvo, promissi (14.) memores, paulo uberius disseremus. Patria ejus fuit, non Hamburga, uti qvidam opinantur (15.), sed

(13.) *§. 18-28. p. 92-116.* (14.) *P. I. c. 15. §. 18. p. 277.*
(15.) V. *Remonstrat. Danicam contra Apol. Hamb. p. 4.*

ſed Marchia Brandeburgica, uti ex Alb. Frid. Mellemanni Berolinenſis, Nepotis ipſius ex Sorore Eva, Sim. Mellemanno Advocato nupta, *Poematis* (16.) colligo. Jurisprudentiæ, cui Lipſiæ dederat operam, Profeſſor fuit in Acad. initio Viadrina (17.) & deinde Roſtochienſi (cujus jam A. 1547. (18.) fuit Rector), ſimulqve teſte Wolfg. Juſto, Reip. Oppidanæ Roſtochii Syndicus (19.) Pura proinde puta ſunt Figmenta, qvæ de Profeſſione Theologica, Roſtochii Anno demum 1549. ei commiſſa, Prælectionibus in Ep. ad Titum publicis, & Dav. Chytræo in Munere iſto A. 1550. ipſi ſubrogato, a Nic. Heldvadero (20.), hujusqve Autoritatem ſecutis, Ad. Oleario (21.) & H. Meibomio Jun. (22), narrantur. Juris enim illum Roſtochii, & Anno qvidem adhuc 1551., fuiſſe Interpretem, præter Melle-

man-

(16.) *Berol. 1591. in 4to.* (17.) V. Mellemanni *Epicedion in obitum illius. l. 2. Poem. p. K. 2. b., K. 3. a. b, K. 4. a,* & Wolfg. Juſti *Tr. de Academiis, A. 1554. editum, n. 78.* (18.) V. Nic. Gryſii *Catal. Rectorum Acad. Roſtoch., Biographiæ Joach. Sluteri, primi Paſt. ibid. Lutherani, A. 1593. adjectum.*

(19.) V. Juſtum *l. c. n. 66.* (20.) *P. II. Sylvæ Chronol. p. 222. 223.* (21.) *in Comp. Chron. Holſ. p. 148. 149.* (22.) *in Introd. ad Hiſt. Sax. Infer. p. 61. 62.*

manni, Wolfg. Justi (23.) & P. Lindebergii (24.) testimonia, *Consilium* ostendit *Juridicum*, A. 1551. Rostochii ab ipso scriptum (25.), Proneptem, nec ex Testamento, nec ab Intestato, Proavo succedere posse, demonstrans, sub cujus finem verbis se disertis J. U. D. & PP. Ordinarium appellat. A. 1551. (non 1550. qvi Heldvaderi est Parachronismus), ob Opinionem Heterodoxam, *qvod Scortatio simplex non sit peccatum*, in Disp. publica defensam, Controversiæ cum Theologis est implicitus, nec multo post ab Henr. Pacifico, Duce Megap., dimissus. Rostochio Hamburgum profectus, Syndici illic Munus, post Franc. Pfeilium, & Locum inter Canonicos, obtinuit. Reip. hujus jussu, duas haud dubie istas obivit Legationes ad Elisabetham Reginam Anglicanas, qvarum mentionem Mellemannus *Epicedio* suo inseruit. A. 1558. ab Adolpho, D. Holst., in Aulam Gottorpiensem, ad splendidum Cancellarii munus, evocatus, insolentius se

(23.) *l. c. n. 66.* (24.) *l. 5. Chron. Rostoch. c. 11.*

(25.) Occurrit illud in *Responsis JCtorum Germaniæ*, a Laur. Kirchovio collectis, & *Tomo* qvidem *IIdo*, Francofurti A. 1568. (*in fol.*) excuso, *p. 129. & seqq.*

se cœpit gerere, multaqve Principi suo consilia nova atqve noxia suppeditavit. *Pestis*, & revera fuit, & vulgo audivit. Canonicorum, tum Hamburgensium, qvibus nocendi, licet ipse Pars esset Collegii illorum, occasiones studiose captavit, tum Slesvicensium, qvos Adolphus, Consiliis ipsius obsecutus, privilegiis pene omnibus orbatos, in servitutem redegit durissimam. Cui, ut illi sese subducerent, Friderico II. Regi Episcopatus post Adolphi mortem occupandi Autores fuisse perhibentur (26.). Svasu etiam ejus destructum est Templum in Oppido Slesvicensi Holmiense Antiqvissimum, e Lapide Porphyretico exstructum, cujus deinde Rudera materiam Palatio ipsius splendide exædificando præbuisse feruntur (27.) Cum ipsa Uxore male ei convenisse, totoqve illam biennio Convictu ejus ac præsentia caruisse, Literæ Familiarium illius MStæ me edocuerunt. Vitæ, nimis τραγικῶς atqve ὑβριστικῶς, uti Chytræus

 (28.)

(26.) V. Heldvad. *l. c. p.* 223., Olearium *l. c. p.* 97. 148. 149. Chytræi *Epistolas p.* 755., & Autorem *Apologiæ atqve Scriptorum Gottorpiensium p.* 61. (27.) V. Heldv. *l. c. p.* 223. & *Descript.* ejus *Civit. Slesv. Vernaculam p. F.* 3. *a.*, it. Olearium *l. c. p.* 148.

(28.) ait, transactæ, Tragicus d. 17. Sept. A. 1584., prope Villam Ralefstedianam, dum Hamburgo Gottorpium revertitur, finem imposuit Exitus (29.). *Nam* (Mellemanni de illo recito Hendecasyllabos)

Dum carpit iter rotis citatis,
Turbati rapide trahunt Caballi
Rhedam per loca non sat expedita.
Hinc ergo, fugiturus hoc periclum,
De Curru exiluit, gravis senecta.
Sed, dum desilit, impeditus annis,
Sese præcipitat, suamque vitam
Exhalat volucres miser sub auras.

Corpus Exanime in Basilica Hamburgensi terræ est mandatum, & Lapidi Sepulchrali hæc verba insculpta.

Inveni Christum, spes & fortuna valete.

V. *Chronicon* ejus *Hamburgense* Vernaculum Qvadripartitum, ab Ævo Carolino ad A. usqve 1556. perductum (der Alten Stadt Hamburg Chronica, von der Zeit Caroli M., biß zum Ende des Keyserthums Caroli V., mit Fleisse auß Glaubwürdigen Geschichtschreibern / Jahrbüchern / Briefl. Uhr-

(28.) *in Ep ad H. Ranzob. l.c. p.755.* (29.) V. Heldvad & Olear. *locis citatis.*

Uhrkunden / Recessen und Handlungen zusammengezogen)/ hactenus qvidem ineditum delitescit, in Apographa tamen plurima jampridem est diffusum. Sam. Rosenbohmius, Poeta Dithmarsiæ Cultissimus, hoc illud commendavit Epigrammate (30):

Abdita Gambriviæ priscis Annalibus Acta
Clauserat irrupta Bibliotheca sera,
Ut prope Lethœa dici submersa palude
Possent, per longi temporis Invidiam.
Tratsiger hæc tandem Jurisconsultus in oras
Luminis obscuris eruit e latebris,
Membraq; in integrum rursus coalescere corpus
Tot, male divulsis, fecit hiulca, locis
Ut nunc agnoscat genuinam splendida prolem
Mater, & accepta læta triumphet ope.
Namq;, qvod Hammopolis caput inter Nubila condat,
Debet id Auspiciis, Carole Magne, tuis:
Qvod vigeat, nunqvam morituris illita chartis
Id debet genio, Tratsiger, omne tuo.

Henr. Meibomius Sen. (31.) Autorem illius *in inqvirenda Veritate* censet fuisse *diligentissimum*; Nepos autem Cognominis paulo seqvius de ipso verbis judicat seqventibus (32.): *Res Hamburgensium* fide-

(30.) *P. I. Poematum p. 30. 31.* (31.) *in Opuscc. Hist. p. 312.* (32.) *in Introd. ad. Hist. Sax. Inf. p. 61. 62.*

fideliter narrare potuit, & plene etiam, cum Syndicum Urbis ageret, & ad ejus Chartophylacia aditum haberet: uti certe ab ipso Tabulæ memorantur, qvæ, valde licet desideratæ, nullibi jam amplius reperiri possunt. Interim dum varia cum fortuna inter initia sua luctata est Urbs, toties vastata, incensa & desolata, non potuit qvoqve non jacturam Veterum chartarum suarū facere, iisqve destitutus Thraciger, cum aliunde idoneis Monumentis colligendis & dijudicandis debitā operam non impenderet, & Crantzium inconsiderate seqveretur, in multos errores incidit, & temporum rationem imprimis confudit, uti a doctis animadversum est. Minuunt etiam ipsi Hamburgenses fidem Operis, dum illud nunqvam typis excusum, sed scriptum, modo ab hoc, modo ab illo, auctum vel mutatum, magno Urbis suæ præjudicio, circumferri, qveruntur in Apologia p.725. Eosdem Operis hujus nævos adverterunt Dancvverthius, (33) qvi *multa dicere* censet Tratsigerum, *sed pauca probare*, & P. Lambecius, qvi, in *Originum Patriæ Prolegomenis*, eum *nec Chronologiæ satis accuratam habuisse rationem, nec suis oculis, ad veritatem indagandam, in antiqvissima qvæqve Monumenta inqvisivisse, sed, Kranzii tantum judicio & Autoritati confisum, ut qvæque ab illo narrata & tradita sunt, retulisse*, conqveritur. Qvam ob causam etiam, in utroqve *R. Hamb.* Libro plurimi illius Errores passim ab eodem deteguntur atqve refelluntur. Conti-

(33.) *P. III. Chorogr. Cimbr. c. 12. p. 250. 252. 253.*

tinuarunt Chronicon Tratſigeri JOH. SCHEELIUS, Chirurgus Hamb., & alii complures, qvorum Labores intra Bibliothecarum forulos Inediti delitescunt.

VI. Integro fere poſt Tratſigerum Seculo, eandem, qvam ille, Hiſtoriæ patriæ Telam cœpit pertexere, ſed longe majori Diligentia, Judicio & Accuratione PET. LAMBECIUS, Præcoci, qvod Gabr. Naudæus *Grandibus Seculi noſtri miraculis* annumeravit (34.), Ingenio, ac ſtupenda Literarum pene omnium, & triplicis imprimis Hiſtoriæ, peritia, Orbis Literati meritus admirationem. Natus is eſt Hamburgi A. 1628., Patre Heinone, Arithmetico Scriptis celebri, Matre autem Sorore Lucæ Holſtenii, Viri Summi atqve Incomparabilis. E Gymnaſio Patrio in Academias profectus Batavicas, in iſtis, ac Itinere Gallico-Italico, Studia Jurisprudentiæ & Polymathiæ Elegantioris, ſumptu Avunculi, atqvè ad nutum ejusdem, ea tractavit felicitate, ut 19. natus annos, *Lucubrationum Gellianarum Prodromo* Applauſum jam Eruditorum haud vulgarem promeruerit (35.) Romæ in Aula Eruditiſſimi Cardinalis, Franc. Barberini, integro hæſit biennio, Tholoſæ autem, in Palatio Caroli de Montchal, Archiepiſcopi, 8. Menſes exegit continuos (36.) Hiſtoriarum in Gymn. Patrio Profeſſionem d. 13. Jan. A. 1652., Rectoratum autem

(34.) *in Epigr. Originibus Hamb. præfixo.* (35.) V. Marqv. Gudii *Diſſ. d. Clinicis c. 3. p. 48.* (36.) *V. Dedic. Syntagmatis Originum Conſtantinop. ad Barberinum.*

tem ejusdem d. 12. Jan. A. 1660, triennio post Joach. Jungii obitum, obtinuit, cum aliqvot ante Annis J. U. D. in Gallia esset creatus. Non omnia autem in Urbe Natali (paris in *Wovverium*, *Husvvedelium*, *Holstenium*, *Morsium*, aliosqve Cives, τῶν ἄλλων ἐξόχους, jam olim rea Ingratitudinis) ad votum ipsi fluxisse, crebræ, & publice effusæ de Alumnorum Gymnasii inobedientia, Hominumqve Malevolorum, Heterodoxiæ se, imo Atheismi ipsius, accusantium, studiaqve ac Scripta sua acerbe criminantium, multitudine, ostendunt Qverelæ (37.). Ad hæc Adversa postqvam Tædium Conjugii, inauspicato A. 1962. cum Vetula Divite, sed parca atqve avara (1690. Hamburgi defuncta), contracti, accessit, haud difficulter a Christina, Svecorum Regina, Hamburgum delata, persvaderi sibi est passus, ut, duabus post nuptias Hebdomadibus vix elapsis, patriam & Uxorem d. 14. Apr. A. 1662. desereret, ac Vindobonam commigraret.* Salutato illic Imperatore, in Italiam abiit, ac istic, cum ab Alex. VII. Pontifice, Christina Augusta, Ferd. II. & Leopoldo, Hetruriæ Ducibus, aliisqve Principibus Cardinalibus, humaniter admodum esset exceptus (38.), Cœtui Ecclesiæ Romanæ publice se aggregavit. Sacris enim ejus diu ante jam erat initiatus, cum in Batavia a Barth. Nihusio, Apostata Celebri, ac Studio-

(37.) *V. Oratt. ipsius, A. 1660. editas, p. 38. 39. 41. 61. 62 76. 77. & 10[illegible].* (38.) *V. Epist. ad Ren. Franc. Slusium. Libro I. Operis de Biblioth. Vindob. insertam.*

diorum ipsius Academicorum Ephoro, tum in Gallia a Jac. Sirmondo, Jesuitarum Doctissimo; sed externa Lutheranismi Professione Cives incautos hactenus fefellerat. Constat id mihi ex Illustris Gudii, qvo familiariter ille apud Exteros est usus, Narratione, & Gallica, qvam Idem asservabat, Claud. Sarravii, Senatoris Parisiensis, ad Salmasium Epistola. Huic enim ille jam A. 1647. significavit, Lambecium, Holstenii ex Sorore Nepotem, a Sirmondo, in Jesuitarum eum Societatem pertrahere conato, & Milleterio persvasum, ad Pontificios defecisse. Ex Italia Viennam, A. 1662. exeunte, reduci a Leopoldo Imp., incredibili eum favore ad obitum usqve complexo, d. 27. Nov. Præfectura Biblioth. Augustæ vicaria, A. autem seqventi 1663., d. 26. Maji, suprema ejusdem, qva Matth. Mauchterus Th. D. se abdicaverat, Ephoria, cum Consiliarii atqve Historiographi Cæsarei Titulo, est collata (39.) Tergemino huic Muneri satisfacturus, præter Scripta alia, qvorum prolixos aliqvoties edidit Catalogos, Opera de Hist. Literaria, Rebus Austriacis & Biblioth. Vindobonensi Vastissima, cum Ingenti Veterum de Rebus Germanicis Scriptorum Syntagmate, partim pertexuit, partim vero inchoavit, sed omnia tamen, qvod Hominis Unius Ætas atqve Vires tot, ac tantæ molis laboribus non sufficerent, imperfecta moriens reliqvit. Excessum ejus Henn.

Wit-

(39.) *V. Epist. ad Slusium, num. 38. allegatam.*

Wittenius (40.) refert ad M. Septembrem Anni 1679., Henr. Meibomius Jun (41.), Peste illum Viennensi Epidemia obiisse perhibens, ad d. 24. Mart. A. 1680, Successor autem ipsius, Dan. Nesselius, qvi Hydropem mortem ejus accelerasse testatur (42.), ad M. Aprilem ejusd. A. 1680.

VII. Polyhistor hic Celeberrimus, qvem Schuppius ὁ μακαρίτης (43.) Erasmi olim Roterodami famam & merita æqvaturum præsagiit, H. Meibomius autem (44.) *magno* ornatum fuisse *& Ingenio, & Judicio, Historiaqve scribendæ admodum peritum*, merito prædicavit, *Origines* A. 1652. Hamburgi (45.) edidit *Hamburgenses, sive Librum Rerum Hamburgensium Primum, ab U. C., & A.C. 808, ad A. 1225.* Adjecta est, tum Duplex (de qva *Parte II.* (46.) dictum) *Vita Ansgarii*, a Remberto & Gvaldone scripta, ac *Notis* Lambecii illustrata, tum Diplomatum, Libri hujus Historiam illustrantium, Enneas. Secutus est istum A. 1661. (47.) *Liber R. Hamb. Secundus, ab A.C. 1225. ad A. 1292., una cum Diplomatum Vetustorum, lucem ei afferentium, Mantissa Chronologia & Auctario Libri I., ab A. 808. ad A. 1072., Dissertatione de Asino ad Lyram, Monumento Ædis Cathedralis Sepulchrali insculpto, Scriptorum Autoris Catalogo, & Epistolis* tandem Joh. Christiani,

(40.) in Diar. Biorg. Sec. XVII., ad A. 1679. (41.) in Introd ad Hist. Sax. Inf. p. 62. 42.) in Supplemento Operis de Biblioth. Cæsarea, A. 1690. edito. V. Tenzelii *Colloqv. Menstr. M. Oct. A. 1690. p. 946.* (43.) im Unterrichteten Studenten *V. Append. Opp. p. 727. (44.) l. c. p. 62.*

(45.) in 4to (46.) c. 3. §. 9. p. 56-61. (47.) Hamb. in 4to.

ani, L. Bar. a Boineburg, & H. Conringii ad eundem Encomiasticis. Ambo Libri (in qvibus, præter nimii in patriam Affectus vestigia, passim obvia, &, ab eodem subinde profluxerunt, παροράματα, nihil facile reprehendas) summa diligentia & fide sunt congesti, & Narrationum singularum Veritas Locis Scriptorum ac Diplomatum Antiqvissimorum, cum Judicio selectis, confirmata. Conringius, *in Epistola Libro IIdo præmissa*, hanc iis hederam suspendit (48.) *Hamburgensia tua etiam superant Expectationem. Enimvero jam videram pridem Origines tuas, 5. Librum 1. R. Hamb.; vix autem persvaseram mihi, paria te & in seqventibus præstare posse. Experior autem, eam abs te hic etiam Industriam dexteritatemqve adhibitam, qvalem antehac nemo qvisqvam adhibuit: atqve patriam, Urbem Inclytam, tua demum opera sinistras suspiciones in posterum effugere posse, tibiqve proinde non posse ex merito referre gratias.---Utinam Cives tui capiant, qvantum merearis! Sin, æterna tamen tibi laus parata est apud Intelligentes & posteritatem, modo tu perrexeris de patria tam bene mereri.* Gemina his habet in *Lib. de Prudentia Civili* (49.) *Hamburgensium Rerum binos jam tum Libros edidit Pet. Lambecius, insigne Specimen Popularis Reip. descriptæ (qvale Historiæ genus paucis datum est hactenus juste tractare): Desiderantur tamen illius*

(48.) *Conf. Epistolas ejus, junctim A. 1666. editas, p. 365. 366. 367.* (49.) *c. 14. p. 337.*

illius florentissimæ Urbis adhuc potissima. H. Meibomio (50.) Judice, Lambecius *omnem Tratsigeri Defectum supplevit, labore suo maximum in Orbe Erudito plausum meruit, ac, licet in A. 1292. substiterit, glaciem tamen, antiqva, sepulta ac vetusta eruendo, fregit, ut jam non adeo difficile sit Res Hamburgenses ad nostra usqve tempora pertexere, nullibi jam deficientibus subsidiis.* Ott. deniqve Sperlingio nostro (51.) *Eruditus* audit *Rerum Hamburgensium Scriptor, qvas summo judicio pertexuit.*

VIII. Vereor autem, ne Opus hoc egregium, sed AUTORIS e patria discessu interruptum, eadem maneant fata, qvæ Venerem APELLÆAM, aut Panætii *de Officiis* Libros, de qvibus P. Rutilius Rufus fertur dixisse, neminem, qvæ ille præteriisset, ob eorum, qvæ perfecisset, præstantiam, persecuturum (52.). Incassum certe hactenus ab aliis expectavimus, qvæ AUTOR in Scriptorum suorum Indice, qvem *Libro II.* adjecit, est pollicitus, *Chronologiam sc. & Auctaria Libri I. (ab A. 1072. ad 1225.) ac IIdi (ab A. 1225. ad 1292.), Lib. item IIIium ab Anno 1292. ad 1410, IVtum ab Anno 1410. ad 1461., Vtum ab Anno 1461. ad 1525., VItum ab Anno 1525. ad 1603., & VIImum deniqve ab Anno 1603. ad suam usqve ætatem* perductum Adde his *Monumenta, qvæ*

(50.) *in Introd. ad Hist. Sax. Inf. p. 61.* (51.) *in Monum. Bened. p. 8.* (52.) V. Cic. *sub init. libri 3. de Offic.*

qvæ in *Tomis Syntagmatis R. Germ.* edere voluit, *Antiqva, ad Historiam Hamburgensem pertinentia,* &, in his, *Summaria Antiqva Germanica omnium Vetustorum Archivi Hamburgensis Diplomatum, Actaqve Publica Homagii Regibus Daniæ ex Familia Oldenburgica, & qvidem hujusqve postremum Regi Christiano IV. A. 1603., a Civitate Hamburgensi præstiti* (53.)

IX. Uti Historia Lambeciana in Civitatis Patriæ partes est pronior, ita ex adverso Digressio CASP. DANCWERTHII de Rebus Hamburgensibus, qvam *Chorographiæ Cimbricæ* (54.) A. 1652. intexuit, prolixa Ducum Holsatiæ in eam Juribus strenue patrocinatur. Minoris, uti *Capite* jam *IVto* (55.) monuimus, sunt momenti bina CONRADI ab HOVELN Scripta hujus argumenti Vernacula, Lubecæ A. 1668. (56.) excusa: 1. Der Uhralten Stadt Hamburg Altvorige/ und noch ietzt zunehmende Hoheit/ samt Allerhand verhandener Glaub- uñ besehenswerthen Alterthums herrlicher Gedächtnisse. (Qvo in Opusculo Historia Civitatis ad A. C. 1300. tantum perducitur, seqventium autem Seculorum Gesta omittuntur.). 2. Einige der Stadt Hamburg sonderbahre Nützliche Gedächtnisse/ der Hamburgischen Hoheit angefüget.

X. Plenam jam atqve Accuratam Historiæ suæ Novantiqvæ Notitiam Civitati Nobilissimæ spondet OTT. SPERLINGII, Christiana Norvvegi, ICti

53.) V. Mich. Hertzii *Biblioth. Germ., P. IV. lit. Q. 3. a.* (54.) *P. III. c. 12. & 13. p. 250-275.* (55.) §. 4. (56.) *in 8vo.*

ICti ἰσορρικωτάτε ac Consil. Danici, *Chronicon Hamburgense* Vernaculum Ineditum, ab A.C. 775. ad nostram usqve Ætatem perductum, & Voluminibus XV. (57.), una cum suis, qvæ alia Reip. ejusdem ἀξιομνημόνευτα recensent, Appendicibus, comprehensum. Reliqvit etiam PET. HESSELIUS Hamb., Ptochei patrii ab A. 1671. ad Emortualem 1677. Ecclesiastes, ob morum Innocentiam Civibus olim suis commendatissimus, den Hamburger Palmbaum/oder Chronica der Stadt-Hamburg/ Opus MS., integro congestum Novennio (58) Recentiorem nostrorum temporum Historiam exhibebunt *Annales Rerum Hamburgensium, ab A.1645. ad A.1688. deducti*, qvos JOH. GARMERUS Jun., Hamburgensis, Poliater Urbis Patriæ, Conringio (59) judice *Doctissimus*, A. 1688. in *Catalogo Anniversario* promisit. *Hemerologium, Menologium & Martyrologium Hamburgense* a se (60.) voluit expectari RUD. CAPELLUS, Th. D., & L. Gr. ac Hist. in Gymn. Patrio ad Annum usqve Fatalem 1684. Interpres, Memoriæ, qvam Judicii, Felicioris Scriptor.

XI. Inter Encomiastas Civitatis hujus eminet M. JOH. FREDERUS Sen., Coslino Pomeranus, Witeberga e Contubernio Lutheri, A.1537. ad Scholæ Hamb. Conrectoratum avocatus,

(57.) *in 4to.* (58.) V. J. Mich. Döleri *Arboretum Hesselianum, A. 1678. editum.* (59.) *in Lib. de Prud. Civ. c. 14. p 358. 359.* (60.) V. *Meletema Capelli Vernaculum de Infidelium Conversione, Syntagmati de Regionibus Arctois* (der Vorstellung des Norden) A. 1675. adjectum.

A. 1540. Templi ibidem Cathedralis factus Antistes, A. 1547. Superint. Stralsundensis. A. 1549. PP. Gryphisvv. & Rugiæ vicinæ Ephorus, Wismariæ tandem, cujus Ecclesiis itidem ab A. 1556. præfuit, d. 31. Dec. A. 1562. eadem cum uxore ac Triga liberorum Hebdomade, vel veneno, vel contagio exstinctus. Exstat *Poëma* ejus *Heroicum in laudem clarissimæ Urbis Hamburgæ*, ad D. Justum Jonam, Theol. Witeb., scriptum, & cum ejus ac Melanchthonis *Præfationibus*, Witebergæ A. 1537. (61.) excusum, quod merito (summa enim est illius elegantia) & Dav. Chytræo (62.) *luculentum* audit, & à J. Pet. Lotichio (63.) *Urbis Præclaræ magnificos apparatus ac strepitus, operosa & lauta carminis dexteritate, ingeniosè repræsentasse* censetur. Jungi huic possunt: 1. HENR. KNAUSTINI Hamb., J. U. D., P. L. & Com. Pal. Cæs., Advocati initio Bremensis, deinde Erfurtensis, *Dialogus in repetitionem de Tractatu Navigationis & Naufragii, cum intertexto Hamburgi Encomio*, Erfurti A. 1573. (64.) publicatus; 2. NIC. CISNERI, Mosbaco Palatini, JCti Heidelb., Dicasterii Spirensis Assessoris, & Aulæ tandem Palatinæ ad A. usque Emortualem 1583. Consiliarii, *Epist.* ad

 Sena-

(61.) in 8vo. (62.) *in Literis ad Senatum Hamb. A. 1575. scriptis. V. Syllogen Epistolarum p. 205. 206. 207.* (63.) *P. IV. Biblioth. Poet. n. 15.* (64.) in 8vo.

Senatum Hamb. *Dedicatoria* prolixa, quam Alb. Krantzii *Saxoniæ*, Francofurti A. 1575. à se editæ, Annoq; 1580. & 1621. ibidem recusa (65.), præfixit, ac Quir. deinde Reuterus, Theol. Heidelb., Posthumæ *Opusculorum* ejus *Historico-Philologicorum* collectioni inseruit. 3. JOACH. VAGETII Hamb., Scholæ Patriæ Præceptoris, Juvenis, J. Caselio (66.) teste *probi, ingeniosi, Disciplinarumq; Liberalium, & Literarum imprimis Græcarum, præ popularibus studiosissimi*, patriæ morte immatura Id. Sept. A. 1613. (oct. 28.) erepti, *Or.*, quam Joh. Blomius (67.) laudat, Inedita *de Hamburgensis Senatus gravitate. Reip. felicitate, Cæli Clementia, terræ habitû, atq; omnino felici isto & plane divino Civitatis Genio.* Alia hujusmodi Schediasmata momenti minoris prætereo.

XII. Consulum & Senatorum Recensum exhibuerunt: 1. M. HERM. ROEVER, Patritius Hamb., Reip. patriæ initio Protonotarius, & deinde ab A. 1540. Senator optime meritus, d. 9. Aug. A. 1543. defunctus (68.), in MSto Saxonico: Verteckenuß der Personen/ so van 1160. bit 1534. im Radete Hamburg sind gewesen/ wenn sie darin gekamen / und wenn sie gestur-

(65) Conf. *P. I c. 6. §. 21. p. 200.* (66.) *in Epist. ad eun. MS, A. 2607. exarata.* (67.) *in Or. de Vita Fratris ejus Henr. Vagetii, PP. Hamb.* (68.) *V. I. Ruzenb. Epitaph. Hamb. lit. F 1. b. & I. 1. a. b.*, ac Ad. Tratsigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p. 28.*

gesturven/uth olden Recessen, Schrifften und Breven A. 1534. tosamengebracht! 2. JOH. MOLLERUS, Everh. Consulis F., Hamb, J.U.D. & Joh. Adolphi, D. Hols., Consil., d. 28 Jun. A. 1613. denatus, in *Continuatione Indicis Röveriani ab A. 1534. ad A. 1610. MSta*; 3. AD. TRATSIGERUS Jun., J. U. L. in der *Serie*, oder kurtzem Begriffe von der Succesśion der Bürgermeister und Senatoren zu Hamburg von A. 1189. biß 1663. quod Scriptum, Stadæ A. 1664. *(69.)* excusum, multa de Vita, & Actis illorum publicis, continet ἀξιομνημόνευτα. *Secretariorum Catalogum* Ineditum, Lambecio (70) teste reliquit EBERH. TWESTRENG Sen. J.U.L. Patriæ ab A. 158. Secretarius ac Protonotarius, ab A. 1601. Senator, & tandem ab A. 1606. ad Emortualem 1609. Consul. *Familiarum Patriciarum Genealogias* prælo paratas habuisse VINC. REISERUM J.U.L. Vincentii Molleri Consulis Nepotem, ante aliquot, ni fallor, Annos exstinctum, Henr. Heldius, J.U.L. Amicus meus, in Historia patria versatisśimus, me edocuit.

XIII. *Scriptorum Hamburgensium Catalogum*, in usus à se privatos non indiligenter congestum, Vir celeberr., OTTO SPERLINGIUS, mihi, de iisdem in *Cimbria literata* uberius commentaturo, inspiciendum ante

 ali-

(69.) *in 4to.* (70.) *l. 2. R. Hamb. p. 242.*

aliquot annos transmisit. Alium, sed admodum imperfectum, & absq; selectu, nec sine crebris erroribus, compilatum, reliquit FRANC. HOPPIUS Med. D., & Reip. patriæ Hamb. ab A. 1672. ad Emortualem 1679. Bibliothecarius, cujus unicum ego saltem vidi Fragmentum, Autores, quorum cognomina à litera W. inchoantur, enumerans. Integrum in Biblitoheca Davidis à Fechte, JCti Hamb., audio delituisse. *Epitaphia Ioh. Æpini, aliorumq; Virorum seculi superioris Eruditorum ob virtutem & merita in Ecclesiam & Remp. Hamb. memoria non indignorum*, Metrica, à M. JOH. RITZENBERGIO Hamburgensi, patriæ ab A. 1535. ad 1540. Secretario, tribusq; deinde Lustris Protonotario, scripta, Rostochii A. 1555. (71.), cum præfat. Joach. Westphali, Theol. Hamb., prodierunt. Recudentur autem cum *Inscriptionibus* D. Ott. Sperlingii *Hamburgensibus*. Merentur illis jungi JOH. FREDERI Jun., Hamburgensis, Th. D. & Oratoriæ initio, deinde autem S. Lit. in Acad. Rostoch., ad A. usque Fatalem 1604., Interpretis, *Epitaphia viris aliquot, præclare de Ecclesia & Rep. Hamburgensi meritis scripta*, ac *Poemati in obitum Ioach. Westphali Superint., Heroico*, Rostochii A. 1575. (72.) cum Jod. Methodii *Or. Parentali* excuso subjuncta.

XIV. In

(71.) *in 4to.* (72.) *in 4to.*

XIV. *Inscriptiones Antiquissimæ & Celeberrimæ Urbis Patriæ Hamburgensis* THEOD. ANCKELMANN, J. U. L., haud indiligenter collegit, & Heidelbergæ A. 1663. (73.) Juris fecit publici. Plenius illarum syntagma, non Epitaphias tantum, intra quas Anckelmanni fere substitit industria, sed alias etiam non unius generis, exhibiturum, ab OTT. SPERLINGIO, Viro Celeberrimo, expectatur. Anckelmannianarum Vetustissima à plerisque putatur Sepulchralis Benedicti V., Pont. Rom. (per Ottonem M. à Sede Pontificia deturbati, Hamburgum relegati, & istic *V. Non. Iul.* A. 965. defuncti,) memoriæ in templo Cathedrali consecrata. Sed supposititiam eam esse, & una cùm Monumento ipso (quod Ossa Benedicti, sub finem seculi X. Romam deportata, nunquam asservavit), Seculo demum XVI. fabrefactam, *Diss.* peculiari, sub *Momenti Hamburgensis Benedictini* titulo Kilonii A. 1675. [74] edita, OTTO SPERLINGIUS, modo laudatus, doctè atque ingeniose ostendit, & totam simul Benedicti Historiam egregiè illustravit. Conferri de eadem è nostris merentur: 1. Incerti Autoris *Narratio* de Pontifice hoc Hamburgum deportato, per Erp. Lindebrogium, in *Scriptorum Hist. Germ. Septentr. Syntagmate* (75.), luce publica A. 1609.

(73.) in 4to. (74.) in 4to. (75.) p. 133. & seqq.

donata ; 2. ALB.KRANTZII *Confutatio Legendæ Fabulosæ* de ejus adversus Slavos in Chersonesum nostram Expeditione , & fictitio , quod apud Hamburgenses passus fertur, Martyrio , *Metropoli* ipsius (aliquot *Libri 2di & 3tii Capitibus* (76.) eandem sub Examen vocanti) in plerisque Editionibus, (77.) Subjuncta & 3. denique GEORG. CALIXTI (78.) Ac CÆS. BARONII (79) prolixiusculæ de Historia Benedicti Digressiones.

XV. Nummophylacii Lüderiani Hamburgensis , à Georg. Lüdero Cive collecti, 1117. Nummos Antiquos , Hebræos, Græcos ac Familiarum Romanarum, 5789. Imperatorios, & 1504. Recentiores pretiosos , A. 1678. complexi, Catalogum Ineditum. 3. constantem voluminibus (80.), concinnavit MART. FOGELIUS Hamb., Med. D. & Gymn. patrii PP. πολυμαθέστατος. Breviorem Nummorum ejus Recensum , cum *Catalogi* Fogeliani *Præfationibus*, Cl. Chifletii *Tractatu de Nummo Antiquo*, suaq; *Nummognosia Synoptica*, & *Nummographorum Vett. atq; Recentiorum Indice*, RUD. CAPELLUS A. 1678. (81.) Hamburgi publicavit, cum hac Inscriptione: *Nummophyla-*

(76.) *v. lib. 2 cap. 4. 9. & l. 3. c. 20. 21. 22. & 23.* (77.) *v. P. l. c. VI. §. 23. p. 103. 104.* (78.) *in Tr. de Conjugio Clericorum p. m. 374. 378.* (79.) *T. X. Annal. Eccl. ad A. C. 964. 965. & 999.* (80.) *in fol.* (81.) *in fol.*

phylacium Lüderianum, Antiquum & Recentius, Horis Curisq; succisivis in Sciagraphia exhibitum. Vere de hoc scripto Autor ipse in *Epilogo* judicat; *esse* illud *qualemcunque* ὕλην, *& Succisiva Opera consutum Centonem, ex meris Analectis; in quibus multa desiderari possunt, constantem; conscriptum esse sine ordine, imperfectum, & subitaneis Dissertationibus, sæpius intrusis, interruptum. Musæi Beccleriani* (à Georg. Beccelero Senatore, & Filio ejus, Ludovico, congesti) *Rariorum Consignationem Extemporaneam* idem CAPELLUS inchoavit, JOH. autem VAGETIUS, Log. & Metaph. PP., post Excessum ejus, pertexuit, & Hamburgi A. 1684. (82.) edidit.

XVI. Inter controversias Illustres, Civitati Hamburgensi à vicinis Regibus & Principibus motas, ac scriptis, utrinque editis, disceptatas, locum merito primum isti tribuimus, quæ ab aliquot jam seculis, Augustissimis Daniæ Regibus, & Ducibus Holsaticis, supremum sibi Urbis ipsius & Albis vicini Dominium vindicantibus, cum ejus Magistratu, & Fisci Imperialis Advocato, intercessit, ac hodienum, calamis pariter atque manu armata, subinde resuscitatur. Hujus Acta in solo Proto-Dicasterii Spirensis Archivo, ante 5. circiter lustra, uti Amicus retulit, in eam jam

(82.) in fol.

molem excreverant, ut Plaustro ingenti, ad avehenda illa, opus esse αὐτόπται putarent. Nos præcipua solum (omnia enim, etiam minutiora, atque exigui momenti, quorum ingens est numerus, recensere non vacat) enumerabimus Scripta Polemica, ab utraque parte divulgata, & Lectores, accuratiorem controversiæ ipsius desiderantes cognitionem, ad ista, & Narrationes Dancverthii (83.) atque Ad. Olearii (84.) Synopticas, ablegabimus. Prodierunt autem hactenus: I. Christ. IV. K. zu Dennem. Schreiben an Burgermeister vnnd Raht ihres Fürstlichen Holsteinischen Hauses Erb-und Landstatt Hamburg/nebst gehörigen Beylagen. Slesv. 1620. in 4to; 2. (occasione Vectigalis, quod Christ. IV. Gluckstadii à Navibus Hamburgensium A. 1630. ac seqq. exigebat, hi autē aboleri cupiebant (85.) Hamburgischschreiben wider Dennem. und deß K. in Dennemarck Schreiben an Hamb./ wegen deß Elbstroms. Inveniuntur, teste Lipenio, in *Tomo Actorum Londorpii Publicorum Imo* (86.); 3. Rechtmässige *Defension* der Stadt Hamburg / worinn / nebst warhaffter Erzehlung der vorgegangenē Geschichte/*remonstr*iret wird/ wie dem Raht und der Stadt Hamburg nichts

(83.) *P. III. Choregr. Cimbr. c. 12.* (84.) *in Comp. Chronic. Holf. 5. Vernaculo, locis paulo post allegandis.*

nichts liebers gewesen/ auch noch nicht sey/ als Fried und Einigkeit/ auch daß die *Commercien in* dero *libert*ät *conserv*iret/ und *respective restitu*iret werden mögen; welcher massen aber gemeldete Stadt und die *Commercia*, unverschüldeter Weise/ von Königl. Maj. in Dennemarck/ auff der Elbe/ mit neuen übermässigen Zöllen/ und andern *Pressur*en beleget/ und daß gedachte Stadt eine erlaubte rechtmässige *Defension* dagegen vornehmen müssen/ auch in den Schrancken derselben verbliebē. Hamb 1630. in 4to; 4. Hamburgische *Continuation* der rechtmässigen *Defension*, wegen der Elb Unruhe. A. 1630. in 4to; 5. Kön. Dänische Remonstration, worinn die Hamburgische Defension elidiret/ dero Narrata deß Ungrunds überführet/ der Ursprung und wahre Verlauff deß von den Hamburgern erhobenen vielmonatlichen/ Landfriedbrüchigen Motus angezeigt; darnebenst unwidersprechlich deducirt wird/ daß Fried und Einigkeit denen von Hamburg nicht zu Hertzen gehe/ auch die liber-

(85.) Historiam Vectigalis istius, & Inauspicatæ, cui occasionem illud præbuit, Expeditionis Hamburgensium contra Danos Navalis, invenies ap. Dancvv. *l. c. P. III. c. 12. p. 261.*, & Olearium *l, c, lib. 11, c. 9. p. 234. -240.* (86.) *P. II. fol. 45. & seqq.*

libertät der Commercien selben nicht angelegen/sondern von ihnen/durch selbmächtige Erhöhung der alten / und Einführung newer Zölle / unterdrücket werden; daß auch Ihre Kön. Maj. die Hamburger mit newen übermäßigen Zöllen auff dem Elbstrom nicht bebürdet / sondern / wegen der gegen ihre Unterthanen gebrauchten Steigerung alter / und Einführung newer Zölle / von den Hamburgern eine ebenmäßige Wiederlage / Jure Retorsionis, billig gefordert/ hingegen aber die Stadt Hamburg keine erlaubte Defension, sondern vielmehr höchst verbotene Landfriedbrüchige Offension, habe ergriffen / auch wider hochgedachte Kön. Maj. alle ehrliche Friedens-Mittel hindangesetzt/und mit Blocquirung der Vestung Glückstatt zu Wasser continuirst; A. 1630. in 4to; 6. ALB. ab EITZEN (J. U. Lic., Reip. Patriæ Consulis & Classis Hamburgensis, à Danica A. 1630. fugatæ Præfecti) **Ehrenrettung/ samt angehengter Retorsion und Vorbehalt/ worinn die/ bey wehrender Elbunruhe/ wider ihn außgesprengte Aufflagen deß ungrundes überführet/ den Lästerern heimgeschoben / und dagegen seine Unschuld behauptet wird:** A. 1633. in 4to 7 **Abdruck Hamburgischen/ wie auch deß Dänischen** *Gen. Majors* **und** *Com-*

Commendanten in Glückstatt / Hn. *Marqu. Ranzouen*, an Bürgermeister und Raht der Stadt Hamburg. *d. 27. Sept. A. 1637.* abgegangenen Antwortschreibens / mit etlichen an statt gegenberichtlicher Ablegung dienenden *Maginal-Notis*, die angemaste *Continuation* deß Glückstädtischen Zolls betreffend: Hamb. 1637. in 4to; 8. Abdruck Declarationis deß von dem Königl. Gen. Major, Marqu. Ranzou, an den Raht zu Hamburg abgegangenen / die Abschaffung deß Glückstädtischen Retorsions-Zolls concernirenden / Berichtschreibens / worinn die Hamburgische Notæ Marginales getilget / und deren Ungrund kürtzlich angedeutet wird: Glückst. 1638. in 4to; 9 Christ. IV., K. in Dennem. / Manifest an den Röm. Käyser / und das Churfürstl. Collegium, betreffend die Gerechtigkeit / so J. K. Maj. / und dero Uhrahnherrn / von etlichen 100. Jahren hero / am Elbstrom gehabt / wider dero Erbgehuldigte Stadt Hamburg / samt gehörigen Beylagen: A. 1641. in 4to (87.); 10. Abgenöhtigte / *in Iure & Facto* wolbegründete *Apologia Hamburgensis*, entgegen gesetzt K. *Christ. IVti* zweyen / *A. 1641.* an Käyserl. Majestät /

(87) Argumentum hujus Scripti Regii exhibet Olearius *l. c. l. 1. c. 6. 13. p. 257. 258.*

stät/ und das Churfürstl. *Collegium* zu Regenspurg/ *datirten* Schreibē; in welcher dargethan wird / daß die Hamburger nicht Holsteinische Erbgehuldigte Unterthanen seyn/ ꝛc. Hamb. 1641. in 4to (Libri hujus Autorem esse BRODERUM PAULI Husensem, J. U. D. Civitatis Hamb. ab A. 1639. Ad A. 1671. Syndicum, ac deinde ad Emortualem usque 1680. Consulem, Rumor Publicus, & Autographum ipsius, Bibliothecæ Publicæ Exemplari præfixum, testantur.); 11. Königl. Dänische Gründl. auß den Rechten und Historischer warhaffter Bewandniß genommene/ auch mit Documenten/ und der Hamburger selbst eigenen Confessionen und Huldigungs Gelübden / bestättigte / Remonstration, dadurch der Hamburgischen Apologiæ Ungründe angedeutet / und beweisen wird/ daß Ihrer K. Maj. zu Dennemarck/ als Hertzogen zu Holstein Stormarn/ und dem Fürstl. Hause Holstein / dero Stadt Hamburg mit wahrer Erb-Unterthänigkeit zugethan/ und die Hamburger hochgedachtem Fürstl. Hause gelobete verpflichtete Erbunterthanen/ und daß bey dem Hochfürstlichen Hause Holstein die ordinarie Landsfürstliche Superiorität über dessen Stadt Hamburg unzweifelich consistire / und Hamburg vice versa demselben

selben subject und Unterthan sey: Kopenhagen 1642. in 4to; 12. (occasione nuperrimæ, qua Christ. Vtus, R. Dan., A. 1686. urbem cinxit, obsidionis) Königl. Dänischer warh. Bericht / wie es mit dem Hamburger-Wesen bewandt / und Erzehlung dessen / was in Belagerung der Stadt Hamburg A. 1686. biß den 4. Sept. / vorgegangen. Sleswig 1686. in 4to; 13. Hamburgische Erzehlung dessen / was / in der neulichen / vom K. in Dennem. geschehenen Berennung der Stadt Hamburg / von Tag zu Tage / in- und außerhalb der Stadt / vorgegangen: A. 1686. in 4to; 14. Hamburgensium *In Iure & Facto probe fundata Remonstratio, qualis sit Conditio prætensi à Rege Daniæ Homagii Civitatis Hamburgensis, & quam dictum Homagium nullo Iure, vel vigore Recessus, Pinnebergæ A. 1679. facti, à memorata Civitate exigi queat:* Hamb. 1686. in 4to. 15. Königl. Dänische Summarische Wiederlegung der Hamburgischen Remonstration, was es mit der vom K. in Dennemarck prætendirten Huldigung vor eine Bewandnuß habe. A. 1686. in 4to.

XVII. *Acta publica Homagii Regibus Daniæ ex Familia Oldenburgica, & postremo quidem Christiano IV. A. 1603. à Civitate Hamburgensi præstiti*, PET. LAMBECIUM, in *R. Germ. Syntagma-*

tagmate, edere voluisse, §. 8. est monitum. Addimus jam, de Homagii, quod Christiano IV. A. 1603. est præstitum, Historia consuli etiam posse: 1. Decantatissimum, de quo *Capite Partis 1. XIImo* disseruimus, JOH. WOWERII *Panegyricum*, Christiano IV. tunc scriptum, & Hamburgi A. 1603. (88.) excusum; 2. TOB. LONCII, J. U. Lic. & Practici Hamb., **Kurtzen Begriff der Huldigung und Verbundniß der Stadt Hamburg mit und gegen Ihre Kön. Maj. in Dennemarck.** Magdeb. 1604. in 4to. 3. FRID. PETRI, Parochi, ni fallor, & Coadjutoris Brunsvicensis **Glückwünschung auff die** Christ. IVto **geschehene Huldigung der Stadt Hamburg**: Magdeb. 1603. in 4to. (89.); & 4. denique AD. OLEARII Prolixam hujus Argumenti, in *Compendio Chronici Holsatici* Vernaculo (90.), Digressionem.

XVIII. Celebris etiam est Controversia, quæ Archiepiscopis Bremensibus, Ducibus Lüneburgensibus, ac Civitatibus Lüneburgensi, Stadensi & Buxtehudanæ, cum Urbe Hamburgensi, de Antiquo & primogenio Albis fluxu, Aggere in eodem Gammensi, ac Jure, quod Hamburgenses in Vicinorum sibi naves vindicabant, Stapulæ atque restringendi,

(88.) *v. P. I. c. 12. §. 6. p. 186. 187. 188.* (89.) Uterq; Libellus Loncianus atq; Petræanus, mihi nondum visus à Draudio & Lipenio, in *Bibliothecis Realibus*, allegatur. (90.) *l. 9. c. 5. p. 161, 172.*

di, intercessit, ac coram Dicasterio Spirensi, ab A. 1554. ad A. 1649. (quo sententia adversus Hamburgenses ferebatur), est disceptata. Consuli de illa possunt, præter Dancwerthianas in *Chorogr. Cimbrica* [91.] Narrationes: 1. Christiani, Bischoffen zu Minden / Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / Deduction, auß was erheblichen und wolbefugten Ursachen er den Gammerort / auff jenseit der Elbe / durchstechen / und also dem vorigen Elbstrom seinen alten Eingang und Lauff wieder eröffnen lassen; samt gehörigen Beylagen: Zell 1620. in 4to; 2. der Städte Lübeck und Hamburg kurtzer wahr. Bericht / worauß zu vernehmen / daß das jenige / was im Namen Hnn. Christian / Bischoffen zu Minden / rc. neulich am Zollenspicker / Gammerort / und in den 4. Landen vorgenommen / eine lautere Zunöhtigung und Gewalt sey / und mit keinem Scheine des Rechten könne behauptet werden; samt gehörigen Beylagen. Hamb, 1620. in 4to. 3. Hamburgische kurtze / doch wolgegründete / Außführung und Erklärung / wie es umb die / im nechstverschiedenen 1619. Jahre / *d. 19. Apr.* im Kammergericht zu Speyr / in Sachen Bürgermeister und

(91.) *P. III, c. 11. p. 248, 249, 250, & c. 12. p. 259, 260, 261.*

und Raht der Stadt Hamburg/Klägern/wider Hrn. Ottē/und Frantz Otten/ Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / jetzo dero Erben / Haarburger und Zellischer Linie / wie auch die Städte / Lüneburg / Stade und Burtehude/Beklagte/die Schiffart und Stapelgerechtigkeit auff der Elbe betreffend/*in punctis Con- & Reconventionem*, in Warheitsgrunde eigentlich beschaffen: Hamb. 1620. in 4to; 4. MART. à MEDEM, Cancellarii Archiepiscopalis Verdensis, Consil. Danici, ac Canonici Slesv. & Roeskild., Gegenbericht auff die Hamburgische Außführung und Erklärung/ etliche am Kammergerichte zu Speyr A. 1610. und 1619. vor die gemeine Freyheit der Commercien/und der Schiffart auff dem freyen Elbstrom / und in specie auff der Suder- und Nieder Elbe / und von andern mehr Puncten/eröffnete Endurtheile betreffend. Goslar. 1622. in 4to.

XIX. De nuperrimo Dissidio Civili, ingentem Reip. huic Mutationem comminato, & ægre tandem, nec absque plurimorum haud infimæ Dignitatis Civium Cæde atque Exilio, sopito, consuli possunt: 1. NIC. CRULLII, Senatu ob Crimen Repetundarum Plebiscito A. 1677. exclusi, Erzehlung und Betrach-

trachtung der Uhrsachen / warumb er d. 15. Nov. A. 1677. ab officio suspendiret worden / auß den beyden Keyserl. Reichshoffraht eingebrachten Acten und Documenten gezogen. A. 1682. in 4to; 2. gründl. Niederlegung der Schmachschrifft Nic. Crullen suspendirten Rahtmanns / auff Gutbefinden deß Rahts und der Bürgerschafft / samt der Erzehlung Crullii selbst / außgegeben. Hamb. 1684. in 4to; 3. Deduction-Schrifft / worinn der Uhrsprung und Verlauff deß von den beyden Executirten Rädelsführern / Cordt Jastram und Hieronymo Schnitkern / wie auch ihren Adhærenten / angesponnenen Complots dargethan wird; Hamb. 1687. in 4to; 4. Abdruck der wider die sämtliche inhafftiret gewesene Hamburgische Complotisten A. 1686. und 1687. ergangenen urtheile: A. 1687. in 4to; 5. Scriptoris Anonymi, in Ducum Luneburgensium Partes pronioris, Hamburgische Großmühtigkeit / oder warhafftige Historische und Politische Beschreibung der in Hamburg gewesenen innerlichen Unruhe / unvermuhteten Königl. Dennemärckischen Belagerung der Stadt / und darauff erfolgten Hinrichtung Hieronymi Schnitkers und Cordt Jastrams; in 3. Theilen: A. 1686. in 4to. Alias Schedas ejusdem Argumenti, sed exigui Momenti, quæ decennio proximo catervatim prodierunt, Vernaculas, studiose prætereo. Jastramio, Schnitkero, cœterisque Infelicibus *Causæ Victa* Asseclis, adversus *Victricis* Hyperaspistas, patrocinantur: 1. JAC. HENR. PAULI Haffniensis, Consil. Danici *Clypeus Veritatis, Consulibus & Senatui Hamburgensi, eorumque Advocato Fisci, atque aliis, qui Concivium suorum quosdam Proditionis Patriæ urbis falso accusarunt, oppositus,* & Latine pa-

 riter

riter atque Germanice (sub tit. Wolbegründete Defensionschrifft wider den Raht zu Hamburg) editus Glückstadii A. 1686. in 4to; 2. Ejusd. Declaration wegen deß vermeinten Verrahts der Stadt Hamburg: Ibid. 1687. in 4to; 3. HENR. POHLMANNI Hamb. J. U. Lic., ex patriæ Syndico Consiliarii jam Danici, Apologia Vernacula (Ehrenrettung)/ eodem tempore publicata.

CAPUT IX.

De Ecclesiæ Hamburgensis Antiquioris, sive Romano-Catholicæ, Archiepiscoporum item illius, ac Templi Cathedralis, Historia, hujusque Scriptoribus.

§. I. DOctrinæ Christianæ Seculo IX. ineunte Civitati Hamburgensi annunciatæ, Archiepiscopatus item A. 832. vel 833. à Ludov. Pio ibidem fundati, cum Episcopatu Bremensi A. 848. uniti, Ecclesiarum Borealium Ephoria A. 1092. ab Urbano II. Pontifice privati, ac tandem circa A. 1223. (1.), cum Brema Æmula Urbis Archiepiscopalis Titulum, illi ereptum sibi vindicasset, pene exstincti, Historiam Compendiariam *Caput Partis Secundæ Tertium* jam exhibuit. *Privilegia & Diplomata Ecclesiæ Hamburgensis* Antiquiora, in peculiarem olim collecta Fasciculum, MSta in Civitatis Bibliotheca inveniuntur. Lucem publicam viderunt Beneficio ERP. LINDEBROGII, Canonici illius, qui ea A. 1595. Incerti Autoris *Historiæ Archiepp. Bremensium*, paulo post allegandæ, subjunxit, & deinde A. 1609. Syntagmati *Scripto*

(1.) V. Lambecii *Orig. Hamb.* p. 68-74.

Scriptorum Historiæ Germ. Septentrionalis inseruit (2.). Recudi postea illa, cum Augmento, curarunt A. 1642. PHIL. CÆSAR, sub finem *Triapostolatus Septentrionis*, A. 1652. & 1661. PET. LAMBECIUS, in duorum *de Reb. Hamb.* Librorum Appendice, & novissimè A. 1670. JOH. JOACH. MADERUS, ad Calcem *Historiæ* Adami Bremensis *Ecclesiasticæ*. Alia Monumenta Antiqua, ad Historiam Archiepiscopatus Hamburgo-Bremensis pertinentia, ac in his Diplomata varia, *Descriptionem* item *Iurium & Bonorum Ecclesiæ Bremensis*, ac *Nobilium Ministrorum & Vasallorum ejusdem Catalogum*, penes se habuit & in *Syntagmate R. Germ.* affecto edere voluit PET. LAMBECIUS (3.)

II. Inter Historiæ Archiepiscoporum Hamburgo-Bremensium Scriptores Antiquissimus est M. ADAMUS, Canonicus Sec. XI. Bremensis, cujus *Hist. Eccl., Gesta Religionis, ex Ecclesiis Hamb. & Bremensi per vicina Septentrionis Regna propagatæ, libris IV. repræsentans*, Seriem illorum Historicam à primo Bremensis Antistite, Willehado, sive A. C. 788. ad mortem Adalberti, sive A. 1072. pertexit. De Autore, & scripto ipso, ejusque Editionibus, *Partis I. Capite VI.* (4.) jam sumus commentati. Locum huic proximum meretur AUTOR ANONYMUS *Historiæ Archiepiscoporum Bremensium*, à Carolo M. usque ad Car. IV., sive à Willehado ad Gothofredum, deductæ, cujus geminum in Biblioth. Hamb. inveni MStum, alterum Antiquius, sed passim mutilum, alterum Recentius, & manu ERP. LINDEBROGII exaratum, ejusdemque de Præsulibus hisce Analectis, ex Scriptis

 Vete-

(2.) *p. 143-203.* (3.) V. Mich. Hertzii *Biblioth. Germ. P. IV., lit. P. 4. a.* (4.) §. 2. 3. & 4. p. 64-70.

Veterum conquisitis, illustratum. Publicavit eam idem Lindebrogius, ex Cod. Biblioth. Bredemb. Ranzoviano, Lugduni Bat. A. 1595. (5.) Typis Raphelengianis, una cum *Sylloge Diplomatum Ecclesiæ Hamburgo-Bremensis* Vetustorum, §. I. allegata, & *Poemate de Vita S. Vicelini* Antiquo; denuo autem eandem recensuit A. 1609. in *Syntagmate Scriptorum Hist. Germ. Septentrionalis* Francofurtensi (6.) Duæ, quas Draudius (7.) modo enumeratis addit, Editiones; Romæ A. 1591. & Antvverpiæ A. 1593. (8.) publicatæ, in Utopia, non nostro Orbe, sunt vestigandæ.

III. Ab A. 788., quo VVillehadus est electus, ad A. 1430., sive Nicolai, Archiep. 39mi, tempora, perductum est GERBERTI SCHENE, Ecclesiæ Cathedr. Brem. Cellarii, Ædisque Ansgarianæ Canonici, ac GERHARDI RYNSBERG, Ædis Cathedralis, Vicarii (quem Nonagenario majorem A. 1406. decessisse *Præfatio* testatur) *Chronicon Archiepiscopatus & Civitatis Bremensis* Saxonicum, ex Libris atque Diplomatis Antiquis congestum, quod in Bibliothecis Gottorpiensi ac Hamburgensi MS. asservatur (9.) Duumviris istis ætate proximus est HENR. VVOLTERUS, Canon. itidem Bremensis, qui *Chronicon* suum *Archiepp. Bremensium* à VVillehado, sive A. 1463. electum, continuavit. Destinavit illud olim editioni Henr. Meibomius Sen. PP. Helmst. (10.), publicavit autem Nepos Cognominis Anno demum 1688. in *Tomo R. Germ.* II*do.* Cacoëthes ejus, in Fabb. Monasticis

(5.) *in 4to.* (6.) p. 77 132. (7.) *in Biblioth. Classica.* (8.) *in fol.* (9.) Hertzius *P. IV. Biblioth. Germ. lit. P. 4. a.* Autores minus accurate vocat *Hilbertum Schone*, & *Gerh. Rindsbeck.* (10.) *V. Catal. Scriptorum ejus. A.* 1660. *opusculis Historicis præfixum.*

ſticis coacervandis, *Biblioth. Univerſalis Amſtelodamenſis Menſtruæ Autor* (11.) *his verbis perſtringit: De tous ces Auteurs il n' y en à point de plus fabuleux, que Henri Wolther. Il fait naitre Charle Magne & Henri* III. *d' une maniere Romaneſque, & il ſemble avoir confundu le dernier avec Henri* II., *dit le boiteux: Il rapporte les Miracles les plus ridicules, comme des faits indubitables.* Geminum de eo exſtat Judicium celeb. Baſnagii (12.): *Son Latin eſt miſerable, & il a recueilly ſes faits d' Hiſtoire avec ſi peu de choix, que la fable & la verité y ſont debitées du même air.*

IV. Ad ſeculi uſque XVI. initia Hiſtoriam eorundem Archiepp. perduxerunt ALB. KRANTZIUS in *Metropoli*, & continuator illius DAV. CHYTRÆUS [13.] ad A. autem 1560. JOH. ROLLVVAGIUS, J. U. D. & Synd. Brem. in den Geſchichten der Ertzbiſchöffe/ deß Rahts und der Stadt Bremen. Quod ipſius MStum, Erp. Lindebrogii manu exaratum, in Hamburgenſi aſſervatur Bibliotheca. JOH. RENNERI, cujus *Chronicon Bremenſe*, Rythmis Germanicis comprehenſum, ab Hertzio (14.) allegatur, Ætas mihi nondum eſt explorata. ANDR. SEV. VELLEJI, Theol. Ripenſis, *Catalogus Archiepp. Brem. & Hamb.*, à Stephanio (15.) laudatus, haud diverſus eſt, uti credo, ab Indice eorundem, quem *Hiſt. Eccleſiaſticæ* Adami Bremenſis, à ſe editæ, A. 1579. præfixit.

V. Hoc Seculo optime de Eccleſiæ Hamburgo-Bremenſis Hiſtoria meritus eſt ERP. LINDEBROGIUS Bremenſis, Canon. Hamb. qui non ſolum A-

 no-

(11.) *T. XI. M. Nov. A. 1688. p.* 171. 172. (12) *en l'Hiſtoire d'Ouvrages des ſçavans. M Iul. A. 1688. p.* 294. (13.) *De utroque V. P I. c. 6. §* 23. *p.* 103. 104. 105. (14.) *P. IV. Biblioth. Germ. lit. P. 4. a.* (15.) *in Notis ad l. 12. Saxonis p.* 225.

nonymum de Præsulibus utriusque Scriptorem, §.2. allegatum, edidit, sed duo etiam de iisdem MSta (*Catalogum sc. illorum ab A. 788. ad A. 1589., & effigies eorundem atque insignia à Carolo* M. *usque ad* Ioh. *Adolphum, D. Hols., diligenter collecta*,) Biblioth. Hamburgensi reliquit, imo aliud majus ejusd. Argumenti opus Vernaculum (*General-Chronica* deß Erzstiffts Bremen/und der Hauptkirchen zu Hamburg) A. 1589. (16.) publicè promisit. Cui licet se per Annos jam XV. insudasse significet, dubito tamen, an absolverit, cum inter MSta ipsius in Biblioth. Hamb. non compareat. Σύγχρονος ei fuit DAN. ANGELOCRATOR, Superint. Marpurgensis, ad Synodum Dordrac. A. 1618. ablegatus, cujus *Vita & Res Gestæ Archiepp. atque Episcoporum* Bremensium *& Hamburgensium, ab A. C. 788. ad sua usque tempora, ex opere Chronologico excerptæ, & Imaginibus illustratæ* Cassellis A. 1617. (17.) prodierunt. Novissimum illorum Catalogum A. 1652. quadriennio post abolitum à Principibus Germanicis, in Svecorum gratiam, hunc Archiepiscopatum, exhibuit CASP. DANCVVERTHII P*ars Chorographiæ Cimbricæ Tertia* (18.) De Antiquioribus, qui Seculo IX. atque 10. floruerunt, consuli etiam possunt PET. LAMBECII *Origines Hamburgenses*. ac Medici Isenacensium Ιςοριωλάτυ, CHRIST. FRANC. PAULINI, *Theatrum Illustrium Corbejæ Saxonicæ Virorum*, Jenæ A. 1686. (19.) excusum. Qui VVillehadi, Ansgarii, Remberti & Unnonis Vitas Libellis descripsere peculiaribus, P*artis* II. *Capite* III. fuse jam à nobis sunt enumerati, ac simul etiam Scripta Ecclesiæ Ham-

(16.) *in Dedicat.* der Chronica deß Krieges der Cimbrorum mit den Römern. (17.) *in 4to.* (18.) *cap. 13. p. 262-275.* (19.) *in 4to.*

clesiæ Hamburgensis Ritualia Antiqua recensita (20.)

VI. Templorum Hamburgensium, præsertim Cathedralis, & Collegii XII. Canonicorum, in eodem, Sec. XI. ineunte, ac Unvvano fundati (21.), Archæologiam illustrant ERP. LINDEBROGII *Collectanea* MSta *de Vicariarum, Commendarum, aliorumque in Templis Hamburgensibus, ac Cathedrali imprimis, Beneficiorum, Fundationibus*, quæ una cum Sylloge alia, *Vicariarum Capituli Hamburgensis Fundationes*, & Diplomata eo spectantia, complectente, in Publica Civitatis asservantur Bibliotheca. Virorum Sanctorum, aliorumque de Ecclesia Hamb. bene meritorum, quorum olim memoria in Templo Cathedrali solenniter quotannis recolebatur, Indicem sistit Hemerologicum *Liber Memoriarum Ecclesiæ Hamb.*, quem Bibliotheca Cathedralis asservat, MStus, circa A. 1357. exaratus, & à Viro Celeb., Ott. Sperlingio, Editioni, Notis suis illustrandæ, destinatus. Quo pacto diuturnæ inter Senatum Civitatis atque Canonicos, post Reformationem, Controversiæ *Prid. Kal. Maji* A. 1561. sint compositæ, Instrumentum docet Transactionis istius Saxonicum, hactenus Ineditum: **Verdrag des Domcapittels mit der Stadt Hamburg.**

(20.) §. 16. p. 80. (21.) *V. Lambecii Origg. Hamb. p. 44. & seqq.*

CAPUT X.

De Ecclesiæ Hamburgensis post Reformationem Lutheranæ Historia, ejusque Scriptoribus, Controversiis Sacris in illa subortis, Scriptis Presbyterii Publicis, & Historia tandem Scholæ atque Gymnasii Litteraria.

§. I. REformatio Ecclesiæ Hamb. A. 1521. à M. *Ordone Stifelio* (1.) Parocho Catharinæo, est cœpta, A. 1532. à M. *Steph.* Kempio, Templi D. Mar. Magd. Ecclesiaste, & triennio post A. (1526.) à *Ioh. Zegenhagio* ac *Ioh. Fritzio*, Parochiarum Nicolaitanæ atque Jacobææ Pastoribus, strenue continuata, tandemque A. 1528. à *Ioh. Bugenhagio*, Theol. VViteb., Brunsviga evocato, Senatus auspiciis, stabilita. Historiam illius, & Disputationum cum Doctrinæ Pontificiæ Promachis (Barth. Mollero, Henningo Kissenbrûgge, Henrico VVendio, Doctoribus Theologis, Augustino item à Geteln, Henr. Schrotero, Frid. Henningo, Nicol. Burstorpio, Joach. Vischbekio, Henr. Rensborgio, aliisque horum Parastatis obscurioribus) publicè aliquoties habitarũ, Libello Brevi Saxonico, hactenus Inedito, sed plerisque Chronici Tratsigeriani Apographis subjuncto (Bericht wo der Papen eere Meße/ predigten/ und andere Ceremonien/ to Hamburg affgekamen/ und de hüdige Meße/ predigten und Ceremonien angenamen sind / der Papisten Calumnien entgegen gesettet), complexus est ipse M. STEPH. KEMPIUS, cujus Partes in Dramate hoc fue-

(1.) J. Ritzenbergius *in ejus Epitaphio*, Abr. Scultetus, atque alii, illum vocant *Stemmelium*.

fuere præcipuæ. Natus ille fuit Hamburgi, & in Civitate hac Patria, postquam Monachum aliquamdiu Rostochii egerat Capuccinum, A. 1523. Templo D. Mariæ Magd. Sacro, ac quadriennio post (A. 1527.) Ecclesiæ Catharinææ est præfectus, tandemque d. 23. Oct. A. 1540. defunctus. Quæ in Dav. Chytræi *Chronico Saxoniæ* (2.), & Abr. Sculteti *Prima Annalium Evangelii Renovati Decade*, de eadem Sacrorum Mutatione narrantur, ex Scripto hoc Kempiano sunt derivata.

II. Rituum & Sacrorum post Reformationem Publicorum Formam Libello Saxonico nondum edito (Hamborger Kerkenordnung) A. 1529. (3.) præscripsit JOH. BUGENHAGIUS, qui triennio ante Reip. huic jam dedicaverat Libellum argumenti cognati, Witebergæ (4.) excusum, Van dem Christen. Gloven / und rechten guden Werken / wedder den falschen Loven / und erdichtede gude Werke: darto / wo men schall anrichten mit guden Predickern / dat sulck Love und Werke gepredicket werden: an die Ehrenrick Stadt Hamborg. Mutata haud dubie est in Capitibus quibusdam Constitutio ista Bugenhagiana A. 1556., quo Novam Ordinationem Ecclesiasticam à Senatu d. 28. Apr. D. Paulo ab Eitzen, Superintendenti, esse missam, ac Presbyterio prælectam, Autor *Catalogi Ministrorum Ecclesiæ Hamb.* Anonymus testatur.

III. Superintendentis Officium Senatus A. 1532. (non, qui Melch. Adami (5.) est Error, A. 1522.) *Prid. F. Pentec.*, demandavit JOH. ÆPINO, Lutheri Discipu-

(2.) *P. I. p. m. 626 - 631.* (3.) V. Chytræum *l. c. p.* 630. & Heldvad. P. *II. Sylva Chronol. p.* 84. 85. (4.) *A. 1526. in 4to & 8vo. Recusus est Idiomate Misnico A. 1531. in 8vo.* (5.) *in Vitis Theol. Germ. p.* 243. 244.

cipulo, in Marchia, teste J. Ritzenbergio (6.), non autem Hamburgi, uti ab eodem Adamo & aliis falso traditur, A. 1499. in lucem edito, Scholarum ante hac Gryphisvv. atque Stralsundensis Rectori (7.), ac inde A. 1529. (quo Flensburgensi etiam cum Melch. Hofmanno colloquio interfuit) ad Pastoratum Civitatis suæ Petrinum evocato. Is nova hac auctus Dignitate, Doctoris Titulum in Acad. Witeb. petiit, & d. 16. Jun. A. 1533. (in cujus locum alii (8.) A. 1530. male substituunt), cum Joh. Bugenhagio & Casp. Crucigero, Professoribus ejusdem Theologis, à Decano Justo Jona, præsentibus, præter Joh. Frid. Elect. Saxoniæ (cujus sumptu Promotio instituebatur), 4. Principibus aliis, impetravit (9.). A. 1534. Henrici VIII. Angliæ Regis, postulatu, cum Legatis Hamburgensium, Alb. Westedio, Consule, & Henr. Hesterbergio, Senatore, illuc profectus, suum de Controvv. istius temporis, & Papismi abolendi ratione, Judicium ei exposuit, Divortium autem probare noluit, tandemque donis cumulatus amplissimis, Hamburgum remigravit (10.) A. 1548. Librum *interim* scripto, de quo plura alibi (11.) diximus, egregio confutavit, & hujus ope in Germania universa inclaruit. A. 1549. Gravissimæ cum collegis suis, de Descensu Christi ad Inferos, implicitus

(6.) *in Epitaphio ejus, postea allegando. Conf. Guilh. Crovvai Elenchum Interpp Scripturæ p.* 192. (7.) V. J. Micrælii *Synt. Hist. Eccl* P. *III. p. m.* 347. Dan. Crameri *Chronicon Pomeraniæ Ecclesiasticum l. 2. c.* 13. & I. P. Resenii *Lutherum triumphantem, lit.* K. *3. a.* (8.) Melch. Adamus, Micrælius & Crowæus *locis citatis.* (9.) v. Gotfr. Suevi *Acad. Witeb. lit. I. 4. b* K. *1. a. Ddd. 3. b. Eee. 4. b* & Sennerti *Lib. 1. Athen. Witeb p.* 8799. (10.) V. I. Ritzenb. *Epitaph. Æpini*, Tratsig. *Chron Hamb. ad A.* 1531. Chytræi *Chron. Sax, c. 11. p. 241.* Melch. Ad *l. c. p.* 244. Joach. Vagetii *Præcidaneum de Orbe Habitabili p.* 26 (11.) *P. IV, c. 5. §. 5.*

tus est controversiæ, *cujus Historiam §.7. proponemus.* A.1550. Lubecam, ad componendas Presbyterii de Justificatione Lites, & non multo post Hafniam, ut Pontificiorum in Aula Danica Machinationibus resisteret, excurrit (12.) Finem vivendi fecit d. 13. Maji, A. Sal 1553. æt. 54. Defunctum celebrarunt JOH. RITZENBERG, Secret. Hamb. in *Epitaphio* Elegiaco prolixo, Rostochii A.1555. (13) excuso, & JOACH. MAGDEBURG, Diac. Petrinus, in der Grab-Schrifft Joh. Æpini, scripto Rythmico, Hamburgi A.1553. (14.) impresso. Elogia, quibus à Melanchthone, Chemnitio, Chytræo, Tarnovio & Schlüsselburgio est ornatus, *Capite V.* (15.) jam recitavimus. Adde his Matth. Flacium (16.), qui *Virum Doctiss., Graviss., Laudatiss, & Fide Dignissimum,* Luc. Osiandrum (17.), qui *Theologum Excellentem*, & Mich. Neandrum (18.), qui *Theologum insignem atque Exercitatum*, appellare eum non dubitarunt.

IV. Post Æpinum quatuor Ecclesiæ Hamburgensi præfuere Superintendentes: 1. D. PAULUS ab EITZEN, Hamb., *Parte II.* (19.) prolixius commendatus ab A.1555. ad A. 1562.; 2. JOACH. WESTPHALUS Hamb., Antistes Catharinæus, ab A. 1571 ad 1574. 3. CYR. SIMON Luneb. Th. D. & Past. Jacobæus, ab A. 1574. ad 1576. 4. M. DAV. PENSHORN Hamb., Parochus Nicolaitanus, ab A.1580. ad 1593. Post hujus obitum, abolito Superintendentis officio, Ephoria Ecclesiarum Civitatis, & Agri

(12.) V. Ritzenb. l.c. [13.] v. de illo *cap. VIII* §.3. (14.) *in 4to.* (15.) §.5. (16.) *in Narrat. Certam. suorum. ap. Schlüsselb. l.13. catal. Haret. p.818.* (17.) *in Epit. Hist. Eccl., cent. 16. p.630.*, ubi falso tradit, cum A.1554. obiisse. (18.) *in Descr. Orbis Terr. p.139.* (19. *cap. VII.* §.2. & 3.

Agri suburbicarii, Ordinis Ecclesiastici commissa est Senioribus. Functi sunt autem ista Dignitate hactenus: *M. Georg. Stammichius* Brunsv. (*Past. Catharinaeus*), ab A. 1593. ad A. 1600; M. *Bern. Vagetius* Hamb. (P. Nicol.), ab A. 1600. ad 1613. *Ioh. Schelhammer* Sen., Weyranus (P. Petr.), ab A. 1613. ad 1620. M. *Mart Willichius* Berolinensis (P. Cath.), ab A. 1620. ad 1633; M. *Nicol. Hardkopff* Stadensis (P. Nicol.), ab A. 1633. ad 1646; M. *Sever. Sluterus*, Halis Westphalus (P. Jacob.), ab A. 1646. ad 1648; D. *Ioh. Muller*. Uratislaviensis (P. Petr.), ab A. 1648 ad 16 2.; M. *Gotofr. Gesius*, Marchicus (P. Nicol.), ab A. 1672. ad 1679. D. *Dav. Klugius*, Tilsa Prussus (P. Cathar.) ab A. 1679. ad 1688. & tandem D. *Sam. Schultetus* Hamb. (P. Petr.), etiamnum superstes.

V. Omnium Ecclesiæ Hamburgensis Lutheranæ Ministrorum Recensus Chronologicus Ineditus, ab Autore Incerto inchoatus, & plurium deinde diligentia, in Narrationibus iisdem nonnunquam discordi, continuatus, sub finem *Chronici Hamb.* Trasigeriani, in plerisque illius Apographis, comparet. Prolixiorem eorundem haud dubie Historiam exhibet *Ecclesiastica*, quam M. PET. HESSELIUS Hamb., Prochei patrii Minister, MStam reliquisse perhibetur, *Civitatis Hamburgensis Historia*, oder die Kirchen-Chronica des Ministerii zu Hamburg. Templi D. Mariæ Magdalenæ Sacri atque Michaelitani Ecclesiastas GEORG. HACCIUS, Th. Lic., & utriusque ad A. usque emortualem 1684. Antistes, recensuit; istius quidem in Appendice Sermonis, quo Ergasterium Hamburgense A. 1670. inauguravit, vernaculi (20.), hujus

(20) Predigt vom Mosaischen Zucht-Hause aus Deut. XXI. 18. 21. Hamb. 1670, *in* 4to.

hujus aûtem in *Introitu Michaelitano*, paulo post allegando. Historiam utriusque Templi Michaelitani, in Neapoli Hamburgensi hoc seculo A. 1605. & 1649. conditi, illustravit: 1. M. JOD. EDZARDI GLANEI, Jevera Frisii, primi Parochiæ Michaelitanæ Pastoris, Tempel-Predigt/oder Anmahnung zum Bau der neuen Michaelis Kirche auß Hagg. I. 8. Hamb. 1646. in 4to; 2. Ejusd. Grundlegungs-Predigt / auß Es. XXVIII. 12. den 26. Apr. A. 1649. gehalten: Hamb. 1649. in 4to; 3. MICH. KIRSTENII, Beron. Moravi, Med. D. & Gymnasii Hamb. Professoris, *Dedicatio Basilica S. Michaelis, Poemate Heroico commendata*: Hamb. 1661. in fol.; 4. JOH. SURLANDI Hamb., Ecclesiastæ Michaelitani, Danckpredigt/nach Verfertigung deß Thurms/d. 9. Mart. A. 1669. auß Prov. XVIII. 10., gehalten: Hamb. 1769. in 4to; 5. GEORG. HACCII *Introitus Michaelitanus*, Michaelischer Eintritt / oder Anzug-Predigt/auß 1 Reg. VIII. 1. 6. und 2. Paral. V. 2. 7. Hamb. 1680. in 4to; 6. M. HIER. PASMANNI, Diac. Michaelitani, Hamburgisches Denckmahl: Ib. 1690. in 8vo.

VI. Certaminum Ecclesiasticorum, quæ Ministris Hamburgensibus, post Reformationem, crebro cum aliis intercesserunt, crebrius autem in ipso illorum Collegio sunt enata, & magna sæpius Animorum impotentia utrinque agitata, Antiquissimum est Burstorpianum, cui NICOL. BURSTORPIUS, Canonicus Pontificius, præbuit occasionem. Is, A. 1526. exeunte, in publica docuit Concione, damnationis Reatum incurrere, quotquot utroque Symbolo Eucharistico utantur, ac Christum pro solo Pecc. Originali, non autem pro Mortalibus, post ipsius Passionem com-

commissis, & ab Homine quolibet suis ipsius Bonis Operibus expiandis, satisfecisse asseruit. Ἀκύσμαλα hæc φοςlικά Pastores Lutherani, Steph. Kempius Joh. Zegenhagius & Joh. Fritzius, Elencho mox publico notarunt, & in Dispūt. postea solenni, coram Senatu in Curia cum ipso institu:a, refutarunt. Convictus illic Erroris Burstorpius Palinodiam ejus promisit, ac, septennio post, cùm Exuli in Urbem redeundi facta esset potestas, IIda Quadragesimæ Dominica A. 1533. in Templo Cathedrali, cecinit (21.)

VII. Burstorpiano longe celebrius est Æpinianum, quod JOH ÆPINO, Superintendenti, ob Heterodoxam de Pœnis atq; Tormentis Infernalibus, ab Anima Christi, ad Inferos descendentis, separata toleratis, opinionem, à Collegis plerisque A. 1549. (male enim Casp Ulenbergius Annum 1559. in hujus locum substituit) est motum. Proposuit Æpinus sententiam suam (à Matth. Flacio postmodum in *Clavi Scripturæ* (22.) defensam, & ab Encomiastis ejus, Joh. Ritzenbergio (23.) & Joach Vagetio (24) approbatam) in *Enarratione Psalmi XVI. de Descensu Christi ad Inferos, & Mansionibus Animarum apud Inferos*, commentante, A. 1544. à Joh. Fredero Sen. Francofurti (25.) edita, & peculiari, quam ab aliis video allegari, *de Descensu Christi ad Inferos Explicatione*. Detestati sunt hanc, tanquam blasphemam, in Demegoriis suis cæteri Ecclesiastæ, & hos inter, imprimis Joh. Högelke, Joach. VVestphalus ac Joh. Garcæus, Templorum Petrini, Catharinæi atque Jacobæi Pastores,

Tilem

(21.) v. Steph. Kempii *Hist. MS, Reformationis Hamb.*, & *Dav. Chytræi Chron. Sax. P. I. p.* 628. 629. 630. (22.) *P. I. p.* 453. *in Voce Infernus.* (23.) *in Epitaphio Æpini.* (24.) *in Præcedaneis de Orbe Habitabili p.* 261. (25.) *in 8vo.*

Tilem. Epping, Diac. Petrinus, & Casp. Hackraht, Ecclesiastes Jacobæus, quibus Micrælius M. Joh. Stedemannum, omnibus, quos vidi, Ministrorum Ecclesiæ Hamb. Catalogis ignotum, adjungit (26.) Senatus, Scandalo, ex Lite hac Intestina orto, remedium allaturus, complures de Desc. Christi ad Inferos Articulos, ad Æpini sententiam propius accedentes, condidit, & ab Ecclesiastis omnibus, Normæ instar, jussit observari. Missi sunt hi deinde ad Acad. VVitebergensem, & Judicium istius, cum de iis, tùm de Dissidii tollendi ratione, postulatum. Respondit, Collegarum nomine, peculiari ad Senatum *Epistola*, A. 1550. scripta [27.], Phil. Melanchton, ac se cum Luthero in hac Controv. *ἐπέχειν* præfatus, mentionem ejus, ceu non necessariæ, è Concionibus, Scholis ac Congressibus publicis, Magistratus Edicto censuit eliminandam, Articulos autem, quod multis atque difficilibus ansam præbeant Disceptationibus, rigide haud abtrudendos, nec quenquam, ob Dissensum ab illis, loco movendum. Consilium istud Salubre ac Prudentissimum Senatus Æpini sui Autoritati posthabuit, hujusque sententiam, ac Articulos suos, ab Ecclesiastis omnibus voluit approbari. Quod cum Garcæus, Eppingius atque Hackrahtius facere detrectarent, Urbe d. 26. Apr. A. 1551. sunt ejecti: Justene an injuste, haud vacat inquirere. Vehementia illorum nimia à Schuppio [28.] merito culpatur. Vix tamen inter Theologos Lutheranos quenquam hodie invenias, qui non Æpini cum

(26.) *in Syntagm. Hist. Eccl. P. III. p. 522.* (27.) Exstat illa in Joh. Mantii *Farragine Epistolarum Melanchtonis, p. 73-76. &* *Peuceriana earundem Sylloge* (quæ pro A. 1550. falso Annum 1559. substituit) *p. 491, 495.* (28.) im Ministerischen Buß-spiegel *p. m.* 272.

cum illis Opinionem improbet, in ipso *libro Concordiæ* haud obscurè [29.], nomine tamen ejus, quod Tilem. Heshusius, & Collegæ ejus Helmstadienses addi postulabant (30.), dissimulato, rejectam. Pet. Palladius, Theol. Daniæ Eximius, sententiæ hujus Patronos, *Infernalistarum* nomine donatos, Hæreticis accensuit [31.] Idem de iis Judicium est Casp. Ulenbergii [32.], aliorumque Pontificiorum. Quos inter Autor, cujus *Anatomia Ecclesiæ Catholicæ* Francofurti A. 1653. prodiit, Anonymus, duplicem inter Protestantes Infernalium Hæresin commemorat. Harum alteri, Christum Dolores apud Inferos sustinuisse Infernales asserenti, Nicol. Gallum, Smidelinum [i. e. Jac. Andreæ] & Calvinum ait adhæsisse. Alterius autem Patronos A. 1550. fuisse, ex Staphylo monet, Rigidiores aliquot in Civitatibus Lubecensi, Hamburgensi & Bremensi Lutheranos, qui Infernum negarint, nihilque aliud, quam Sepulchrum Hominis esse dixerint, ac Christum proinde non ad Inferos, sed in Sepulchrum saltem, descendisse sint opinati. Addit ὁμοψήφους his esse Theod. Bezam & J. Brentium, in *magno Catechismo*. Tot fabulis certamen hoc Hamburgense Ansam suppeditavit, imo ipsi Carolo V. Imp. innotuit, & adeo displicuit, ut Autores ejus Pacis Religiosæ Beneficio censuerit indignos. In scripto enim, suis ad conventum Passaviensem Legatis tradito, Calovio (33.) teste, excludi ab ista jussit Sacramentarios, Iconoma-

(29.) *Art. X.* (30.) V. I. Ben. Carpzovii *Isag. ad libb. Ecclesiæ Luth. Symbolicos* p. 1149. [31.] Dan. Crameri *Dedicat. Isag. Palladianæ ad Libb. Prophet. & Apostolicos, & Mich. Walteri Dedic. Officinæ Biblicæ p. d. 2. a. b.* (32.) *in Vita Phil. Melanchtonis, c. 24. ad A. 1559. p. 360. 363.* (33.) *in Disp. II. de Pace Religiosa, §. 26.*

nomachos, Anabaptistas, Schwenckfeldianos, Osiandristas, und [addam ipsa Verba Augustissimi Imp. Vernacula] eine neue Secte, so zu Hamburg entstanden seyn sol/ die sich vermessen einen unter den XII. Articulen unsers Christlichen Glaubens / nemblich die Abfahrt Christi/ unsers Seligmachers/ zu der Höllen/ zu verwerffen.

VIII. Eodem A.1549. Presbyterium Hamburgense, post *Librum interim* scripto peculiari refutatum (34.), Adiaphoristas, sive Molliores in Saxonia Theologos, impugnavit in *Epistola* (cujus Æpinus est Autor) *de Adiaphoris*, ad Phil. Melanchtonem, Antesignanum illorum, exarata. Latinè illa prodiit, una cum Melanchtonis Responsoriis, d. 16. Apr. scriptis, Hamburgi A.1549. (35.), & Francofurti A.1599. recusa est in *Libro Catalogi Hæreticorum* Schlüsselburgiani XIII. (36) Germanicam ejus Versionem Joach. VVestphalus, Zelotarum Hamburgensium Primicerius, Magdeburgi A.1549. (37.) cum sua edidit Appendice, Historiam Vituli Aaronis Aurei ad Temporum istorum Controversias applicante. Argumentum illius Joh. Sleidani (38.) verbis enarrabo: *Hamburgenses, datis Literis ad VVitebergenses, imprimis ad Philippum, quid ipsi vocent Adiaphora, seu Res medias, enumerant, & cujusmodi possint admitti, demonstrant; simul rogant, ut ipsi vicissim aperte scribant, quid eo nomine comprehendi velint, ut videlicet certi quid habeant Homines, quod sequantur, nec animis fluctuent, neve nomen illud Adiaphoricum multis aliis Erroribus, qui sensim insinuare sese possint, occasionem præbeat.* Melanchton in Re-

(34.) *V. cap. 5. §. 5.* (35.) *in 8vo.* (36) *p. 657-689.* (37) *in 4to.* (38) *l. 21. de statu Relig. & Reip. p. m. 607.*

ſponſoriis,ſumma ſcriptis manſuetudine [39.], rogat Hamburgenſes, ut *candorem in judicando de veteribus Amicis adhibeant*; eandem in Eccleſiis Saxonicis,quæ antehac,doctrinam,eoſdem ritus,ait obſervari,nec quicquam in iis iri mutatum; Adiaphora vocari,non Ceremonias impias aut ineptas, ſed Ritus ab Antiqua Eccleſia inſtitutos, & ad Ordinem concinnum,rudiorumque commonefactionem, utiles. Fatetur tamen,ſe Paſtoribus in ditione Alberti, March. Brandeb.ſuaſiſſe,ut ritus alios, utcunque tolerabiles, ipſis obtruſos,admittant potius, quam Eccleſias deſerant,& falſis Doctoribus relinquant. Hanc ἐπιείκειαν ſibi,periculo propiori,ignoſci petit ab Hamburgenſibus,cæteriſque Saxoniæ Inf. Zelotis, qui,diſcriminis expertes,in Auditoriis,inter Applauſores tuto ſibi convitientur, & Concordiæ in Doctrina potius ſtuderi, quam de Veſtitu,aliiſque Qq. non neceſſariis, rixas excitari. Monet tandem,ſemper in Eccleſia aliquam eſſe ſervitutem,alibi mitiorem,alibi duriorem, eamq; ſi cum Impietate non ſit conjuncta,ferendam.

IX. De Cenſuris adverſus And. Oſiandrum A. 1551. Contra Georg. Majorem autem A. 1553. Presbyteriorum Lubec. Hamburgenſis, Luneb. & Magdeburgenſis nomine ab Æpino ſcriptis ac editis, relegi poſſunt,quæ *Capite* V.(40.) à nobis ſunt allata. Reſponſum de G. Majoris, Bonorum operum ad Salutem Neceſſitati patrocinantis,ſententia, ſolius Presbyterii Hamburgenſis nomine d. 28. Mart. A. 1553. ab eodem Æpino exaratum, & à 20. Eccleſiaſtis Chirographo ſuo approbatum, cum Tetrapolitano ejuſd. argu-

(39.) Exſtant hæ etiam in *Sylloge epiſtolarum ejus Peuceriana* p. 461-468. (40) §. 6.

argumenti A. 1553. prodiit, & in *Libro Catalogi Hæreticorum* Schlusselburgiani 6to (41.); A. 1599. est recusum.

X. Ab A., qui Æpino fuit Emortualis, 1553. ad Epocham usque Libri Concordiæ ; Ecclesiam Hamburgensem continua fere Theologorum Molliorum, quos Philippistas, & Rigidiorum, quos Flacianos appellabant, turbavere Dissidia. Inter istos (uti è MSto, quod penes me olim fuit, Epistolarum, ad D. Paulum ab Eitzen à Ministris Hamburgensibus, aliisque seculi superioris Theologis, ab A. 1562. ad A. 1591. scriptarum, Volumine sum edoctus) eminebant Theodoricus Jürgens, Past. Nicolaitanus, Joach. Degener, Templi Cathedr. Antistes, Franc. Baringius, Diac. Petrinus, M. Herm. Bruggemann ; Ecclesiastes Johannæus, & reliquorum Antesignanus, D. PAULUS ab EITZEN, Superintendens. Quo Hamburgi vivente, uti pares Adversariis fuere, ita illo in Holsatiam A. 1562. digresso, iisdem cœperunt succumbere. Rigidiorum (quibus imprimis annumerandi Joh. Crusius, P. Pettrinus, J. Bodekerus, Parochus Jacobæus, Georg. item Tappius, Catharinææ, & Joach. Magdeburg, Petrinæ Ædis Diaconi,) Promachus fuit JOACH. WESTPHALUS Hamburgensis (42.), Scholæ Johannææ initio Conrector, hinc Ædis Catharinææ ab A. 1541. ad 1571. Antistes, ac biennio tandem proximo Patriæ Superintendens, d. 16. Jan. A. 1574. (æt. 64.) defunctus ; Theologus Celebris quidem, sed *famam*, Joach. Vagetio (43.) Judice, *per magni nominis Adversa-*

(41.) 608 - 628. (42.) Fallitur Ant. Teiserius, qui, *in Addidamentis Gallicis ad Elogia Thuanaa*, P. I. p. 454. 455. *VVestphalia eum, ob cognomen vindicat.* (43.) *in Pracidaneis de orbe habitabili.* p. 263.

versarios, quos Scriptis provocabat, adeptus. Zelus illius, & summa, in impugnandis Calvinianis, Crypto-Calvinianis, Synergistis, Adiaphoristis, Majoristis, atque Heterodoxis aliis, vehementia, Theologis etiam aliquot *γνησίως* Lutheranis, & in his Sim. Sulcero, Prof. Basileensi (44.), in excessu visa peccare, plurimis in Germania Certaminibus sacris vel ansam præbuit, vel fomitem suppeditavit. Belli Eucharistici, Lutheri obitu sopiti, acrius denuo instaurandi classicum A. 1552. ipsum cecinisse, edita adversus Calvinum *Farragine confusanearum, & inter se dissidentium de S. Cœna opinionum, ex Sacramentariorum Libris congesta*, è Pontificiis Laur. Surius (45.), ex Calvinianis J. Sleidanus (46.) J. Sturmius (47.), Casp. Peucerus [48.], Lud. Lavaterus (49.) & Rud. Hospinianus (50.), uno ore clamitant. Adde his Joh Bodinum (51.) & Pontificium *Anatomiæ Ecclesiæ Catholicæ*, Francofurti A. 1653. editæ, Scriptorem, qui peculiaris eum *Anticalvinianorum* Sectæ, A. 1555. exortæ, primum fuisse Autorem fabulantur. Zelo hoc Vatinianum sibi conciliavit Reformatorum Odium, è quibus Calvinus, Beza, Henricus Bullingerus, Matt. Micronius, Bern. Ochinus, Libris eum peculiaribus, cœteri autem Invectivis & Convitiis aculeatis, exagitarunt. H. Bullin-

(44.) *in Epist. ad Ioh. Marbachium A.* 1558. *scripta* v. Joh. Fechtii *supplem. H. E. Sec. XVI. P. II. n. 63. p. 82.* (45.) *in Comm. Historico ad A. 1552. p. 604.* (46.) *l. 26. Comm. de statu Relig. & Reip. p. m. 780.* (47.) *in Anti Pappo secundo p. 128. 129. 180. & in Anti Pappo tertio p. 241. 242.* (48.) *in Narrat. Historica Contr. v. Sacramentaria, apud Schlüsselb. l. 2. Theol. Calv. p. m. 192. 193* (49) *in hist. Sacram. p. 119.* (50) *in dedic. Concordia Discordis.* (51.) *in Methodo Hist. c. 5. p. m. 176.*

lingerus (52.) *Hominem* illum vocavere *Westphalum, i. e. crassum*, Theod. autem Bibliander (53.) *Hominem ineptum & importunum, qui rectius in Agris ferragines Jumentis colligeret, ac misceret, quam Sacrosancta* Mysteria *Unionis ac Fidei Christianæ, & Salutis Humanæ Sacramenta tractaret.* Ab Henr. Altingio (54.) *Lutheranis* accensetur *Immoderatis, furiosis & blasphemis*, ab Hoornbeckio autem (55.) Animi inflati & αὐτογνώμονος insimulatur. Georg. Hornius (56.) in eum itidem debacchaturus, more suo impegit, & primum Ubiquitatis Autorem fuisse nugatur, ipso Hospiniano (57.) invito, qui *novum Brentii & Smidelini de Ubiquitate Delirium à Westphalo atque Heshusio, inter Lutheranos ipsos*, ait, *esse impugnatum.*

XI. Westphali postulatu A. 1557. a. D. Paulo ab Eitzen, Superintendente, est conscripta, & à Ministris reliquis Chirographo suo approbata, Presbyterii Hamburgensis *Confessio* Latina *de S. Cœna, contra Sacramentarios*, quam ipse eodem A. Magdeburgi, cum aliarum Ecclesiarum Saxonicarum de eodem fidei Capite Confessionibus (58), excudi curavit. Saxonico idiomate impressa est Hamburgi eodem A. 1557. (59.), cum Admonitione ad Ecclesiam Hamb. de cavendis Zvvinglianorum Erroribus, & A. 1582. adjecto *Libello* Anonymi παρακλητικῷ, ibidem recusa. Impugnavit eam A. 1590. (33. Annis à prima Editi-

(52.) *in Literis ad Ioh. Lascum, A. 1554. scriptis, quas Sim. Abbes Gabbemah, inter Epp. Virorum Clarorum, num 54 publicavit.* (53) *in Ep. ad eundem Lascum, apud Gabbemam, l. c. num. 23.* (54) *in Probl. Theol. P. 11. Probl.* 17. vid. Sam. Pomarii *Diss. III. de Moderat. Theol.* §. 3. (55.) *in Summa Controv. p. m. 31.* (56.) *in hist Eccl. p. m. 496.* (57.) *in Dedic. Concordiæ Discordis.* (58.) Has inter illa occurrit *lit.* O. 6. *b.* P. 1. *a.* (59.) *in 8vo.*

ditione jam elapsis), sub Ministrorum vicinæ Ecclesiæ Bremensis nomine, CHRISTOPH PEZELIUS, Theol. ejusd. Civitatis Calvinianus in der Erinnerung wider der Prediger zu Hamburg Bekäntnuß und daran gehängte Vermahnung / im Nahmen aller Evangelischen Reformirten Kirchen / (60) Cui scripto cum Author confessionis, Paulus ab Eitzen, opposuisset, Eine Erinnerung von dem Bremischen Buche / wider die Prediger zu Hamburg / reposita est à Pezelio A. seq 1591. (61.) deß Ministerii zu Bremen freundliche Gegen-Erinnerung an D. Paulum von Eitzen, darinn seine Erinnerung Christlich und bescheidenlich beantwortet wird / mit Anzeige / was in derselben ausser Streit sey / samt beygefügtem Schreiben an die Prediger zu Hamburg.

XII. Inter Theol. Civit. Hamb. molliores Calvinianæ de S. Cœna Heterodoxiæ Westphalo fuit suspectus & ab illo pariter atq; Parastata, Georg. Tappio, Diac. Catharinæo, in publicis ejus est insimilatus Demegoriis, THEODORICUS JÜRGENS sive ZARIUS, Frisius, Ecclesiastes initio Stadensis, deinde ab A. 1548. Johannæus Hamburgensis, ac tandem ab A. 1551. ad Emortualem 1561. Parochus ibidem Nicolaitanus. Vindicavit Innocentiam suam, cum in Sacris ad Populum Sermonibus, tùm in Apologia, Senatui exhibita, & ab hoc A. 1560. cum Confessiones se Ecclesiæ Hamburgensis approbare Chirographo suo esset testatus, Calvini autem sententiam rejecisset, est absolutus, Litigiumq; istud per Amnestiam mutuam sopitum (62.) A. seq. 1561. in Lectulo Emortuali, Lutheri se de Eucharistia Doctrinam ample-

(60.) *Brem. 1590. in 4to.* (61.) *Bremæ in 4to.* (62.) teste Joach Degenero *in Epistolis aliquot ad Paulum ab Eitzen Ineditis.*

amplecti, denuo est testatus, præsente D. Paulo ab Eitzen, cujus hac de re consuli potest Scheda Saxonica, A. eod. excusa (63): Warhaffte Tüchenüsse und Bericht van dem letzten Bekänntnussen und seeligen Abschede Herrn Diet. Jarii oder Jürgens. Occasionem hæc Σύρραξις præbuit Decreto Senatus atq; Presbyterii. d. 19. Jul. A. 1560. condito, quo cautum est, ne quis in posterum ad Sacrum admitteretur officium, priûsquam scripta Ecclesiæ Hamb. Symbolica, Confessiones sc. contra *lib. Interim*, Osiandrum, Majorem ac Sacramentarios, & *Epistolam de Adiaphoris*, αὐτοχειρὶ approbasset. Id quod eo ipso die factum est ab omnibus, qui tunc vivebant, Ecclesiasticis.

XIII. A. 1589. d. 17. Jul. Turris Nicolaitana igne cœlesti conflagravit, reliquæ autem civitati ab Incendio isto, quod ventorum sævitia formidolosum reddebat, nihil damni illatum. Divinum hoc beneficium ut grata mente cives agnoscerent, edita est à Presbyterio, & in Concionibus singulis aliquamdiu recitata, Precatio hæc Eucharistica Vernacula (eine schöne Danckſagung/Beichte und Gebet/in diesen gefährlichen Zeiten hochnöthig mit Andacht zu sprechen)/ in qua Deus etiam, ut Doctrinam Pontificiorum, Calvinistarum & Anabaptistarum ab urbe arceret, implorabatur. Hanc M. JOACH. WERMERUS, ex Scholæ Patriæ Conrectore Ædis ab A. 1581. Cathedralis, & deinde ab A. 1585. 1585. Petrinæ, Pastor (*Vir*, Dav. Chytræo (64) teste *Doctus Pius, Modestus, & insignibus in docendo donis ornatus*, sed simul Crypto-Calvinianus, & *Schwermeri* idcirco cognomine παρονομαστικῶς ab Andr.

Oo 4 Celi-

(63.) *Hamb. in 4to.* (64.) *in Epist. ad Eberh. Mollerum Consulem, vel Syllogen Epp. ejus p. 1154. 1155.*

Celichio (65.) insignitus), Ecclesiæ quidem suæ prælegebat, sed, in vocis *Calvinistarum* locum, *Sacramentariorum* nomen substituebat. Reprehensus idcirco à Collegis declarationem Apologeticam (scripto Bremensium, mox allegando, adjectam) in suggestu publice recitavit, & in ista momentum controversiæ Eucharisticæ extenuavit. Hujus, atq; aliarum locutionum φορτικῶν, Palinodiam canere & Dogmata Calvini Anathemate notare jussus, facere id recusavit, & ob pertinaciam istam d. 30. Aug. A. 1589. ab officio est remotus. Hamburgo Bremam abiit, & inde in civitatem Groningensem, cujus Ecclesiæ ad A. usq; Emortualem 1599. præfuit (66.) Patrocinati illi sunt, adversus Collegas Hamburgenses, Ecclesiæ Bremensis ministri, & horum Promachus, D. CHRISTOPH. PEZELIUS, A. sequenti 1590. in der Erinnerung an die Prediger zu Hamburg / wegen der vermeinten Form deß Gebetts / so sie in ihren Kirchen ablesen / darinn sie unter dem Namen der Calvinisten / rechtglaubige Evangelische Lehrer und Christen den Papisten und Wiedertäuffern gleich setzen / und wider sie zu beten sich unterstehen. (67) Huic in gratiam Hamburgensium, ni fallor, respondit NIC. SELNECCERUS, Theol. Lips., in der kurtzen Entwerffung der Gegenantwort / so er auf C. Pezelii famos libell thun könte / samt Ablehnung der lügenhafften Relation Pezelii wider die Prediger in Hamburg. Quod Responsum A. 1592. Jenæ (68) est excusum.

XIV.

(65.) *in Epist. ad Conr. Schlüsselburgium. V. hujus Epp. Theol. Posthumas, num. 101, p. 5:6.* (66) Narrationem hanc debeo libro Bremensium, & Monito M. Joach. Dambkii, Ecclesiastæ Hamb. ad illum Moto. (67.) *Brem. 1590. in 4to.* (68.) *in 4to.*

XIV. A. 1633. CHRISTOPHORO ANDREÆ RASELIO, Ratisbonensi, Parocho tunc Immendküppelensi, & deinde, circa A. 1648 Schvvarnensi, Libellos suos, in ord. Ecclesiasticum Iniquiores, ac in his *Buccinam pœnitentiæ*, (die treuhertzige Buß-Posaune über eine denckwürdige/ zu Lübeck von D. Joh. Bugenhagio gefundene Prophezeyung [69.], in Hamburgensi civitate spargenti, à Presbyterio illius opposita est, Eine Warnung an die Gemeine zu Hamburg vor den Schleichern und Winckelpredigern/ insonderheit vor Chr. Raselio, und seiner Buß- oder vielmehr Läster-Posaune/ auß den Schrifften Lutheri colligiret/ und mit dessen eigenen Worten herauß gegeben (70.). Hanc à Raselio impugnatam, vindicavit ejusd. Ord. Ecclesiastici Rettung der Warnung Lutheri wider Raselium, gleichfalls auß Lutheri Schrifften genommen/ quæ eod. A. 1633. (71.) est excusa. Raselius, teste Chr. Hoburgio (72.), Civitate est ejectus, ac tandem, uti Sam. Pomarius (73.) & Abr. Calovius (74.) perhibent, A. 1653. à Presbyteris Lubecensi atq; Hamb. persuasus, errores suos Palinodia peculiari (75.) retractavit.

XV. A. 1637. Inter Doctores Gymnasii & Scholæ Hamb. Publicos amicè, de Autore Græco, Pubi Scholasticæ proponendo, est disceptatum, cum quidam N. T. Codicem commendarent, alii verò Græcismum Puriorem ex isto, Hellenistarum Lingua conscripto, ad-

Oo 5 disci

(69.) *Prodiit. ea A. 1632. in 4to.* (70.) *Hamb. 1633. in 4to.* (71.) *Hamb. in 4to.* (72.) *in Apol. Prætoriana p. 164. 597.* [73.] *in Præf. Partis I. Scripti Anti-Gutmanniani, & in lib. ipso p. 151.* [74.] *in Anti-Böhmio p. 118. 127.* [75.] Inserta est illa A. 1656. à Presbyterio Tripolitano, præfationi der Prüfung deß Geistes El. Prætorii.

disci posse negarent. Occasionem dedit ista Dissensio JOACH. JUNGIO, Rectori utriusq; celeberrimo, *Disputationi* suæ *de Probationibus Eminentibus* Problema hoc, Auctarii loco, adjiciendi: *Ad quam Facultatem pertineat quæstio: An N T. scateat Barbarismis?* Displicere sibi illud Ordo Ecclesiasticus publice significavit, monuitque, ne imposterum Juventus Scandalosis istiusmodi Quæstionibus turbaretur. Jungius adversus hunc Cleri Elenchum Scripto se Germanico vehementi defendit, inque isto, affirmativam se Quæstionis tueri negavit, Hellenisticum tamen esse stylum N. T. asseruit. A. 1638 Ecclesiastæ Theologorum & Philosophorum Witebergensium de Controv. hac postularunt Judicium, à quibus responsum ipsis est: Barbarismorum Vitiosorum Stylum N. T. absque Blasphemia non posse accusari, Litem autem Criticorum de Dialecto ejus Hellenistico nondum esse decisam. A. seqq. 1639. Jungius (quem Collectorem ait esse Autor *Innocentiæ Hellenistarum* (76.) ἀνωνύμως (77) edidit *Sententias Doctissimorum, tam veteris, quam Recentioris Ævi, Scriptorum, de Stylo S. Literarum, & præsertim N. T. Græci, nec non de Hellenistis & Dialecto Hellenistica.* Displicuit & ista sylloge Presbyterio, quod (Grossii verba (78.) recito) *ea, quæ de simplicitate Styli Apostolici à Veteribus, & de Hellenismo à Recentioribus, sunt scripta, cum istis, quæ in contemtum S. Scripturæ Gentiles effutierunt, per Chaos quoddam confusum, commisceret, &, quid de Criminationibus horum, stylum Apostolicum, ceu* βαρβαρίζοντα, σολοικίζοντα, σκυτοτομικὸν ac ἀλιευτικὸν, *traducentium, sit statuendum, ne verbulo* qui-

[76.] *p.* 30. & 49. (77.) *in* 4to. (78) *in Triade p.* 6. & *in quarta illius Defensione p.* 4.

quidem ullo moneret. Jussi proinde sunt tres Ecclesiastæ contraria ex Patrum & Recentiorum Scriptis colligere Testimonia, illi opponenda. In congruum istæc ordinem a se digesta A. 1640. edidit M. JAC. GROSSIUS, Brandeburgensis, Scholæ in Neomarchia Regiomontanæ ab A. 1614. Patriæ autem Brandeburgensis ab A. 1616. Rector, Superint. deinde ab A. 1622. Soltquellensis, ac tandem, ab A. 1636. ad Emortualem 1652. Past. Catharinæus Hamburgensis, in *Triade Propositionum Theologicarum, Stylum N. T. Græcum à Barbaris Criminationibus vindicantium, &, Sententiam Criticorum, qui Hellenismum propugnant, nihil illius rectitudini derogare, ostendentium*, Jenæ A. 1640. (79.) excusa. Contendit in ista, Stylum N. T. simplicem quidem esse, & minime tumidum, vilipendi tamen, aut Barbarismorum atque Solœcismorum insimulari, sine Blasphemiæ reatu haud posse, non incurrere autem illum, qui, vel inter Antiquos simplicitatem ejus exaggerarunt, vel, inter Recentiores, Hellenisticum esse, ac Hebraismis refertum, asseruerunt. Primus hanc *Triadem* impugnavit M. DAN. VVÜLFERUS Noribergensis, celeberrimus postmodum Ecclesiæ Patriæ Antistes, cum in *Innocentia Hellenistarum adversus illam vindicata*, & Jungio (cujus, ego, Testimonio fretus Autographo, VVülfero Libellum hunc Anonymum, sine loci & Anni mentione (80.) excusum, vindico) inscripta, tum in *Disputationis de Præcipuis Linguarum Vitiis*, J. Mich. Dilherro Præside Jenæ A. 1640. propositæ *Thesi* XXIII. utrique scripto eod. A. Grossius respondit, isti quidem in *Observationibus pro Triade*

(79.) *in 12mo.* (80.) *in 12mo.*

de pro Apologeticis, iteratæ illius, quæ itidem A. 1640. prodiit, Editioni adjectis, huic autem in perbrevi earundem *Appendice*. Post Wülferum JOH. MUSÆUS, ordinis tunc in Jen. Acad. Philosophici Adjunctus, postmodum autem Theologus ejusdem Primarius *Triadi* Grossianæ (non Jungii, uti Grossius (81.) falso suspicabatur, instinctu, sed Collegii Philosophici, quo invito Trias Jenæ excusa erat, jussu [82.]) A. 1641. opposuit peculiarem *de Stylo N. T. Disquisitionem, in qua M. Jac. Grossii Trias Propositionum, & Observationum Apologeticarum, modeste examinatur*. Respondit huic Grossius in *Tertia Triadis de Stylo N. T. Defensione*, eod. A. 1641. (83.) Hamburgi publicata, & non suum tantum libellum vindicavit, sed Adversarium etiam novarum atque Heterodoxarum de Styli Apostolici Impuritate, Barbarismis atque Solœcismis, ac Θεοπνευςίᾳ S. Codicis de Rebus tantum, non Verbis, intelligenda, insimulavit. Cui cum Musæus A. 1642. (84.) *Vindicias suæ de Stylo N. T. Disquisitionis* reposuisset, Grossius in *Quarta Triados suæ Defensione*, eod. A. (85.) excusa, & sua contra illam Meletemata defendit, & Classicum Belli adversus Paradoxa Musæana Sacri, in præfixa ad Theologos Epistola, cecinit haud frustraneum. Eodem enim A. 1642. *Dan. Henrici*, Theol. Lips. Ejus de Θεοπνευςίᾳ, S. Codicis Sententiam, in Tr. peculiari *de Verborum S. Scripturæ Inspiratione*, Dresdæ edito, impugnavit, ac non multo post Joh. Hülsemannus, in *Prælectionibus ad Lib. Concordiæ*, eandem sibi improbari, Scripta autem Grossii contraria

traria

(81.) v. Musæi *Vindicias contra Grossium* §. 59. (82.) V. Musæi Erklärung der XCIII. Religions Fragen p. 29. & seq. (83.) *in 12mo.* (84.) *Ienæ in 12mo.* (85.) *Hamb. in 12mo.*

traria probari, itidem est testatus (86.). Utriusque Grossii pariter atque Musæi, de Stylo N. T. Doctrinam *Iac. Bolius*, L. Gr. PP. Regiomontanus, in *Iusta Absentia ab Exequiis Lingua Hellenistica Excusatione, sub Examen A.* 1647 *vocavit.*

XVI. Certaminis, quod cum CHRIST. HOBURGIO Ministris Hamburgensis, ab A. 1644. ad 1656. intercessit, & scriptorum ipsius ac MÜLLERI, Antistitis Petrini, ἀμοιβαίων, Historia *Partis II. Partis VI.* (87.) jam est proposita. Enata est eodem tempore inter M. JOH. STEMANNUM Hamb., Archidiaconum ad A. usq; Emortualem 1676. Nicolaitanum, & JOH. SLUTERUM VVinsensem, J. U. D. & Reip. Hamb. tunc Advocatum, sed postea Consulem, d. 22. Oct. A. 1686. defunctum, Minoris Momenti Controversia de Qu.: *An, in electione Ministrorum V. D. Popularium aliqua præ Externis ratio sit habenda?* Hujus affirmativam Stemannus A. 1646. defendit im Bericht von Nothwendiger/ Göttlicher und ordentlicher Prediger-Wahl / nach Anleitung der Apostolischen Wahl Matthiæ, auß Act. I. ein einer Predigt vorgetragen (88.) Negativæ autem adversus Stemanni argumenta patrocinatus est Sluterus in *Historia Vitæ* Parentis sui, M. Sever. Sluteri, Antistitis Jacobæi, quam suæ de *Ministrorum V. D. Ordine Dissertationi* (89.) A. 1650. attexuit. Digressionem istam Sluterianam Stemannus eod. A. 1650. (90.) impugnavit, *in Vindiciis Quæstionis: Utrum, in Electione Ministrorum V. Popularium præ externis aliqua habenda sit Ratio?* Vindicavit confestim

(86.) p. 222. (87.) §. 6. (88.) *Hamb. in 12mo.* (89.) *Hamb. in 12mo.* (90.) *Hamb. in 12mo.*

festim Sluterus *in Vindiciis Stemannianis Enervatis* (91.)

XVII. A. 1649. Ecclesiæ Jacobææ Hamburgi præficiebatur JOH. BALTH. SCHUPPIUS, Giessa Hassus, Th. D., Eloqu. antehac & Hist. ab A. 1635. in Acad. Marp. P. P., ac deinde ab A. 1645. Johannis, Hassiæ Landgrafii, Conc. Aul. Braubacensis, Superint., Consil. & ad Conventum Irenicum Monasteriensem Legatus. Theologus ille erat summo ingenio & judicio, parique Candore & Prudentia ornatus, qui vanitates, in singulis ordinibus & Scientiis obvias, solerter deprehendebat, & Invectivis Satyricis, Democriteam redolentibus sapientiam, libere notabat, in Concionibus peccata frequentius, quam Hæreses, insectabatur, & in vita universa, Pietati potius Infucatæ, Honestatiq; Generosæ Mentis Recessibus incoctæ, quàm speciosis ad populum Phaleris, studebat. Hac indole atque moribus & Plebis Hamburgensis, catervatim ad ejus Demegorias confluentis, meruit venerationem, & Hominum Cordatorum, *quid distent æra lupinis*, sagaci mente assequentium, amorem. Quos inter *Pet. Lambecius*, in Programmate, quo d. 26. Oct. A. 1661. (non qui Königii (92.) est Parachronismus, 1668.) defunctum laudavit, Posthumo, merito eum appellavit *Seculi ornamentum, Oratorem Disertissimum, qui auribus insidias faciendo, & jucundum miscendo utili, vix quenquam parem, superiorem certe nullum, habuit; Antagonistam Fortunæ invictissimum, qui, phaleratas vulgi ineptias soliditate bonæ mentis supergressus, nudam sine fuco & fallaciis amavit virtutem, &, vel cum*

(91.) *Hamb. 1650. in 12mo.* (92.) *in Biblioth. Vet. & Nov.*

cum Damno crepundiorum fortunæ, (à quorum cupiditate semper fuit alienissimus), esse Bonus maluit, quam videri; Virum deniq; *cujus præclara in Universam Remp. Christianam merita nunc demum, postquã inter Homines vivere desiit, illi quoq;, velint nolint, agnoscere, æstimare & deprædicare coguntur; qui tanti Viri, adhuc superstitis, eximias virtutes, quas mirari & amare debuissent, propter vitæ suæ, morumq; & studiorum, dissimilitudinem, invidia & odio sunt prosecuti.* Verba hæc ultima collegas ejus nonnullos haud dubie perstringunt, qui Theologum hunc vel ipso Calovio (93.) ὀρθοδοξότατον, Applausum ei Civium, quibus alter esse videbatur Lutherus (94.) invidentes, quoad superstes fuit summa insectando vehementia, non Christianæ solum, sed & communis, quam Homines hominibus debemus, Charitatis leges, G. Haccii judicio (95.) violarunt. Quanta istorum fuerit importunitas, ipse haud dissimulat Lambecius, dum Hammopolin Schuppio fuisse ait *Theatrum Ærumnarum, Palæstram Tentationum, Lernam Persecutionum, Cotẽ constantiæ, Scholam patientiæ, vivumque Commentarium Aurei Senecæ libelli: Cur bonis viris mala accidant, cum sit providentia?* Dissidii inter se & Presbyterium, per Amnestiam à Senatu sublati, ipse in *Calendario*, quod vocat, vernaculo (96.) injecit mentionem. A. 1658. Admonitioni illius ad Bibliopolas, Meletemata sua, se inscio, divulgantes, Vernaculæ (dem gewarneten und ermahneten Bücher-Dieb/) oppositus est typis, uti inscriptio ja-

(93.) in *Lessu*, in quo Theologorum Orthodoxorum Catalogum A. 1676. texere est aggressus, *Haberkorniano*. (94.) V. G. Haccii Bericht von deß Ministerii Belehrungen *l. c. Lit. E. 2. b.* (95.) *l. c. Lit. E. 1. a.* (96.) *V. Opp. p. 601.*

jactat, Amstelodamensibus, libellus Famosus. iter
recusus, sed à Senatu vendi prohibitus: der Büc
Dieb Antenors empfangen und abgefertiget / di
NECTARIUM BUTYROLAMBIUM (97.)
tor illius ψευδώνυμος non, uti ipse fingit, Medic
fuit Doctor, & in civitate Amstelod. Practicus,
potius, Schuppii (98.) atque aliorum judicio, *Th*
logus è Pharisæorum Cœtu φιλοπρωτεύων καὶ κείνω
διυλίζων (ein hochtrabender Pharisäischer Muck
seiger) / *inter Lumina Mundi locum sibi ipsi vi*
cans haud postremum. Admodum ille furiosè atq
impotenter in Schuppii famam debacchatur,
præjudiciis suis ita indulget, ut liberalitatem etia
Divitiarum contemptum, aliasque virtutes, laude
imitatione omnium sacri ordinis Hominum dignis
mas, vitio ei vertere non dubitet. Opposuit Schu
pius huic calumniatori: 1. Die Relation auß de
Parnasso der Verfolgung Antenors durch Nect
Butyrolambium, oder vielmehr Stercorilambiu
Wolffenbüttel 1658. in 12mo; Calender an sein
Sohn: Ib. 1659. in 12mo: 3. Eilfertiges Sen
Schreiben an den Calendermacher in Leipzig: Alt
na 1659. 12mo; 5. Abgenöthigte Ehren-Rettu
wider Nect. Butyrol. an den Rath zu Hamburg
Leipz. 1660. in 12mo. Minatus insuper est aliu
scriptum adversus eundem Satyricum, ipso titulo ψευ
δώνυμον hunc Scriptorem εἰρωνικῶς perstringens
Prüfung deß Geistes Nect. Butyrolambii (99.)
Appen

(97.) *Prodiit in 12mo; Recusus est in Appendice operu*
Schuppii Adoptiva, Hanoviæ A 1663. impressa. (98.) im Ca
lender *V. Opp. p.* 580. (99.) V. Die Relation Von der Ve
folgung Antenors den Calender/und die Ehren-Rettung.

Appendice Scriptorum ejus vernaculorum Hanoviensi Adoptiva duo exstant amicorum Schuppii pro ipso, contra Butyrolambium, Meletemata, quorum alterum [die Unschuld Antenors gewiesen von einem Bekanten doch Unpartheyischen] Ministrum quendam Principis Germanici Aulicum, teste Schuppii filio (100.), agnoscit Autorem; alterum autem [etwas neues vom Lobe und Redlichkeit Antenors] D. Joh. Müllero, Presbyterii Hamb. Seniori, est inscriptum. Schuppiani de vera amicitia opusculi [Freund in der Noth] Periocham de Academiis παῤῥησιαςικὴν [daß nicht alle Weißheit an die Academien gebunden sey/ x.] *à Viro Magni Nominis* instigatus, acri dicacitate impugnavit M. BERNH. FABER Cygnæus, in *Discursu de Reputatione Studiosi Inconsiderati Academica*, A. 1659. Lipsiæ (101.) excuso, & in Idioma deinde Germanicum etiam translato. Responsum est ei, non sine salibus crebris, à Schuppio, in der ersten und eilfertigen Antwort auff *M. B. Schm. Disc. de Rep. Acad.* Libello Facetissimo, A. eod. Altonæ impresso (102.). Reposuit quidem Faber, sub fictitio PHILANDERSONI nomine, den Discurs mit drey klugen Rathgebern/ Pomponio, Morologo und Fabullo, von Antenors neulich begangener Thorheit (103.) / Libellum Scurrilem, & Lipsiæ publica Autoritate suppressum. Sed obmutescendum tamen ipsi tandem fuit, cum invectivis obrueretur amicorum Schuppii, ulcera ejus satis duriter tangentium, Satyricis sequentibus: 1. *Gromio* und *Lagasso*,

Pp zweyer

(100) In Dedic. deß Fabelhansen. (101.) *In 12mo.* (102.) *In 12mo.* (103.) *Altona 1659. in 12mo.*

zweyer Leipziger Studenten Bedencken von M. Bernhardi Fabers begangener Witzenburgischer Weißheit / durch Gottlieb Phileno außgegeben: Cassel 1659. in 12mo. 2. Anonymi Unschuld deß Antenors; 3. Christ. Milichii wolverdienter Nasenstüber wider M.B.S.; A. 1661. in 12mo. Apologemata Schuppii ipsius hactenus recensita, in tribus scriptorum ejus Vernaculorum Editionibus Posthumis, Hanoviæ An. 1663. & Francofurti A. 1677. ac 1684. (104.) publicatis, Meletemata autem Butyrolambii & Schmidii, atque amicorum ipsius, Eristica ἀμοιβαῖα, in Gemina eorundem Appendice Adoptiva, Hanoviæ A. 1663. & Francofurti A. 1668. (105.) impressa, junctim sunt recusa. Alia, quæ inedita moriens reliquit, hujus Argumenti Schediasmata Hæredes, Pacis studio, perpetuo scriniorum suorum carceri addixere (106.). Scio stylum ejus in Concionibus & Libellis Sacris, plus justo interdum dicacem, & Mythologias, Argutias atq; Narrationes facetas studiose sectantem, non Antagonistæ solum ipsius, Joh. Müllero, in *Atheismo* (107.) acerbe in illum, suppresso nomine, invecto, sed Theologis etiam Witebergensibus, qui peculiari eundem censura (108.), Collegarum ipsius postulatu scripta, reprehenderunt, aliisque viris Cordatis, dotes alioquin Schuppianas suo æstimantibus pretio, improbari. Quos inter Vinc. Fabricius in *Epist.* ad Henr. Vagetium A. 1659. missa (109.): *Vidi*, ait, *quos-*

(104.) *In 8vo.* (105.) *in 8vo.* (106.) V. Celadonis ψευδωνύμου *Epilogum Appendicis operum Schuppianorum Francofurtensis.* (107.) *pag. 40.* (108.) *Exstat illa in Consiliis Witebergensibus, Francofurti A. 1664. in fol. editis, P. II. Tit. 4. n. 7.* (109.) *V. Edit. Operum Fabricii Lipsiensem, p. 395.*

quosdam Schuppii Libellos, mirifice scriptos, saltem mansuetudini & gravitati Theologicæ parum convenientes. Nec ipse Licentiæ ejus in Satyrico isto scribendi genere, ridendo verum inculcare assueto, interdum nimiæ, indifferenter patrocinabor. Excusabunt tamen eam quodammodo, cum genius ipsius, ad perfricanda sale isto seculi vitia, naturæ instinctu, pronior, tum monita pro Instituto hoc Apologetica, quæ & ipse, non uno in loco, (110.), & filius, Ant. Mano, in *Præfatione*, Concioni Joh. Matthesii in *Cap. 9. Libri Judicum* Mythicæ [dem Fabelhans/] à se Hamburgi A. 1660. (111.) denuo editæ, adjecta, lectori in memoriam revocarunt.

XVIII. Circa A. 1660. Presbyterio Hamburgensi cum Civitatis suæ Quakeris Certamen intercessit, horumque Doctrina, communi illius nomine, ac Senatus Jussu, A. 1661. Q. D. JOH. MULLERO, Antistite Petrino, est confutata in dem Quäcker-Greuel / cujus Titulum atque Historiam *Partis II. Capite V.* (112) jam exhibuimus. Successit isti, aliquot post Annis, Anti-Calvinianum, in quo Reformatis, Publicum Sacrorum suorum intra Mœnia Civitatis Exercitium à Senatu sibi permitti postulantibus, Scripta aliquot à Müllero sunt opposita, quæ A. 1671. in Nova *Thesauri Consiliorum* Dedekenniani *Appendice*, Jenæ excusa, lucem viderunt publicam.

XIX. A. 1669. Turbas Presbyterio dedit M. MELCH. WARNICKENII, Demmino Pome-

(110.) *Parte II. Corinna*, *it.* im Calender und eilfertigem Sendschreiben. *V. Opp. p. m.* 538. 607. 608. 609. (111) *in 12mo. Exstat etiam in operibus Schuppii p. m.* 824 - 847. (112.) §. 9.

rani, Sermo, de Vocationibus ad Sacra in Ecclesiis Lutheranis Munera illegitimis, publicè Hamburgi habitus, & sub Tit. hoc ambitioso excusus: *Lapis Lydius, Animo vere Theologico, in perfrictam Cacodæmonis Simoniaci frontem, virtute Divina, cum stupore audientium, impactus*; das ist: Geistl. Probierstein / an welchem zu erkennen / was / nach Christi Worten / bey dem Beruffe eines Predigers / in acht zu nehmen; oder eine d. 4. Jun. auß Johan. X. 1. 2. wider die unrechtmässige Berusse der Prediger gehaltene Predigt: Sammt einer Verantwortung derselben (113.) Irrepsisse in Praxin Vocationum modernam Theoriæ parum congruam, Abusus complures, seria Emendatione, ne hominibus piis scandali, Allophylis autem scommatum materiam porro subministrent, dignissimos, inficari haud possumus. Non tamen ad Ulcus istud curandum adhibendi sunt Maledici è Pomerania Thrasones, Warnickenius, Blockius, aliique farinæ ejusdem Medicastri, quorum

Excessit Medicina modum, nimiumque secuta est.

Non tali hic opus *auxilio, nec istis εὐταξίας* Ecclesiasticæ *Defensioribus*, sed piis atque moderatis Theologorum & Politicorum Cordatorum amice conspirantium Monitis ac Consiliis. Qualia, inter nostrates, Casp. Mauritius (114.) Chr. Kortholtus (115.) & Joh. Führsenius, Ecclesiastes Ædis apud Ham-

(113.) *Anno* 1669. *in 4to.* (114.) *in Tract. de Simonia.* (115.) in der schweren Bürde deß Predigamts.

Hamburgenses Catharinææ Religiosissimus (116.) publice jampridem proposuerunt. Opposuit Warnickenio Presbyterium Hamburgense, præter Censuras Theologorum Lipsiensium ac Wittebergensium de Concione ipsius excusas, den nothwendigen Bericht von seiner ärgerlichen Predigt / oder Probiersteine deß heutigen Predigamts (117.). Cui cum ille in *Præfat. Templi Gratitudinis* Vernaculi, A. 1670. (118.) impressi, nonnulla reposuisset, & isti mox responsum est in deß Hamb. Ministerii kurtzer Abfertigung M. Melch. Warnicken / und seiner Verleumdungen (119.).

XX. Eodem A. 1669. GEORG. HACCIO, Uthlebia Schvvartzburgico, Th. Licentiato, Minda, ubi hactenus Conrectorem, & Ædis Marianæ Pastorem, egerat, Hamburgum ad Templi D. Mariæ Magdalenæ Sacri Pastoratum vocato, à reliquis Ecclesiastis, promotionem ejus impedire conatis, vehemens mota est, sed haud magni momenti, Controversia. Heterodoxiæ accusabatur ob locutiones quasdam ambiguas, in homiliis, quibus Hymnum Marianum A. 1665. illustraverat, obvias, in laudes quidem Deiparæ, & vitæ cœlibis, paulo liberius evagantes, sed commodam tamen admittentes Interpretationem, & ab æquis judicibus veniam haud difficulter impetraturas. Taceo Colores, de Joh. Baptista N. T. Mareschallo, & Itineribus Compostellano atque Lauretano, Rhetoricos, à Censoribus his, ad vivum omnia resecare assuetis, obelô itidem,

 justo

(116.) Im Unterricht vom Berusse zum Predigamt / und Verknüpffung der Ehe mit demselben; Scripto pio, erudito & nervoso, Bremæ An. 1673. impresso. (118.) *Altona in 4to.* (119.) *Hamb. 1670. in 4to.*

justo rigidiore, notatos. In Syncretismi præterea veniebat suspicionem, quod Licentiati Axioma in Rinteliensi, quæ, ob Theologorum suorum in Colloquio Irenico Cassellano acta, male passim audiebat, Academia obtinuisset. Desæviit tamen ista tempestas, postquam, muneri sacro nihilominus admotus, locutionibus se istis quamvis sensu libris Symbolicis congruo usurpatis, velle abstinere Collegis scripto promiserat. Triennio autem post, cum Haccius novæ, quæ Francofurti A. 1672. (120.) prodiit, *Deliciarum Marianarum* Editioni *Declarationem* locutionum istarum præfixisset *Apologeticam*, certamen nondum omnino sopitum, vehementius, quam antea, recruduit. Exceptæ enim confestim sunt, ex hoc atque aliis ejus scriptis, XX. Theses Heterodoxias suspectæ, & cum totidem Antithesibus, sub titulo *Confessionis Presbyterii Hamburgensis* [deß Ministerii zu Hamburg Bekantnüß von etlichen Lehr-Puncten/] Ratzeburgi (121.) excusæ. Missæ sunt istæ ad Theologos Witebergenses ac Giessenses, horumque de illis censuræ inclementes itidem publicatæ (122). Imo decretum tandem, Haccio usu Eucharistiæ, donec Collegis reconciliaretur, esse interdicendum. Ille, famæ suæ patrocinaturus, eod. A. 1672. Stadæ (123.) una cum Gemino Theologorum Kiloniensium Responso, ab Heterodoxiæ se Reatu absolvente, Apologiam edidit vernaculam: Ablehnung Anderweitiger/ und vom Autore nicht gehabter / sondern ihm angedichteter Deutung einiger in dessen Schrifften verhande-

(120.) *in 4to.* (121.) *in 4to.* (122.) *Ratzeb. 1672. in 4to.* (123.) *in 4to.*

handenen Redarten / und Bericht von denen durch lauter Ungründe erhaltenen / und daher gantz nichtigen Belehrungen deß Ministerii. Elogium, ob quod imprimis male audiebat, *Summæ N.T. Sacerdotis*, Virgini Deiparæ à se tributum, dextre jam olim in *Disp. Inaug. de Christo Sacerdote*, Rintelii A. 1666. habita, explicaverat, seque in isto Doctrinæ capite aliis Dd. Lutheranis esse ὁμόψηφον, ostenderat. Iisdem deinde, quoad Hamburgi fuit superstes, cum Schuppio fatis, ad A. usque emortualem 1684. vixit obnoxius. Licet enim Illustre ὀρθοδοξίας testimonium ab ipso Calovio [qui *Fratrem* eum, ac *Virum Domini, Sacrumque Numinis Depositum*, salutare (124.) non dubitavit] in peculiari reportarit Epistola (125), imo dignitatem in nova Æde Michaelitana Pastoralem, ejusdem commendatione adjutus, An. 1680. obtinuerit, simultates tamen inter illum & Collegas nonnullos, eidem etiam, cui ipse, Ecclesiæ inservientes, magno cum auditorum scandalo (126.), ad ejus usque excessum, sunt continuatæ.

XXI. Ante aliquot Lustra, Ludi, quos Italorum exemplo *Opera* vocamus, Hamburgenses scenici sumptuosiores intestinæ inter Ecclesiastas Controversiæ Dramaticæ ansam præbuere. Improbavit istos Zelo ingenti, ceu Christianis parum dignos, ANT. REISERUS Augustanus, Th. D. & Antist. s Jacobæus, Eximius & Doctrinæ Lutheranæ Hyperaspistes, & Praxeos Christianæ Ergodioctes, non in

 Con-

(124.) *in Carmine, Introitui Michaelitano A. 1680. adjecto.*
(125.) Præfixa est illa modo laudatæ Concioni Auspicali.
(126.) Conf. Georg. Fresii, Civis Hamb. *Præfat.* der Atheistischen Brille *p.* 29. 30. 31.

Concionibus solum publicis, sed Libello etiam peculiari, Ratzeburgi A. 1681. (127.) excuso, cui Titulum præfixit: *Theatromania*, oder die Wercke der Finsternüß/ in den offentlichen Schauspielen/ von den alten Kirchen-Lehrern/ und etlichen Heydnischen Scribenten verdammet. Impugnavit istum, præter POLYCARPUM, quendam ψευδώνυμον, *in Epistola ad Virum Illustrem* vellicare eundem aggressum, M. CHRISTOPH RAUCH Bavarus, homo Pontificius, Histrioniam in Ludis istis facere solitus, in der *Theatrophania*, der also genandten *Theatromaniæ* entgegen gesetzt / und zur Verthädigung der Christlichen/ insonderheit Musicalischen/ Operen/ und Verwerffung aller Heydnischen / von den alten Kirchen-Lehrern nur alleine verdammten/ Schauspiele/ auffgesetzt. Quod scriptum Bipartitum, Hannoveræ An. 1682. (128.) lucem vidit publicam, & *Parte I.* ingens inter Ludos Ethnicorum ac Christianorum scenicos discrimen observari, *Parte* autem *II.* Loca Patrum, à Reisero adducta, in istos, non vero hos, invehi, contendit. Respondit illi Reiserus, in Libello eod. An. 1682. Hamburgi (129.) edito, & Appendice adversus Polycarpum, modo allegatum, aucto: Der Gewissenslose Advocat mit seiner Theatrophania, kürtzlich abgefertiget. Quo Rauchium, quem *Fumosum* passim salutat *Advocatum*, Fumos Lectori vendidisse, Testimoniis plerumque scriptorum Pontificiorum, κατ' Ἄνθρωπον ei inculcatis, ostendit. AUGUSTI WIGANDI Islebiensis, J. U. L. & Advocati Hamb. Rauchio succenturiati, *ad Theatromaniam*

(127.) *in 12mo.* (128.) *in 8vo.* (129.) *in 12mo.*

niam Notis atque Animadversionibus opposita est ab eodem *Castigatio Seria ac Severa Notarum & Animadversionum novi cujusdam Theatromanitarum Advocati*, quam *Appendicis* loco An. 1685. adjecit der gewissenhafften Vertheidigung deß wiederholten Beweises wider Christ. Pauli, daß die Reformirten sich der Augspurgischen Confession nicht können anmassen (130.). Inter Ecclesiastas Hamburgenses, Reiseri superstitis, & summa ob Doctrinam haud vulgarem, cum insigni vitæ sanctitate conjunctam, pollentis auctoritate, Libellos nemo impugnavit. Integro demum post obitum ipsius, qui in A. 1686. incidit, biennio, M. HENR. ELMENHORST, Ecclesiæ in Patria Catharinææ Minister, passim eos vellicavit, & Patrum in Dramata Ethnicorum Invectivas ad hodierna non esse applicandas, ostendere pro virili allboravit, *in Dramatologia Antiquo-Hodierna*, 1688 (131.) excusa, darinn bewiesen wird/ daß die Opern-Spiele/ als Mitteldinge/ von Christlicher Obrigkeit wol können zu spielen erlaubet/ und von Christen/ ohne Verletzung ihres Gewissens/ geschauet und angehöret werden. Fertur etiam Controversia, ante Annos aliquot, Scriptis Amœbæis Ineditis esse disceptata à JOHAN. FRID. MAYERO Lipsiensi, Past. Jacobæo, ab Antecessore suo, Reisero, dissentiente, & JOH. WINCLERO, Grimma Misnico, Antistite Michaelitano, sententiæ ejusdem patrocinante.

XXII. Eodem, quo Dramatica hæc Controversia disceptabatur, tempore Hamburgum, ad Parochiarum Michaelitanæ & Nicolaitanæ Ephoriam, circa An. 1685. sunt vocati JOH. WINCLERUS,

 quem

(128.) *in 8vo.* (129.) *in 12mo.*

quemmodo laudabamus, JOH. HENR. HORBIUS, Colmaria Alſatus, & ABR. HINCKELMANNUS, Döbela Miſnicus, Theologi pie eruditi, & de Eccl. Hamb. optime meriti. Hi, ut Auditores, à Pſeudo-Chriſtianiſmo ſeculi noſtri degenere, ad veram vitæ revocarent ſanctitatem, aliorum Germaniæ Theologorum exemplo, *Collegia Pietatis*, quæ vocant, Domeſtica cœperunt aperire, & Praxin in iis Doctrinæ Chriſtianæ, fidemque ἀνυπόκριτον, δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην, inculcare. Male hæc apud nonnullos, plus juſto ſuſpicioſos, initio audierunt, ſed à Winckler o, in Reſponſo ad Epiſtolam Affinis ſui, Phil. Lud. Hannekenii, Theologi Gieſſenſis, de iisdem, paulo vehementiorem, Apologetico, pari modeſtia atque eruditione, A. 1690. ſunt vindicata. Anſam interim à quibusdam dediſſe creduntur Böhmiſtis, & aliis, qui Eccleſiam Hamb. per luſtra jam aliquot turbarunt, Fanaticis, cœtus cogendi clandeſtinos, varioſque in iſtis errores ac opiniones Heterodoxas diſſeminandi (132.). Quo abuſu D. J. Frid. Mayerus permotus, Collegio, quod intra Parietes Domeſticos, ab A. 1687. in laicorum Hamburgenſium gratiam, Vernaculo Sermone inſtituerat, Polemico finem impoſuit (133.). Triumviri vero ante laudati, rebus per ſe bonis, ob improbitatem abutentium, abſtinendum haud eſſe perſuaſi, in ſuo perrexerunt inſtituto, &, ob hanc aliasq; cauſas, ſequioribus de orthodoxia ſua judiciis ac ſuſpicionibus, in vulgus etiam ſparſis, aliquamdiu fuere ob-

(132.) V. Miniſterii Hamburg. Schuß-Schrifft wider Spenerum p. 456. (133.) V. Ejus *Muſæum Miniſtrorum Ecclesiæ P. IV. p. 5-17.*

obnoxii. Ut Dissidium istud Presbyterii Intestinum tandem aliquando sopiretur, ac Matæologiæ simul Fanaticæ inhiberetur contagium, An. 1690. Vernacula novi Juramenti Ecclesiastici formula [Verbindungs-Formul zur Einigkeit in der reinen Lehre / wider allerhand neue Schwärmer und Sectirer] à D. J. Frid. Mayero est conscripta, &, inscio Reip. Magistratu, ob omnibus, præter Horbium & Hinckelmannum, Ecclesiastis, suum in Doctrina fidei consensum hoc pacto testaturis, Chirographo suo, juramenti vice futuro, d. 14. Mart., in Conventu peculiari, approbata. Obstringit ista singulos ad Doctrinam suam S. Literis, & scriptis Ecclesiæ Lutheranæ atque Hamburgensis Symbolicis, conformandam, Pseudo-Philosophos autem, Anti-Scripturarios, Theologos Laxiores, Fanaticos, Böhmistas, & Chiliastas crassiores pariter atque subtiliores, damnandos, refutandos, & pro fratribus haud agnoscendos, Rituumque tandem Ecclesiasticorum mutationem quamcunque, utut emendationem Christianismi degeneris promotura videatur, cavendam atque fugiendam. Horbius, qui Conventui intererat, formulæ hujus subscriptionem detrectabat, quod Doctrinam Jac. Böhmii, antequam scripta ejus ipse legisset, damnare sibi salva Conscientia non posse videretur. Hinckelmannus causas recusatæ subscriptionis, in peculiari ad Seniorem Presbyterii Epistola, Wincklerus autem ejusdem à se [reservata sibi Collegium Practicum continuandi potestate] d. 14. Mart. cæterorum exemplo, factæ, sed, quatriduo post, ob conscientiæ, quos accuratior formulæ consideratio ipsi

ipsi creabat, Angores, retractatæ, Historiam in Responso ad amicum exposuit Apologetico; quod, una cum literis Hinckelmanni, Francofurti, utroque inscio & invito, est excusum (134.). Negant illi, salva à se conscientia, & jurato quidem, approbari posse Formulam, quæ, ob temerarias ac falsissimas de sua aliorumque Heterodoxia suspiciones, Juramentum haud necessarium, momentum aliquod iisdem additurum, V. D. Ministris, absque Magistratus jussu aut consensu, obtrudat, & jus proinde hujus Episcopale violet, verbisque utatur ambiguis ac æquivocis. Sed & improbant eandem, quod potestatem nova Capita priscis fidei Confessionibus addendi, ac Hæreseos notam Sententiis, ab Ecclesia Universali nondum damnatis, inque fundamentum fidei haud impingentibus [*v.g. Chiliasmo Subtiliori*,] inurendi, Presbyterio Particulari vindicet, & Pastoribus denique Media Pietatis Infucatæ studium Auditoribus commendandi, nova quidem, sed licita ac legitima, eripere conetur. Sancte interim testantur, nihil se Scripturæ aut Libris Symbolicis contrarium docere, Böhmii atque Fanaticorum Doctrinam rejicere, & Chiliastarum etiam subtiliorum sententiam, cum Mille Anni Apocalyptici suo Judicio jam sint elapsi, erroneam judicare. Utraq; deinde Pars Judicia aliorum Theologorum de Formula hac, sibi ὁμόψηφα, An. 1690. conquisivit ac edidit. Presbyterium scilicet quatuor Responsa Collegiorum in Acadd. Kiloniensi, Leucorea & Gryphiswaldensi Theologicorum, Ordinisque Ecclesiastici Lubecensis, Vernacula à Senatu, quod inscio

(134.) *An.1690. in 4to.*

inscio se prodiissent, vendi prohibita, quibus competere ipsi potestatem Formulas istiusmodi proponendi, nec in Magistratum, si quando hoc fiat, peccari, affirmatur, ac Jac. Böhmii Errores & Dogmata Fanatica rejiciuntur. Triumviri autem sæpius laudati Judicia D. Phil. Jac. Speneri, Aulæ Saxonicæ Archi-Theologi Joh. Fischeri, Livoniæ Episcopi, D. Nic. Alardi, Superint. Oldenburgici, Barthol. Meyeri, Supremi Ecclesiarum Ducatus Brunsvico-Guelpherbytani Antistitis, & JCti Anonymi, itidem Germanica. Horum Autores Presbyterio Hamburgensi novas absque Consensu Magistratus, Confessiones fabricandi, Ecclesiæ autem particulari, tales controversiarum recens exortarum Decisiones, quæ dissentientes quoslibet Fraternitate & Ecclesiæ communione excludant, promulgandi potestatem denegant; Chiliasmum Erroribus, quos vocant, *Fundamentalibus* esse accensendum inficiantur; Pastori ἀνεπιλήπτῳ novus emendationem vitæ Auditorum promovendi mediis haud posse interdici affirmant; tandemque immerito vocari in suspicionem Böhmianismi, qui scripta Jac. Böhmii, nondum lecta, condemnare recusent, Weigelianismi autem, qui Formulam Hamburgensem subscriptione sua ratam habere detrectent, uno ore pronunciant. Compositum est tandem Dissidium istud Anno nuper elapso 1691. à Senatu Civitatis. Juramentum is, ab Ecclesiastis se ignaro præstitum, irritum esse jussit (135.), Jacob. Böhmii & Fanaticorum scripta in Urbem vetuit importari, Horbio autem, Winclero & Hinckelmanno, ut Doctrinam se Formulæ

(135.) V. Wincleri *Literas Apologeticas* p. 23.

mulæ approbare, publice, sed absque juramen
profiterentur, persuasit (136.). Post transact
nem istam, Spenerianum de Formula Judici
publico Collegarum nomine, A. 1691. impugn
JOH. FRID. MAYERUS in der abgenöthi
Schutz-Schrifft deß Ministerii zu Hamburg /
inn es seinen Revers und Religions-Eyfer n
die harte und ungegründete Beschuldigungen
Phil. Jac. Speners / vertheidiget. Hoc scripti
invito Senatu Hamburgi cœptum excudi, &
circo confiscatum, sed alibi paulo post recusi
confutavit nuper Spenerus in Antapologia V
nacula, Francofurti (137.) sub hoc Tit. edi
Die Freyheit der Glaubigen von dem Ansehen
Menschen in Glaubens-Sachen / in gründli
Beantwortung der durch D Johan. Frid. Maye
im Namen deß Hamburg. Ministerii, außgeferti
Schutz-Schrifft / gerettet. Reponetur autem is
Mayero, uti *Catal. Semestris* nuperrimus signifi
vit, der Mißbrauch der Freyheit der Glaubigen z
Deckel der Boßheit / auß D. Speneri sehr ha
und anzüglichen Schrifft gezeiget. Origo to
hujus Controversiæ Hamburgensis non immer
à sacro derivatur certamine, quod Theologi G
maniæ nonnulli nuperis, quos vocant, *Piet*
haud ita pridem moverunt. Quos si illi Hæres
aut Schismatis reos esse credunt, nomine c
adeo honorifico, & Christianorum nemini e
bescendo, neutiquam autem Convitii loco u
pan

(136.) *V.* Die Schutz-Schrifft deß Hamb. Ministerii
der Spenerum *p.* 16. 17. (137.) *A. 1691. in 4to.*

pando, dignari haud debebant. Qui enim pietati non studet, ipso Christiani nomine est indignus. Vereor, ne, in certamine isto, & intra, & extra Iliacos Muros, à quibusdam peccetur. Æquum sane est, ut utilissimum emendandi Pseudo-Christianismi moderni Institutum, &, quæ hoc fine nonnulli proposuere, Consilia, Analogiæ fidei congrua, Theologi omnes approbent, & pro virili promoveant, neutiquam autem, nimia Antecessorum veneratione, aliisque præjudiciis, abrepti, fastidiant atque impediant. Sed & diligenter cavendum est Ergodioctis istius ab hominum fanaticorum commercio, & Opinionum Enthusiasmo atque Weigelianismo affinium fermento ac contagio. A quo an immunes plane sint, qui Lüneburgi nuper annum Regni Chiliastici initialem 1739. definire, ac Visiones atque Revelationes Extraordinarias crepare cœperunt, Theologi dispiciant. Quos inter Dn. Wincklerus Vaticinia ab iis non ita pridem publicata, in scripto peculiari, sub examen jam solidum atque accuratum vocavit.

XXIII. Præter hactenus enumerata scripta Presbyterii Hamburgensis Publica, de certaminibus sacris, exoticis pariter atque Intestinis, paucula etiam alia prodierunt, Argumenti ex Theologia, quam vocant, Casuali deprompti, itidem h. l. recensenda: 1, Bedencken / ob Prediger die auß fremden Pfarren zu ihnen lauffende Zuhörer ehlich zu copuliren befuget seyn. Hamburg. 1620. in 4to, 2. Bedencken / ob die Evangelischen/ohne Verletzung göttlicher Ehre / ihres Gewissens

sens und Religion / die Calvinische Leichen mit ren Kirchen-Ceremonien begraben können? Sa beygefügten Approbationen der Theologen zu Le zig/ Jena und Greiffswald. Gryphisw. 1635. 4to; Kurtzer Bericht vom Beichthören und A solution, das solches nicht ans Kirchen-G. bäu verbunden/sondern im Nothfall auch zu Hause verric tet werden könne. Hamb. 1644. in 4to.

XXIV. Scholæ Publicæ, in Cœnobio Dom nicanorum Johannæo, suasu Joh. Bugenhagii, An 1529. à Senatu apertæ, faciem delineat Libellus V naculus, A. 1635. ac 1636. (138.) excusus: *Ordinarium* der Schul zu Hamburg; das ist: Verfassung de Weise und Manier deß Lehrens und Lernens / wel che darinn / so wol überall / als in einem jeglicher Schulhaussen insonderheit observiret wird / nach den Tagen und Stunden vertheilet. *Rectores* illius hactenus fuere: 1. M. GODEFRIDUS HERMELATES THEOPHILUS ab An. 1529. rude tandem donatus, & An. 1537. Die S. Thomæ defunctus. A. Phil. Melanchtone, cujus duas ad illum Epistolas Johan. Manlius (139.) & C. Peucerus (140.) ediderunt, ob *Diligentiam & singularem Ingenii Dexteritatem* commendatur (141.); 2. M. MATTH. DELIUS Hamb. ab An. circiter 1537. Peste, una cum uxore & liberis aliquot, exstinctus est d. 30. Sept. An. 1565.

Qua-

(138.) *Hamb. in 4to.* (139.) *in Farragine Epistolarum Phil. Mel. P. II. pag. 362. 363. 364.* (140.) *in Libello Epp. Phil. Mel. altero, Witebergæ A. 1574. excuso, p. 544-548.* Recusæ sunt A. 1642. *in Collectione earundem Londinensi, num. 569. & 570.* (141.) *in Ep. ad illum, & præfat. Encomii Civit. Hamb. à I. Frendero editi.*

Quatuor ad eum exstant Melanchtonis Epistolæ (142.), qui ingenium etiam ejus, in *præfat.* Poëmatis de Civit. Hamb. Frederiani, deprædicat. Joh. Caselio (143.) *Vir* audit *doctissimus & educandæ juventutis in literis & virtute scientissimus, maximeq; industrius, qui Gymnasium Hamb. magna cum laude & civium Bono, complures annos rexit*; 3. M. MART. MECKLENBURG, ex Conrectore in Rectorem electus d. 13. Jan. A. 1566. M. Martio A. 1575; 4. WERN. ROLFINCIUS Westphalus, Phil. Mel. Auditor, qui Mecklenburgio in Conrectoratu A. 1566. in Rectoratu autem A. 1575. successit, & d. 2. Oct. A 1590. obiit: *Vir*, Elmenhorstio (144.) teste *Eruditissimus*, ac Caselio (145.) judice, *non minus Græcis, quam Latinis literis præclare eruditus, disertus insuper admodum, & veteris Philosophiæ perpetuus assertor*; 5. M. PAULUS SPERLING Sen. Eckernfördensis (Scholæ antea Flensb. Rector), A. 1591. d. 9. Febr. vocatus, &, post abdicatum A. 1619. Munus hoc Scholasticum, Eloquentiæ in Gymnasio per 3. lustra PP. 13. Jun. 1633. (æt. 73.); 6. M. ZACHAR. SCHEFTERUS, Cygnæa Megapolitanus, ex Lycæi Coburg. Moderatore III. Id. Jul. A. 1620. Scholæ & Gymn. Hamb. factus Rector, Practicæq; Philos. in hoc PP. d. 3. Mart. A. 1626. æt. 58; 7. JOH. HUSVVEDELIUS Hamb. Conrect. initio Suerinensis, & deinde ab A. 1605. ad 1615. Hamburgensis, hinc L. Gr. ac Phil. Pract. in Acad. Rostoch. ad A.

Qq usq;

(142.) ap. Peucerum *l. c. p.* 540. - 543. *& in Edit. Lundinensi num.* 564. 567. (143.) *in Præfat. Lexico Pentaglotto Val. Schindleri præfixa.* (144.) *in vita I. Woverii.* (145.) *in Ep. ad Ioh. Beccium de Viris doctis Westphalis, p.* 18.

usq; 1627. PP. simulq; ludi Oppidani Moderator, Scholæ postea & Gymn. Patrii Hamb. ad A. 1629. Rector, Rostochii tandem pristina per annos 22. iterum functus Professione; Θ. d. 22. Oct. 1651. æt. 76. *Vir*, Lambecio (146.) judice, *solidissime doctus, & cum Eruditissimis cujusq; Seculi hominibus comparandus, magnum ætatis suæ decus, & Patriæ Ornamentum.* Lucas Holstenius, ejus in Schola Hamb. Discipulus, se, quicquid in bon. Lit. noverat, ipsi ferre acceptum, Joh. Christoph. Husvvedelio, illius ex Fratre Nepoti (147.) Romæ est confessus. 8. JOACH. JUNGIUS Lubecensis, Phil & Med. D., d. 21. Oct. A. 1587. natus, Matheseos in Acad. Giessena ab A. 1609. ad 1614., in Rostochiensi solo A. 1624. Medicinæ in Julia per Menses aliquot A. 1625., ac Aatheseos iterum in Rostochiensi ab A. 1626. ad 1629. Interpres, Scholæ Hamb. ab A. 1629. ad 1640. (quo Ephoria ejus se abdicavit), Gymnasii autem, ab eod. A. 1629. ad diem usq; 23. Sept. Anni 1657, ipsi Emortualem, Rector, & Phys. simul atq; Log. PP. *Memoriam* illius A. 1657. edidit Mart. Fogelius, prolixioremq; Vitæ historiam aliquoties est pollicitus. Dan. Stahlio (148.) merito audit *Vir Summus*, J. Conr. Dieterico (149.) *acer & vafer rerum philosophicarum Æstimator*, ac Autori deniq; *Diarii Eruditorum* Gallici Anonymo, G. P. (150.), *Sans contredit un des plus grands Mathematiciens & Philosophes de son temps, & un des plus habiles Hommes, que l' Allemagne*

(146.) *in orat. p. 69.* (147.) *V. hujus Or. Parentalem in Memoriam Patrui, Rostochii A. 1652. excusam.* (148.) *in Discursibus ad Tabb. Metaph. p. 64.* (149.) *in pecillo Chrestomathiæ Græcæ p. 57.* (150.) *en le Iournal XXIX. des Scavans, de A. 1678. p. 364.*

magne ait jamais eu. 9. M. DAN. ARNOLDI, *Bergerdorpio Saxo*, Scholæ Hamb. ab A. 1623. Conrector, & ab A. 1641. Rector. ☉ d. 18. Jun. A. 1651. 10. M. PET. WESTHUSIUS Hamb., Scholæ Itzehoensis ab A. 1649., patriæ autem ab A. 1651. Moderator. ☉ d. 14. Nov. A. 1660. æt. 47; 11. M. HENR. DASSOVIUS Hamb. Scholæ Spirensis ab A. 1652. Conrector, Comitatus Palæo-Leiningensis ab A. 1656. Superintendens, & Ludi tandem Patrii ab A. 1661. Rector. ☉ d. 29. Jul. A. 1680. æt. 53. 12. GOTHOFR. VOIGTIUS, Delitio Misnicus Th. Lic., Gymnasii Güstroviensis ab A. 1667., Scholæ autem Hamb. ab A. 1681. Moderator longe dexterrimus, Vir πολυμαθέςατος, & in Archæologia præcipue Ecclesiastica paucis secundus, immatura morte d. 7. Jul. A. 1682. (æt. 38. exstinctus, & post fata, ob *Eruditionem Piam, ac Pietatem Eruditam*, ab Ant. Reisero peculiari Meletemate Funebri commendatus; 13. JOH. SCHULTZE Gardelegiensis (Conrector antea Lüneburgensis), ab A. 1683.

XXV. De Gymnasii Hamburgensis, A. 1612. fundati, A. 1613. d. 12. Aug. inaugurati, & A. 1653. ac 1675. denuo instaurati, Historia consuli possunt: 1. PET. LAMBECII. *Or. de origine illius, & fructu, quem ex eo Resp. percepit, multiplici*, d. 12. Jan. A. 1660. cum Rectoratum ejus auspicaretur, habita, & A. eod. in *Orationum ac programmatum syntagmate* excusa, (151.); 2. M. VAL. WUDRIANI Demminensis, L. Hebr. initio in Acad. Gryphisvv. ab A. 1608. Interpretis, deinde ab A. 1611. Ecclesiæ in Pomerania Patriæ Præpositi, ac tandem ab A. 1621. ad

(151.) *Hamb. in 4to.*

Emortualem 1625. Parochi Hamburgensis Petr hochwichtige Ursachen / warum das Gymnasium Hamburg nicht abzuschaffen / sondern vielmehr zu halten und verbessern sey/ in offentl. Predigt angef ret: Hamb. 1624. in 4to; 3. MICH. KIRSTEN Berona Moravi. Prof. in eo celeberrimi, *Monum ta Gymnasii Hamburgensis A.C. 1675. instaurati* M trica (152., & IV. *Programmata* ad Orationes N vorum Professorum, Mart. Fogelii, Vinc. Placcii, E Anckelmanni & Henr. Siveri, Auspicales *Invitatori* eod. A. publicata; 4. RUD. CAPELLI *Proleg mena Syntagmatis Lectionum Bibliothecariarum*, 1682. excusi. Plura nos docebit, quàm vir doctil atq; Amicissimus, VINC. PLACCIUS, Colleg jam Professorii Senior, nuper (153. promisit, *Gymna sii Hamburgensis historia.* Leges illius Vernacul (die Anordnung deß Hamb. *Gymnasii*) A. 1615. fur promulgatæ, aliquoties deinde repetitæ, auctæ ac e mendatæ, & ultimo IV. Non. Jan. A. 1652. sancit (154.), in lucem autem publicam nondum editæ.

XXVI. Publici in inclyto hoc Gymnasio Professo res hactenus fuere: 1. M. JAC. RENECCIUS, Soltquella Marchicus, Antistes ab A. 1609. Catharinæus, primus illius Inspector, & Prof. Theologus, A. 1612. renunciatus, sed A. seq. 1613. (æt. 42) VIII. Kal. Jul. defunctus. Philosophiæ fuit Ramææ Sectator, & ob Syllogismos quosdam *Artificii Disputatorii*, in Canones Logicos impingentes, à Cornelio Martino (155.) vehementer, suppresso tamen nomine exagitatur.

(152.) *Hamb. 1675. in 5to.* [153.] *in Progr. Invitatorio ad Exequias Collegæ Clariss. Henr. Siveri, A.* 1691. *proposito.* (154.) v. Kirstenii, *Monumenta Gymn. Hamb. p. 6.* (155.) *in Tr. de Analysi Logica p. 204.*

tur. *Oratio*, qua Gymnasii Ephoriam Non. Sept. A. 1612. est auspicatus, *de Triplici Ecclesiæ statu, Constituto, Destituto & Restituto*, cum *Artificio* ipsius *Oratorio* eod. A. est impressa. 2. M. JAC. WEREMBERG Jun., Trojæ Cimbrorum (Pago Præfecturæ, Suabstediensis) III. Id. Jan. A. 1582. natus, Collegii initio Philosophici in Acad. VViteb. adjunctus, deinde ab A. 1609. Ecclesiastes Hamburgi Petrinus, ab A. 1613. autem Templi D. Mariæ Magdalenæ Sacri Pastor, & Log. atq; Metaph. in Gymn. PP. Hydrope IV. Kal. Febr. A. 1623. (æt. 42.) exstinctus. Commendavit eum eliganti Or. Parentali Henr. Vagetius, in qua refertur, S. Literarum in Acad. VViteb. Professioni eum ab ordine illius Theologico fuisse destinatum. 3. M. HENR. RUMPIUS Hamb. L. Hebr. in Acad. Julia ab A. 1592. Interpres, Templi in Patria, Johannæi ab A. 1597. Pastor, L. Gr. & Orientalium in Gymnasio ab A. 1613. PP. ejusdemq; cum Pet. Laurenbergio ab A. 1617. ad 1620. Director, d. 16. Aug. A. 1626. (æt. 65.) denatus, & à Philippo Nicolai (165) ob πολυγλωττίαν, à Dom. Baudio autem, J. VVouwerio & J. Caselio (quorum Epistolæ ad illũ lucem viderunt publicam) ob amœnitatem ingenii, variam eruditionem, & moderationem in negotio Religionis, deprædicatus. 4. M. PAULUS SPERLING, Eckernfördensis, aliquoties (157.) jam comendatus, Oratoriæ & Poëseos ab A. 1613. ad Emortualem 1633. PP. 5. M. JAC. FABRICIUS Sen. Tunderensis, oppidi Patrii ab A. 1586. Diaconus, Aulæ Gottorpiensis ab A. 1588. Ecclesiastes, & Ecclesiarum in Ditionibus ejusdem

(156.) *in Dedic. Commentarii de omnipræsente Christo.* (157.) *P. III. c. 3. §. 8. & P. IV. c. 10. §. 24.*

dem Slesvigo-Holsaticis omnium ab A. 1593. (q
Paulo ab Eitzen rude donato successit) ad 1610. (q
à Calvinianis ab officio isto est deturbatus) Præpo
tus Generalis, Ædis Jacobææ in Civitate Hamb.
A. 1610. ad 1616. Antistes, simulque biennio (ab
1614.) ultimo Gymnasii Inspector, ac Theol. in eod
PP. ad pristinam tandem A. 1616. in Aula Gott
piensi revocatus dignitatem, & in ista A. 1636. S
perintendentis Generalis ornatus titulo, ac d. 5. N
A. 1640. (æt. 81.) defunctus, Theologus ingentiun
Ecclesiam Cimbricam meritorum, ad Profession
S. Lit. in Acad. Rostoch. Primariam, & Ephoriam E
clesiarum in Episcopatibus Lubecensi atq; Breme
Ducatu ac Civitate Lüneburgēsi, & Urbe Stralsund
si, sæpius, sed frustra, invitatus. 6. PET. LAURE
BERGIUS Rostochiensis, Guilhelmi, Med. & M
thematum Doctoris, Fil. d. 26. Aug. A. 1585. nat
Philosophiæ initio in Academia Galliæ Montalban
ab A. 1611. deinde Physices & Matheseos in Gymn
(cujus ab A. 1616. ad 1620. cum Rumpio fuit Direct
Hamburgensi ab A. 1614. tandemq; Poeseos in A
Patria ab A. 1624. Interpres, Phthisi d. 13. Maji A. 1
consumptus, Elogium *Medici Eruditi & Phil*
Magni à Thom. Bartholino (158.) *Polyhistoris* au
Famigeratissimi à Schuppio (159.) reportavit. 7.
BERNH. WEREMBERG Hamb. Jacobi Fra
Scholæ Spandov. ab A. 1605. & Hatherslebiensi
A. 1609. Rector, tandemq; ab A. 1614. Phil. Pract
in Gymn. patrio PP. ☉. d. 1. Jun. An. 1643. (æt. 66
M. ZACH. SCHEFTER, Cygnæa Megap. Gy

(158.) *in Parentat. Mohtiana p. 38.* (159.) in Præ
ermahnten Lucidoris.

ab A. 1620. ad Emortualem 1626. Rector, & Doctrinæ Moralis in eodem Professor (160) 9. M. SEVER. SLUTERUS, Halis Westphalorum A. 1571. natus, Scholæ Stadensis ab A. 1604 Conrector, & post Semestre Rector, Ecclesiæ in Comitatu Hojano Buccensis ab A. 1613. Winsensis in Ducatu Lüneburgico ab A. 1615. tandemq; Jacobææ Hamburgensis ab A. 1617. Antistes, simulque Prof. Gymnasii ab A. 1621. Theologus, & Ord. Ecclesiastici ab A. 1646. Senior. ⊖. d. 16. Jul. A. 1648. æt. 77. De Vitæ ejus Historia, à Filio Johanne publicata, §. 16. diximus. 10. JOH. HUSVVEDELIUS Hamb. Scholæ & Gymn. Patriæ ab A. 1627. ad 1629. Rector, §. 24. prolixius laudatus. 11. JOACH. JUNGIUS Lubec. Med. D. Gymnasii ab A. 1629. ad 1657. Rectori, simulq; Phys. ac Log. PP. ibidem commendatus. 12. JOH. AD. TASSIUS, Vördæ in Archiepiscopatu Bremensi A. 1585. natus, Math. in Gymn. Hamb. ab A. 1629. PP. Celeberrimus, d. 4. Jan. A. 1654. (æt. 69.) mortuus, & à Pet. Lambecio, in peculiari Serm. Parentali (cujus Fragmentum cum reliquis ejus, A. 1660. prodiit Orationibus) laudibus summo ipsius Ingenio, & Meritis in Rem Literariam ac Philosophiam accuratiorem, debitis mactatus. 13. M. MART. LUDEMANN, Scheppenstadio-Brunsvicensis, Log. & Metaph. ab A. 1629. ad 1639. PP. ac deinceps, ad A. usque Emortualem 1671. Vicinæ Insulæ Altvverderensis Parochus. 14. HENRIC. VAGETIUS Hamb. Scholæ initio Patriæ Præceptor, deinde autem in Gymn. ab A. 1629. Lit. Human. PP. Genuinus J. Caselii Discipulus, ob

Qq 4 Doctri-

(160.) *Conf. de illo* §. 24.

Doctrinæ præstantiam tum à Conringio (161.), à Vinc. Fabricio, Poeta Seculi nostri cultissimo (16 & Joh. Blomio, Bibliothecario Reip. Hamb. eru sed αὐτόχειρι (163.), Discipulis suis commend d. 4. Jun. A. 1659. 15. PET. BRUNIUS Lu J.U.D., Eth. & Polit. PP. A. 1651. exeunte electus A. 1663. etiamnum superstes; 16. ÆG. GUTBI Weissensea Thuringus, Th. D. LL. Or. ab A. 1 Interpres dexterrimus, morbo Chronico Ufhofi Proficia Natali d. 27. Sept. A. 1667. (æt. 50.) ex ctus: Ὁδηγὸς Juventutis ac Literaturæ Orient ac Syriacæ imprimis, adyta peritissimus pariter a Indefessus. 17. PET. LAMBECIUS Han J.U.D., Hist. ab A. 1652 PP. & ab A. 1660. Gyn sii Rector, A. 1662. Vindobonam digressus, de *Cap.* 8. plura diximus (164) 18. MICH. K STENIUS Berona Moravus, (falso enim G.M. nigius (165.) Danum, Lucas autem Schröckius (166.) Hamburgensem esse tradit) Med. D. Mat os ab A. 1655., Physices autem & Poëseos ab A. 1 Vates ingeniosus ac Venustissimus, Hamburgi de frustra eum ad se pertrahere sunt conatæ A miæ Viadrina, Julia, Marpurgensis, Rinte sis, Rostochiensis atque Tübingensis, Aula item strroviensis ac Civitas Uratislaviensis) d. 2. Ma 1678. (æt. 58.) exstinctus. J. Balth. Schuppio (*Alter* audit *Virgilius*, Thom. Bartholino (168.)

(161.) *in Ep. ad Iustum à Dransfeld, collectioni illius Ep rum Caselii novissima A. 1687. præfixa.* (162.) *in Po atq; Epistolis, non uno in loco.* (163) *in Or. Parentali,* Νυχθημέρῳ, *per Vagetium illustrato, A. 1659 adjecit.* (*§. 6. & 7.* (165) *in Bibl Vet. & Nova p.* 446. (166.) *in Wel chiana p.* 68. (167.) im Unterrichteten Studenten *pend. Opp. p.* 246.

haud infimi Spiritus, Stan. Subienicio (169.) *Vir inter doctissimos in Urbe Hamb. merito ponendus*, & Vinc. denique Placcio (peculiari programmate suas ei laudes admenso) (170.) *Vir doctrinæ incomparabilis, ac Poeta seculi nostri facile summus.* 19. JOH. MÜLLER Hamb. J. U. D. & Matheseos ab A. 1660. ad Emortualem 1671. PP. 20. RUD. CAPELLUS Hamb., Th. D., Eloqu. ab A. 1660, L. Gr. autem & Hist. ab A. 1675. PP d. 20. Apr. A. 1684. (æt. 50.) 21. MART. FOGELIUS Hamb., Med. D. & in patria Practicus, A. 1675. d. 11. Jan. Log. & Metaph. PP. electus, & d. 21. Oct. morte immatura (A. æt. 41. exstinctus: Discipulorum Joach. Jungii Princeps, ingenio excellenti, Judicio exquisito ac Doctrina multiplici, plerisq; Civium superior. 22. VINC. PLACCIUS Hamb. J. U. Lic. Eloq. & Philos. Pract. ab A. 1675. PP. etiamnum superstes, ob *eruditionem singularem, cum probitate conjunctam*, à Gothofr. Voigtio (171.) merito commendatus, ac de Historia imprimis Literaria, & Philos. Morali, præclare & hactenus meritus, & porro meriturus. 23. EBERH. ANCKELMANN, Patritius Hamb. Th. Lic. & LL. Or. ab A. 1675. PP. 24. HENR. SIVERUS Hamb. Math. ab A. 1675 PP. dexterrimus, Vir antiquæ virtutis ac fidei, nuper d. 10. Jul. A. 1691. defunctus. 25. JOH. VAGETIUS, Geverstorpio Bremensis, Scholæ Verdensis ab A. 1662. Rector, Log. autẽ & Metaph. Hamburgi ab A. 1676. PP. A. 1691. subiti in Ædibus ipsius Incendii Flammis misere ambustus, ac paulo post d. 12. Jun.

(168.) *in Descr. Domus Anatom. Hafn. p. 7.* [169] *in Ep. ad Nic. Heinsium, Theatro Cometico inserta.* (170.) *in Tr. de Script. Anon. c. 10. p. 76. & in Invitat. ad illos augendos p. 38.* (171.) *in Epist. ad Viros doctos Hamburgenses p. 5.*

ſtinctus. 26. GEORG. ELIEZER EDZARDUS, Esdræ Fil. L. Gr. & Hiſt. ab A. 1685. PP. 27. JOH. FRID. MAYER Lipſ. Th. D. Ædis Jacobææ ab A. 1686. Paſtor, & Theol. in Gymn. ab A. 1687. PP. Theologus ſingularis Eloquentiæ, Doctrinæ Multiplicis, & Lectionis pariter atque Famæ diffuſæ. 28. M. GERH. MEIER Hamb. Ordinis hactenus Philoſophici in Acad. VViteb. Adjunctus, nuper d. 22. Dec. A. 1691. Log. & Metaph. in Gymn. patrio PP. electus. 29. CASſt. BÜNSSINGIUS, Scholæ Cathedralis Bremenſis Conrector, Math. PP. eodem d. 22. Dec. A. 1691. deſignatus. Rectoratus Gymnaſii, quem *Iac. Reneccio* A. 1612. *Iac. Fabricio* A. 1614. *Pet. Laurembergio & Henr. Rumpio* A. 1616. *Zach. Scheftero* A. 1620. *Ioh. Huſvvedelio* A. 1627. *Ioach. Jungio* A. 1629. & *Petro* denique *Lambecio* A. 1660. commiſſum eſſe monuimus, A. 1675. quo illud inſtaurabatur, Annuus cœpit eſſe, & ordine jam à ſingulis adminiſtratur Profeſſoribus.

XXVII. Communis eſt Scholæ atque Gymnaſio *Logica Hamburgenſis*, in uſum utriuſque, juſſu Senatus, à JOACH. JUNGIO conſcripta, & 6. Libris comprehenſa. Prodiit illa Hamburgi A. 1638. (172.) & A. 1681. à Joh. Vagetio, cum nonnullis Autoris Emendationibus, ac ſua de illius præ aliis Syſtematis Logicis Prærogativa *Admonitione*, denuo eſt recenſita. Divulgatum eſt etiam in Uſum Scholæ Publicæ, An. 1641. & 1657. (173.) *Compendium* ejus Ἀνώνυμον, inque illius locum A. 1682. ſubſtituta JOH. VAGETII *Logicæ Generalis Synopſis, ex Logicarum Communium, Iungii præcipue & Kirchmanni,*

(172.) *in 8vo.* (173.) *in 8vo.*

manni, Præceptis, facillima tantum & maximè necessaria breviter proponens, itidem sine nomine Autoris eod. A. 1682. (174.) impressa. Plerisque aliis Voluminibus Logicis, ab Institutionibus his Jungianis, Mathematicam pene sectantibus Evidentiam, palmam (in Doctrina imprimis Notionum, Consequentiarum, Demonstrationis, &c.) extorqueri, nec immerito multa superflua, aut minus recte antehac tradita, vel omitti in iis, vel emendari, Censores periti atque Candidi haud inficiabuntur. Ostensum est hoc ab ipso Jungio, in Schediasmate *de Logicæ Hamb. Præstantia*, Inedito, quod cum reliquis forte illius MStis, in Ædium Vagetii, publicare ista aggressi, Incendio, nuper periit. Ostensum & à Discipulorum (quos inter Mart. Fogelius, Christ. Bunckius (*Poliater Hamb.*) Henr. Siverus, VVoldechus VVelandus, Verdensis, & J. Vagetius eminuerunt) quibusdam, MART. FOGELIO sc. in Tr. *de Logicæ Hamb. supra cæteras omnes, hactenus editas, Prærogativa, Demonstrationum aliquot Euclidearum Analysi remonstrata*, Inedito, & *Scholiis atque Animadversionibus* in eandem affectis (175.) VINC. PLACCIO *in Tabulis in Logicam Hamb.* MStis (176.) JOH. BLOMIO *in Manuductione* ad eandem affecta (177.) & JOH. VAGETIO tandem *in Admonitione* paulo ante laudata. Nec à Viro sublimis adeo Ingenii, in Scientiis Theoreticis omnibus longe, quam Vulgus Philosophorum, accuratius versato,

(174.) *in 8vo.* (175. *Indicem Scriptorum Fogelii, Catalogo Bibliothecæ ejus præ*, m. (176.) *V. Lib. ejus de Arte Excerpendi p.* 195. (177.) *V. Præfat. Hexaemeri.*

versato, easdemque *ab opinionum & Sophismatum Tricis repurgare, & ad expeditam ac Epistemonicam Apodixeos firmitatem reducere*, Matheseos ope, haud infeliciter aggresso (178.) quicquam, nisi eximium, & aliorum labores longissime post se relinquens, expectari in hoc genere poterat. Joh. Scharfius sane, PP. Witebergensis, qui *Limam Logicæ Hamburgensis*, satis interdum hebetem atque obtusam, A. 1639. (179.) edidit, ac à Discipulis postea Jungii exagitatus, in *Apologetico contra Iungium Calixtum, Stumphium, &c.* A. 1654. defendere se allaboravit, non fuit Hector Peripateticus, Heroi huic opponendus, sed

Troilus infelix, impar congressus Achilli.

Ne quid tamen dissimulem, videntur è Jungii Discipulis atq; asseclis nonnulli, plus justo in Magistri sui verba jurantes, Ἀποθέωσιν illius aliquam moliri, & hoc pacto in servitutem philosophicam, Aristotelicæ, ab illo rejectæ, non admodum dissimilem, iterum prolabi. Cujus rei argumentum præbet illustre ambitiosum, quod nuperrimis *Logicæ Hamburgensis*, editor illi A. 1681. præfixit Emplema, artis Logicæ ad summū perfectionis culmen evectæ gloriam Jungio vindicans.

XXVIII. Claudam hoc caput mentione Bibliothecæ Publicæ, in usum Scholæ atq; Gymnasii, seculo hoc ineunte, auspiciis atque hortatu Sebastiani à Bergen, Consulis de patria optime meriti, (qui suam moribundus eidem legavit) fundatæ, A. 1650. in amplius translatæ Ædificium, & usibus publicis consecratæ, & ab eo tempore Bibliothecarum Frid. Lindebrogii (ICti ac Polyhistoris) Pauli Marqu. Slegelii (Poliatri) J. Ad. Tassii, Joach. Jungii, Thom. Sellii (Musici Hamb.) & Henr.

(178.) v. M. Fogelii *Memoriam illius*. (179.) *Witteb. in 4to.*

Henr. Langenbeckii (Cancell. Hannoverani) instructissimarum, ac XXIX. Voluminum MStorum, à Luca Holstenio patriæ donatorum, Accessionibus insigniter locupletatæ. Consuli de illa meretur MICH. KIRSTENII *Memoria Bibliotheca Hamb. A.* 1650. *structa*, præter Inscriptionem Metrico-Prosaicam, Poema de Facie, Structura & Picturis illius Heroicum complectens, Typisq; Jac. Rebenlini Hamburgensibus A. 1651. (180.) excusa. Male à Phil. Labbeo, in *Bibliotheca Bibliothecarum* (181.) Autoris Nomen, quod adjectum ei est, omitti, Placcius noster jam monuit (182.) Longe tamen ineptius illa à Mart. Lipenio (130.) tribuitur *Iac. Rebenlino*, Senatus Hamburgensis Typographo, Homini illiterato, è cujus Officina in lucem prodiit publicam. MStorum Bibliothecæ hujus Catalogum, in gratiam Amici, ei præfecti, ipse A. 1682. concinnavi, & ineditum hactenus, inter Chartas meas, asservo,

CAPUT XI.

De Jure Civitatis Hamburgensis Municipali, aliisq; Constitutionibus Nomico-Politicis.

§. I. SEculis ab U. C. Quatuor Prioribus Jus Municipale sibi proprium, Incolæ Hamburgenses non habuere, sed Ἐπιχώριον haud dubie Saxoniæ Transalbianæ in Judiciis sunt secuti. Seculo XII. exeunte,

(180.) *in fol. & 4to.* (181.) *p. m.* 184. (182.) *in Tr. de Scriptoribus Anonymis c.* 10. *p.* 77.
(183.) *in Biblioth. Philosophica.*

exeunte, Potestatem eos Lubecensium Jure utendi ab Adolpho III. Comite Schauenb. obtinuisse, istiusque Confirmationem XIIImo ineunte, ab Alberto Com. Orlamundensi, Adolpho IV. Com. Schauenb. Friderico II. Imp. & tandem A. 1264. à Gerhardo Schauenburgico, impetrasse Ad. Trafsigerus (1.) Cyr. Spangenbergius (2.) (Dancvverthius) & H. Meibomius Jun. (4.) contendunt. Allegantur hanc in rem Tabulæ illorum Publicæ, quæ Incolis Urbis permittunt, ut *Antiqua Lubecensium Iustitia* (quam Adolphus IV. *Ius* vocat *Susatensium & Lubecensium*) *gaudeant ac fruantur, & secundum eam in omnibus se habeant.* Diversi ab his abeunt H. Conringius (5.) & P. Lambecius (6.) quib s per *Iustitiam Lubecensium*, non Jus illorum Sciptum, sed *Potestas* potius *Pascuis*, *Sylvis*, *Fluviis*, *aliisque Bonis*, *ad Comitatum Nordalbingiæ pertinentibus*, *eodem*, *quo Lubecenses*, *jure atque pacto utendi*, intelligenda videtur. Quorum Sententiæ Phraseologiam Diplomatis à Friderico II. Imp. A. 1232. impetrati, quod totum Lambecius recitat, ponderis aliquid addere fateor, quamvis & alterius Patronis sua itidem haud desint Argumenta, eaque satis speciosa.

II. A. 1258. Jus peculiare *VVichbildicum* sive Municipale Civitati à Johanne & Gerhardo, Holsatiæ Comitibus (7) A. autem 1292. Potestas novas Leges condendi, mutandi & abrogandi, ac secundum easdē, in Librum peculiarem collectas, tales promulgandi senten-

(1.) *in Chron. Hamb. MSto, ad A.* 1227. (2.) *l. 2. Chron. Schauenb. c.* 7. (3.) *V. III. Chorogr Cimbr c.* 12. *p.* 254. 255. (4.) *in Introd. ad Hist. Sax. infer. p.* 80, 83. 84. (5) *in Comm. de Orig. I. Germ. c.* 28. *p.* 123. (6.) *in Origg. Hamb. p.* 97-100. (7) V. Lambecii *Lib. 2. R. Hamb. num.* 175.

ſententias, à quibus in ſolo denegatæ Juſtitiæ caſu provocare liceat, Magiſtratui illius ab Adolphis duobus, Gerhardo, Johanne & Henrico, Comitibus itidem Holſato-Schauenburgicis, eſt conceſſa, (8.) Hoc fretus Privilegio, Senatus Urbis, Jus iſtud, quo hodienum illa gaudet, municipale, ex Civili & Saxonico, non multo poſt congeſſit, promulgavit, & deinceps aliquoties auxit, ac mutavit (9.) Quatuor illius MSta antiqua Bibliotheca asservat publica. Editio, quam Lambecius (10.) Anno jam 1497. prodiiſſe ſubobſcure teſtatur, oculis ſe meis nondum obtulit. Hoc ſeculo in ipſa civitate Hamburgenſi ter (A. ſc. 1603. 1605. & 1681.) eſt excuſum, (11.) & Frontiſpicio illius hic Tit. præfixus: Hamburger Statuta und Stadt-Recht.

III. Inter Exegetas ejus antiquiſſimus eſt HERM. LANGENBECK Hamb. J. U. D. Reip. patriæ ab A. 1479. Senator, & ab A. 1482. ad Emortualem 1517. Conſul, meritis in illam atq; cõmercia ipſius immortalibus, plurimisq; ad exteros Legationibus, famam adeptus poſthumam (12.) cujus *Prologus* in iſtud atq; *Commentarius*, Saxonico concinnati idiomate, MSti paſſim occurrunt, & à Lambecio aliquoties ſunt allegati. ULR. WINCKELII Sen. J. U. L. & Patriæ per años XXV. Conſulis (d. 15. Feb. A. 1649. defuncti) *Scholia & animadv. in jus Hamb. Statutarium* latinæ, apud Nepotẽ cognominẽ, nobis amiciſſimũ, VINC. autem MOLLERI, eadem in patria dignitate ab A. 1599. ad Fatalem 1621. perfuncti, *Notæ* in illud apud VINC.

(8.) v. Conring *l. c. p.* 124. Dancvv. *l. c. p.* 255. & Meibomium *l. c. p.* 81. (9.) v. ad. Tratſigeri Sen. *Chron. Hamb. ad A.* 1292. Dancvv. *l. c. p.* 225. & Ad Tratſigeri Jun. *Seriem Senatus Hamb. p.* 9. (10.) *lib.* 2. *R. Hamb. p.* 224. (11.) *in* 4*to*, (12.) v. Chytræi *Chron. Sax. P.* 1. *ad A.* 1510. *p. m.* 429.

VINC. PLACCIUM delitescunt, qui & ipse *Commentarios in Ius Statutarium Hamburgense* publicè aliquoties (13.) est pollicitus. Cum Jure illud Civili, Saxonico, & Municipalibus aliis, contulerunt: 1. JAC. BLOK Hamb. J. U. L. in Disp. de *Principibus Iuris Civilis & Canonici à Statutis Hamburgensium Differentiis*, Tubingæ A. 1656. Præside Wolffg. Ad. Lauterbachio, JCto Celeberrimo, proposita, & in *IIdo Dissert.* hujus *Iuridicarum Volumine* recusa; 2. PAULUS KOCHIUS *in Specimine Collationis Differentiarum Iuris Romani, Saxonici, Statutariiq; Civitatum Bremensis, Lubecensis, Hamburgensis, Oldenburgensis, & Verdensis, serie Alphabetica disposito*, ac Bremæ A. 1676. (14.) publicato.

IV. Inter cæteras Urbis hujus Constitutiones Nomico-Politicas (quibus annumerandi etiam *Recessus*, quos vocant, Celebriores, Plebiscito A. 1529. 1603. 1605. 1612. &c. conditi) eminent: 1. Die revidirte Gerichts-Ordnungen de A. 1622. 1633. 1640. (15.) 2. Das Hamburger Land-Recht in 81. Articuln / MS. 3. *Ordinatio Ærarii Hamb.* quæ à Lambecio (16.) allegatur, Inedita, A. 1563. promulgata; 4. Lübeckische und Hamburgische Müntz-Ordnung. Lub. 1618. in 4to; Hamburger Müntz-Mandat de A. 1673. samt beygefügter Abbildung und Reduction der Müntz-Sorten / Hamb. in 4to; 6. Accis-Ordnung / Hamb. A. 1662. in 4to; 7. Banco-und Assecurations-

(13.) *in Catalogis Scriptorum suorum, Libro de Auct. Anonymis & Pseudonymis A. 1674. ac Tractatui de Actionibus A. 1679. adjectis.* (14.) *in 12mo.* (15.) Allegantur, una cum Recessibus, ab Henr. Gieseberto *in Præfat. Periculi I. Harmonia Statutorum Practica.* (16.) *in Indice Autorum, Libro I. R. Hamb. adjecto.*

tions - Ordnung. A Joh. Marquardo An. 1662. Parti sui *de Commerciorum Jure Operis IIda* est inserta; 8. Feuer- und Brand-Ordnung. Hamb. 1626. & 1637. in 4to. revidirt und erneuert: Ibid. 1640. 1641. 1643. 1646. 1661. & 1676. in 4to; 9. Wacht-Ordnung / der Feuer-Ordnung beygedruckt: Hamb. 1646 in 4to; 10. Ordnung/ durch welche die Bettler vertrieben / und die Armen unterhalten werden: Hamb. 1590. in 4to.

V. Argumenti Medico-Politici sunt Constitutiones Publicæ sequentes: 1. die Apothecker-Ordnung und Taxa; d. 3. Nov. A. 1586. gestellet: Hamb. 1586. in 4to; 2. die revidirte und vermehrte Apothecken-Ordnung/ sammt Specification der Chymischen und Galenischen Medicamenten in der Raths-Apothecke. Hamb. 1638. in 4to; 3. *Catalogus Medicamentorum, tam Simplicium, quam Compositorum, in Officinis Pharmaceuticis Hamburgensibus prostantium, jussu Senatus collectus*: Hamb. 1682. in 4to; 4. die Pest-Ordnung der Stadt Hamburg: Hamb. 1597. in 4to. Autor ejus [quem Titulus ipse indicat] est JOH. BOKELIUS Antvverpiensis, Med. D. & in Civitate initio Hamburgensi ab A. circiter 1564. Practicus, deinde ab A. 1576. PP. ejusdem in Acad. Julia, per Lustra aliquot, primus atque Primarius, ac tandem Reip. denuo Hamburgensis Protophysicus. 5. Anonymi Anmerckungen über D. Johan. Bokelii Hamburgische Pest-Ordnung: Hamb. 1663. in 4to; 6. Bericht/ wie die Medicamenten zur Præservation und Curation der Pest gebrauchet werden sollen: Hamb. 1639. in 4to. Cum Sanctionibus

(17.) Allegatur à Draudio *in Biblioth. Classica*;

de Lue Pestilenti conferri merentur duo ejusdem Argumenti scripta Historico-Medica, JOH. sc. BOKELII *de Peste, qua Civitatem Hamb. An. 1565. gravissime afflixit, Liber,* Henricopoli A. 1577. (18.) editus, & RODERICI à CASTRO, Medici in Civit. Hamb. per 7. lustra Hebræo-Lusitani celeberrimi, & *Chirone atque Æsculapio*, judice Frid. Lindebrogio (19.), majoris, *Tr. Brevis de Natura & causis Pestis, qua A. 1569. Hamburgi grassabatur, ejusque præcavendæ & curandæ ratione,* Senatui, cum nondum illa desæviisset, inscriptus, & An. eod. (20.) juris factus publici.

CAPUT XII.

DE DITHMARSIA, ejusque Historiæ ac Rerum Scriptoribus, & Iure Provinciali Novantiquo.

§. I. SOla jam ex Ducatus Holsatici Provinciis restat DITHMARSIA, in Partes II. Australem sive Regiam, & Arctoam sive Ducalem, hoc tempore distincta, de cujus Regimine per 8. secula proxima Politico, variisque illius mutationibus, *Partis I. Caput X.* (1.) potest consuli. Mappam ejus Geographicam, Anno jam 1559. Antvverpiæ editam, & in *Theatro* Abr. Ortelii *Geographico*, Lipenio teste, An. 1595. recusam, concinnavit PET. BOCKELIUS Antvverpiensis, Aulæ initio Suerino-Megapolitanæ Pictor ac Geometra, & Civis deinde Wismariensis. *Laudationem* ejus Rostochii A. 1622.

(18.) *in 4to.* (19.) *in Iambis Medicinæ ejus Muliebri præfixis.* (20.) *Hamb. in 4to.* (1.) *§. 6. p. 167. 168. 169.*

A. 1622. recitavit ac edidit (2.) PET. NANNIUS, è Gente illius Patricia oriundus. Historiam Novantiquam, post CHRIST. CILICIUM, §. 4. allegandum, An. 1638. exhibuit M. ANT. HEIMERICH, Strandfrisius, Parochus in Insula Natali Mohrensis, in Libello Vernaculo, Slesvigæ (3.) excuso: Dithmarische Chronica, darinn / nebst der Landes-Beschreibung / die Geschichte / so sich vor erlangter / bey gehabter / und nach verlohrner Freyheit / in drey Büchern / auß glaubwürdigen Nachrichtungen verfasset werden. Liber I. Dithmarsiam sistit Priscis Comitibus subjectam. II. dus eandem sub Aristocratico Regimine Liberam. III. ius denique à Ducibus Holsaticis subactam; singuli verò Historiæ profanæ aliquam etiam Ecclesiasticæ Notitiam adjungunt. ADAMUM etiam TRATSIGERUM, J. U. D. & Adolphi, D. Hols. Cancellarium, Brevem de Dithmarsorum Historia, & cum Familia Holsatica Controversiis, Narrationem circa An. 1559. quo Bellum iis inferebatur, edidisse, ex verbis hisce Epistolæ, à Joh. Caselio A. 1582. ad illum scriptæ (4.), colligo: *Ab eo usque tempore, quo primum legi, quæ de Dithmarsia erudite & diserte annotata una pagina explicaveras, te colui, nec ante visum, nec ex eo tempore.*

II. Lucem publicam, ex Historiæ Dithmarsicæ Monumentis, nondum viderunt: 1. *Cantilenæ* Saxonicæ de Rebus Dithmarsorum gestis vetustæ, quarum Syllogæ inter MSta Biblioth. Hamb. Linde-

 bro-

(2.) *in 4to.* (3.) *in 12mo.* (4.) Præfixa est Nath. Chytræi *Nomenclatori Latino-Saxonico*, & recusa in Joh. Caselii *Epistolis Rostochiensibus*, ab H. Vagetio editis, p. 170-173.

brogiana occurrit; 2. JOH. RODII Londinensis, *Breve*, quod ibidem asservatur, *Chronicon Rerum Dithmarsicarum ab A. 1146. ad 1475.* Saxonicum; 3. JOH. NEOCORI *Ettahulphidis*, Dithmarsi, Parochi ab A. 1590. Büsani (5), Dithmarsische Historische Geschichte; 4. M. STEPH. MOLTICHII, Burga Dithmarsi, in Civit. Hamb. d. 3. Apr. A. 1654. defuncti, *Antiquitates*, quæ ab Heimreichio (6) allegantur, *Dithmarsicæ*.

III. *De Civitatibus in Dithmarsia Hanseaticis* Libellum NIC. RAIMARI URSI Alb. Bartholinus & Lipenius allegant (7). Sed, cum Dithmarsia, præter Meldorpium, Londinū, Heidam & Brunsbütteliam, Vicis, non oppidis, annumerandas, nullas urbes alias complectatur, loca autē ista in Fœdus Hanseaticum nunquam sint admissa, impositum illis esse à Catalogis, quos frequenter exscribunt, proletariis, conjecto. Raimarus iste Henstedæ in Dithmarsia natus, an *Ursi* Agnomen Gentilitiū habuerit, ignoro. Ipse certe ad illud allusit, dum suo *de Systemate Mundano*, adversus Tych. Braheum, Chr. Rohtmannum & Helisæum Röslinum, *Tractatui*, Pragæ A. 1597. excuso, verba hæc Hoseæ (8) præfixit: Ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς Ἄρκτος. Subulcus Ἀναλφάβητος fuit ad A. usque ætatis XVIII, quo horas, quas Porcorum Custodiæ suffurabatur, succisivas legendi atq; Literas pingendi Exercitiis cœpit impendere (9). Nihilo tamen minus ope Ingenii, quo pollebat, solertis, non Linguas solum, Græcam, Lat. atq; Gallicam, sed Mathesin etiam ac Astronomiam [in quibus Præceptorem habuit

(5) V. Ant. Heimreichii *Catal. Autorum, Chronico Dithmarsico præfixum.* (6) *in Catalogis Autorum, quos Chronicis Frisico ac Dithmarsico præfixit.* (7) V. *quæ Cap. VI. §. 12. de illo attulimus.* (8) *Cap. XIII. v. 8.* (9) Heimreichii *Chron. Dithm. p. 286.*

habuit Justum Byrgium Helvetium, Philippi & Mauritii, Hassiæ Landgraviorum, Mechanicum,] aliasq; scientias Philosophicas, brevi, & plerasque quidem αὐτοδίδακτος, sibi reddidit familiares. *Scholas* enim, uti ipse in Libro paulo ante laudato (10), *Rusticum* se vocans *Dithmarsum*, testatur, *uti sus hortum percurrit, & vix à limine salutavit, sed à Stiva illico, singulari quodam fato ac genio, in Remp. literariam irrupit.* Homo certe fuit admodum ingeniosus, & in Antiquorum etiam lectione versatus, sed doctrinæ indigestæ, Styli haud satis castigati, & vere, quod Nasonis de Ennio est Judicium, *Ingenio maximus, Arte rudis.* E Patria digressus, vitam juvenum nobilium Informatione in Dania A. 1584. [quo cum Hero suo, Erico Langio, Uraniburgum ad Tych. Braheum excurrit,] in ultimis autem Pomerariæ versus Poloniam finibus, A. 1585. toleravit. Illic à se jactat esse inventum novum Systema Astronomicum, à Tychoniano parum discrepans, ob quod Wilhelmo Hasso A. sequ. 1586. Cassellis detectum, Controversia inter eum ac Tychonem est enata, alterq; alterum Plagii insimulavit. An. 1588. & 1589. Mathesin, Dav. Wolckenstenii, Professoris illius, permissu, Argentinæ privatim docuit; & *Fundamentum Astronomicum*, Auditorum sumptu, publicavit. In aulam deinde Rudolphi II. Imp. delatus, Astronomum ejus, & Matheseos etiam, teste Gassendo (11), in Pragensi Academia egit Professorem, ad A. usq; 1598. quo Tychonis, eodem à Cæsare evocati, veritus præsentiã, clam alio se subduxit, ac non multo post vivis excessit (12).

Rr 3 IV.

(10) *lit. G. 1. a.* (11) *l. 1. de Vita Tych. Brahei p.* 159. (12) V. Gassendum *l. c. p.* 166. & subjunctam libro illius Joh. Jessenii *de Tychone Orationem p.* 231.

IV. Belli adversus Dithmarsos Novissimi, An. 1559. à Friderico II. Daniæ Rege, & Joh. ac Adolpho, Ducibus Holsatiæ, auspicato gesti, Historia à non uno Scriptore est consignata. Præferendi sunt cœteris, tanquam Αὐτόπται, & Consiliorum omnium Participes, Scriptor Anonymus Libelli de illo Vernaculi, Typis Rihelianis Argentinæ An. 1569. (13) excusi [warhafftige Verzeichniß deß Krieges / welchen Fridericus II. K. in Dennemarck / und Joh. und Adolphus, Hertzoge zu Holstein / An. 1559. wider die Dithmarischer geführet /] & CHRISTIANUS CILICIUS Cimber, *Veræ Belli Dithmarsici, An. 1559. gesti, Descriptionis, Libris II. comprehensæ*, & Henr. Ranzovio inscriptæ, seorsimque Basileæ A. 1570. & Argentinæ A. 1574. (14), cum *Chronico* autem *Regnorum Borealium* Kranziano Francofurti A. 1575. & 1583. (15), impressæ, Autor ψευδώνυμος. Narrationis Vernaculæ Autor esse creditur (16.) JOH. RANZOVIUS, Trium Daniæ Regum in Ducatibus Cimbricis Vicarius, & Friderici II. tum in aliis Expeditionibus, tum in Dithmarsica hac, Archistrategus, *Parte I.* jam commendatus (17). Sub *Christiani* autem *Cilicii* [qui in *Præfat.* Itzehoæ A. 1569. scripta, Henr. Ranzovii se ait esse Domesticum, & ab illo maximam Historiæ partem accepisse] larva non Johannes, quem modo laudabamus [uti Jac. Aug. Thuanus (18), & Casp. Sagittarius, illi credulus (19), conjectant,] sed ipse delitescit HENR. RANZOVIUS, Joh. Fil. Pro-Rex Cimbricus, pari Literarum &

(13) *in 4to.* (14) *in 8vo.* (15) *in fol.* Conf. *P. I. c. 4. §. 5. p. 35.* (16) V. Henr. Giesberti *Periculum Harmoniæ Statutorum Practicæ, Introd. III. p. 39.* (17) *c. 14. §. 8. p. 223-226.* (18) *in Catalogo Autorum, quem Libro Hist. suæ 22do præfixit.* (19) *in Historia Rensburgi §. 71. p. 38.*

& Armorum gloria Illustris. Illi enim & *Hypotyposis* Pet. Lindebergii *Ranzoviana* (20), & *Comm.* ipsius Ranzovii *Bellicus* (21), Libros hosce, *Historiam Dithmarsicam accurate non minus, quam doctè atq; elegan- ter*, Joh. Is. Pontano (22) judice, *executos*, verbis disertis asserunt. Liber I. Statum Europæ, qualis An. 1559. fuit, & Antiquiorem, cum Cimbriæ, tum Dithmarsiæ, Historiam breviter exponit; Secundus autem Res in ipso Bello An. 1559. gestas prolixe atque accurate enarrat. Commentariis Heroum istorum Prosaicis jungi merentur Latina HIERON. OSII Thuringi, & CASP. ENSII Lorchensis, de Bello hoc Poëmata, Scriptumq; Osianum ejusdem Argumenti Germanicum, quorum Titulos atque Historiam *Parte I.* (23) jam exhibuimus. In *Tomo* etiam Syntagmatis scriptorum Historiæ Germanicæ, à Sim. Schardio collecti, *Tertio* Narratio illius Latina occurrit, ex *Libro* Cilicii *Secundo*, nisi memoria me fallit, decerpta. Cataclysmi, qui Dithmarsiam Borealē d. 11. & 12. Oct. A. 1634. inundavit, Historiam MStam, ab Autore incerto Vernaculo consignatam Idiomate, inter Chartas meas ipse nuper offendi.

V. Doctrinæ Lutheranæ primus in Dithmarsia fuit Præco, & Ecclesiæ protestantium universæ Protomartyr, HENRICUS ZUTPHANIENSIS, cui J. P. Resenius (24) MOLLERI cognomen solus attribuit. Antistes is fuit initio Cœnobii Augustinianorum Antvverpiensis, suoque exemplo ac Monitis Monachos hujus omnes ad Doctrinam Lutheri [à quo Th. Baccal. Witebergæ A. 1521. est creatus (25)]

 am-

(20) *cap. 3.* (21.) *p. 95.* (22) *in Chorogr. Daniæ p. 786.* (23)
(23) *c. 12. § 4. & 5. p 182. 183. 184.* (24) *in Luthero Triumphante p. H. 3. b.* (25) V. Gotfr. Suevi *Acad. Witeb. p. Ccc. 4. a. Ddd. 1. a.*

amplectẽdam permovit. Quam ob causam, Cochlæo (26) teste, & Monasterim istud solo est æquatum, & ipse *Hæresin Lutheranam* publice coactus abjurare, cumq; paulo post ad eandem esset relapsus, ultimo destinatus supplicio, Istud, carcere effracto fuga evitavit, &, Witebergam elapsus, Luthero & Melanchtoni aliquamdiu admodum fuit familiaris (27) Bremam hinc A. 1522. abiit, &, Archiepiscopo, Canonicis ac Monachis incassum obnitentibus, in templo, cui Senatus eum præfecerat, Ansgariano Doctrinam protestantium integro proposuit Biennio. Brema A. 1524. sponte sua [fallitur enim Nic. Heldvaderus, qui (28) relegatum, esse perhibet,] Nicolai Bojen Parochi, & aliorum incolarum, rogatu, Meldorpium Dithmarsorum, M. Novembri exeunte, discessit. Cum duas illic Hebdomadas vix exegisset, &, spreto Procerum Dithmarsicorum interdicto, ter quaterve adversus Pontificios publicè esset concionatus, Coloni 500. à Monachis instigati, nocte eum concubia d. 10. Dec. Meldorpio Heidam abduxerunt, & die sequenti, plurimis affectum vulneribus, ac crudeliter excarnificatum, concremarunt, eo, uti Heimreichius (29) observat, in loco, in quo postea A. 1559. ferali ab Holsatis clade sunt multati. Ad A. 1523. hoc ejus Vivicomburium male referunt Scholastici Neuhusiani, ab Ad. Contzenio, Jesuita (30), recte

(26) *in Actis & Scriptis Lutheri, ad A.* 1524. *fol.* 125. *b.* 126. *a.* Conf. Laur. Surii *Comm. Historicum, ad A.* 1524. *p.* 173. (27) V. Joach. Camerarii *Vitam Phil. Melanchtonis p. m.* 97 98. (28) *P. II. Sylva Chronol. p.* 65. (29) *in Chronici Frisiæ Borealis Edit.* 2*da, l.* 3. *c.* 4. *p.* 232. 233. (30) *in Chronologia Iubilæi Evangelici,* p. 71. 72.

recte confutati, & Johan. Crispinus, qui (31) inepte in *Urbe Dithmar* scribit esse exustum, provinciamq; integram in unicum transmutat oppidulum. Variis Henricus proscinditur Convitiis à Scriptoribus Romano-Catholicis, J. Cochlæo, L. Surio, Ad. Contzenio (32) & nostro deniq; Ludolpho Naamani, Minorita Flensburgensi, qui (33) *Henricum* eum vocat **van Seckenbergen**/ ceu impurum scortatorem traducit, ac in Hæreticos Bremenses invehitur, quod, cum cadaver illius totum ab igne haud esset absumtum, cremari illud miraculo quodam haud potuisse affirmarint, ac ossa, ceu Reliquias Sanctissimas, collegerint. Honorificam contra ejus mentionem, Phil. Melanchtonis exemplo, Biographiæ hujus (34) inseruit Joach. Camerarius, cui *Vir* audit *Gravis atque Constans*, *& Doctrina egregie instructus*, *magnanimus quoque sed & sapiens, perquam modestus*, *optimus atque Sanctissimus*, *& valde à Philippo dilectus*. Totam Martyrii ejus, & reformationis simul Ecclesiarum Bremensis atque Dithmarsicæ, ab ipso inchoatæ, Historiam LUTHERUS ipse Scripto hoc complexus est Vernaculo, Ecclesiæ Bremensi dedicato, & Witebergæ A. 1525. (35.) excuso: **Historie von Bruder Henrich/ in Didmar verbrandt; samt dem 10. Psalm außgelegt.** Recusum est illud in *Tomo Operum* Lutheri *Germanicorum Witebergensi Ulto* (36), & *Jenensi Tertio* (37). Versio Latina à Joh. Aurifabro *Tomo Epistolarum Lutheri Secundo*, Francofurti ad

 Vi-

(31) *in Actionibus & Monumentis Martyrum Evangelicorum, fol.* 42. (32) *locis num* 26. *&* 30. *allegatis.* (33) in Tr. MS. tegen de Martinische Lehre. (34) *p.m.* 97. 98. (35) *in* 4to. (36) *p.* 382-389. *Ed. Witeb.* 159. *in fol.* (37) *fol.* 27-35.

Viadrum A. 1597. (38) excuso est inserta (39). Post Lutherum ejusdem proposuerunt Historiam LUD. RABUS Theol. Argent. in *Historiæ Martyrum* Vernaculæ *Parte II.da* (40) D. JOH. LANGE, scriptor mihi ignotus, in *Historia Henrici Zutphaniensis*, quæ ab Ant. Heimreichio (41) allegatur, Vernacula. JOH. CRISPINUS *in Actionibus & Monumentis Martyrum Evangelicorum*, A. 1560. Genevæ editis. (42) HENR. PANTALEON *in Continuatione seu Parte II. Historiæ Martyrum Joh. Foxi* (43), PAULUS CROCIUS *in Martyrologio Magno Germanico* (44), ANT. HEIMERICH *in Lib. Chronici Dithmarsici II.do* (45), & novissime, ut alios taceam, Vir Illustris, VITUS LUD. à SECKENDORF, *in Comm. de Historia Lutheranismi Anti-Maimburgiano* (46) *Articuli de Peccato & Natura Hominis Corrupti, Lege, Evangelio, Justificatione, & Charitate seu bonis operibus*, quos Henricus, ceu fidei suæ Confessionem, Archiepiscopo Bremensi obtulit, & ad Synodum Provincialem Buxtehudanam A. 1524. transmisit, excusi sunt Bremæ An. 1526. recusi vero seorsim Magdeburgi A. 1600. (47), & cum Scholiis M. Jac. Fabrici Sen. Superint. Holsatici, A. 1606. *in Partis Progymnasmatum* ejus *Theologicorum Generalis Agone XXXmo* (48). Antistitum, qui in Dithmarsia Henrico ad nostra usque tempora successere, Lutheranorum Recensum *Chronicon* Heimreichii *Dithmarsicum* exhibet. *Confessio de Eucharistiæ Sacra-*

cra-

(38) *in 4to.* (39) *p.* 258-268. (40) *p.* 126-141. *Edit. Argent.* 1558. *in 4to.* (41) *in Catal. Autorum, quem Chronico Dithmarsico præfixit.* (42) *fol.* 41. 42. (43) *lib.* 2. *p.* 35-38. *Ed. Basil.* 1563. *in fol.* (44) *p.* 174 175. *Edit. Hanov.* 1617. *in fol.* (45) *c.* 7 *p.* 150-161. (46) *p.* 424. 425. 426. *Edit. prioris.* (47) *in 4to.* (48) *Slesv. in 4to.*

cramento, A. 1556. à Provinciæ hujus, Presbyterio ſcripta, & à XLII. Eccleſiæ Miniſtris ſua approbata Subſcriptione, cum aliis Eccleſiarum Saxonicarum de eodem Articulo Controverſo Confeſſionibus, A. 1557. curante Joach. Weſtphalo, Theologo, Hamburgenſi, prodiit, & in Sylloge harum Magdeburgenſi (49) comparet.

VI. Privilegiorum Dithmarſiæ, quibus olim ante amiſſam libertatem gaudebat, Vetuſtorum Sylloge in Biblioth. Hamb. inedita ſupereſt Saxonico-Latina, à M. GUNTHERO WERNERO, Secretario illius circa A. 1524. Provinciali, acerrimo Henrici Zutphanienſis Adverſario, congeſta. Jus illius, libertate etiamnum gaudentis, *Provinciale* Antiquum [dat Dithmarische Land-Book] A. 1447. Scripto Saxonico eſt comprehenſum, incolis prælectum, ab omnibus approbatum, & non multo poſt promulgatum. An. 1480. idem novis aliquot Articulis eſt auctum (50) An. 1485. autem luce publica, Typorum Beneficio, donatum (51). Recudi illud, ut injurios in ſe fuiſſe Concives oſtenderet, ac Chriſtianum III. R. Daniæ adverſus eos concitaret, A. 1539. [ſub Tit. Copie auß dem Landes-Buch zu Dithmarschen / nach dem rechten Original, beſtehend in 245. Articuln (52) curavit WIBIUS PETRÆUS, ex Cive Meldorpienſi Patriæ Univerſæ, ob latam adverſus ſe ſententiam Forenſem, Hoſtis, Latrociniis atque Piratica Sympatriotis per annos complures infeſtus, ſed in templo tandē Helgolandiæ Globo ab iis Æneo A. 1545. traſectus, ac poſt obitū decollatus (53).

VII.

(49) *fol.* R. 6. 7. 8. & S. 1. 2. (50) V. Heimreichii *Chron. Dithm. l. 2. c. 3. p.* 106. 107. (51) in fol. V. Henr. Gieſtberti *Periculi I. Harmoniæ Statutorum Practica*. (42) *in 4to.* (53) V. Heimreichium *l. c. lib. 2. toto cap.* 10. *p.* 191-201.

VII. *Jus Provinciale Dithmarsiæ*, à Ducibus Holsaticis subjugatæ, Novissimum [das neue Dithmarische Land-Recht/] Auspiciis Friderici II. Regis, & Patruorum ejus, Johannis ac Adolphi, A. 1567. Die quæ Festum Omnium SS. sequebatur, Dominica, promulgatum, integro post Seculo 1667. Glückstadii(54), cum Indice, & constitutionibus quibusdam Regiæ Parti propriis, in lucem prodiit. Cum solo illud Jure Justitianeo confert THOMÆ JUNGII Dithmarsi *Diss.* Brevis de *Convenientia ac Differentia Juris Civilis & Dithmarsici*, Helmstadii A. 1672. (55) edita, & Præside D. Georg. Engelbrecht publice defensa; cum isto autem pariter atque divino, & Legibus Gentium Saxoniæ, Germaniæ ac Septentrionis Novantiquis, HENR. GIESEBERTI, Demmino Pomerani, Toparchæ in Dithm. Boreali Feddringensis, A. 1677. [æt. 73] etiamnum superstitis, *JCti* Rachelio (56) judice, *Eximii*, *Harmonia Statutorum Practica Quadripartita*. *Periculum* hujus I*mum* [*in quo exquisita instituitur juris Dithmarsorum Novissimi comparatio cum Jure Communi, Divino & Humano, maxime Romano, Cæsareo, Teutonico, tum etiam Antiquioribus hujus Populi vicinorumque Statutis, imprimis cum Teutonum Antiquis, & Saxonici superioris ac inferioris, omnisque reliqui Maris Balthici circuli, præcipuis præsentibus legibus specialibus, & Declaratio ex Recentissimis practicorum scriptis adjicitur*] Lubecæ A. 1652. (57) cum Epistolis JCtorum Gryphiswaldensium & D. Bened. Carpzovii ad Autorem Encomiasticis, *II. dum* autem [*Patrocinium Personarum, maxime minorum, in Tutela & Cura*,

(54) *in 4to.* (55) *in 4to.* (56) *in Introduct. ad jus Publ. pag.* 4. (57) *in 4to.*

Cura, modosque rerum lucrose acquirendarum absolvens] Hamburgi A.1665. prodiit. An *Tertium, rerum onerose acquirendarum modos* ac *Quartum, Delictorum Privatorum Jura* expediens, itidem sint edita, uti in *Catalogo Nundinarum Anni 1659. Autumnalium* traditur, ambigo. Diligantiæ laboriosæ, ac πολυαναγνωσίας in *Statutaria*, quam vocant, Jurisprudentiæ monumentis plusquam vulgaris, laudem, cum pericula hæc, tum *Justinianus*, qui Lubecæ A. 1670. prodiit, *Harmonicus*, & *Devteronomion Harmonicum*, Francofurti A.1677. excusum [in quibus institutiones Justinianeæ & juris Mosaici pandectæ parili aliarum legum collatione illustrantur,] Autori suo extra ullam vindicant controversiam. Sunt tamen, qui judicium in vastis istis operibus paulo exquisitius, ac majorem in statutorum singulorum rationibus atque momentis expendendis, & causis discrepantiæ curiosius pervestigandis sollicitudinem & accurationem, non immerito desiderant. Addam Judicium hanc in rem Morhofianum (58), istoque, velut Gemmula quadam pretiosa, totam Isagogen obsignabo: *Statutorum omnium Harmoniam conficere, operosa quidem res est, sed tamen utilis. - -- Velim illam rem à quopiam Nomothetices perito tractari, atque ex ejus principiis doctrinam illam statutorum proponi. Nam Gieseberti opera tantum tumultuaria est, neque multum rem istam ornat. Quorsum enim facit loca parallela tam sollicite notasse? Utilius esset, si discrepantiæ majori cum cura notarentur. Giesebertus quidem majora animo movit, sed hic ipsi subsistendum fuit.*

APPEN-

(58) *in Lect. MSS, de Notitia Autorum c. 26.*

APPENDIX.

τῶν

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΈΝΩΝ

PARTIS PRIMÆ.

CAp. III. §. 10. p. 26. Rei Majorum nostrorum Numerariæ plurimum lucis afferent Meletemata Viri Ampliss. & in hoc Literaturæ Genere paucis secundi, OTT. SPERLINGII, Consil. Danici, de *Nummis Gothicis* Inedita, & quæ Idem de Rarioribus se Thesauri Regii Numismatis, ipsius Augustissimi Regis nostri auspiciis, Hafniæ jam commentari, nuper nobis significavit.

Cap. IV. §. 2. p. 31. Circa Annum Saxonis Emortualem à Stephanio, ac aliis Scriptoribus Danicis, diversi abeunt Nic. Heldvaderus & Joh. Svaningius Junior. E quibus ille (1) A. 1190. hic autem A. 1207. vel 1208. Historicum istum Regni Patrii Principem credit obiisse. (2)

Cap. IV. §. 2. p. 33. Vetus Epitomator Saxonis Anonymus, hactenus Ineditus, à Doctiss. *Historiæ Sveonum ac Gothorum Ecclesiasticæ* Scriptore, Claudio Ohrnhiälmio (3) allegatur.

Cap. IV. §. 6 p. 36. Chronologiam Historiæ Regni Danici, & cœterarum Regionum Borealium, plurimum haud dubie illustrat *Chronologorum Scandianorum* Novantiquorum *Systema*, à STEPH. JOH. STEPHENIO congestum, quod Idem Ohrnhiälmius aliquoties (4) laudat, & MStum à se asservari testa-

(1) *P. I. Sylva Chronol. p. 36.* (2) *V. Chronol. Danicam p. 81.* (3) *Lib. 1. c. 6. p. 16.* (4) *Lib. 1. c. 23. p. 77. & Lib. 4. c. 1. p. 385.*

teſtatur. Ipſe etiam ſimile *Opus Regnorum Scandianorum Chronologicum* pollicetur.

Cap. V. §. 7. p. 51. HENR. RANZOVII Libellum, cum *Pars Iſagoges* hujus *Prima* ederetur, nondum mihi viſum, Hamburgo ſub finem Anni Superioris, inſpiciendum transmiſit Per-Illuſtris Studiorum meorum Patronus, FRID. CHRIST. L. Baro à KIELMANSEGGE, in cujus ille Theſauro Librario Ampliſſimo aſſervatur. Quinque tantum conſtat octernionibus, & hoc gaudet Titulo: *Libellus de Origine, Fortitudine Rebus Geſtis & Fidelitate Cimbrorum, partim Proſa, partim Carmine, collectus è diverſis Autoribus, & è Biblioth. Bredembergenſi depromptus, inque publicum editus, opera ac Sumptibus Henr. Ranzovii. Acceſſerunt nonnulla alia Epigrammata lectu non injucunda: A. 1594. in 8vo.* De Cimbrorum gente & Expeditione paucula tantum Taciti, Strabonis, Ptolomæi, Plutarchi, Flori, Valerii Maximi, Sidonii & Wolfg. Lazii Teſtimonia, foliis quatuor prioribus, ſine Exegeſi, recitantur. Partem Libelli reliquam ac potiſſimam occupant Joh. Lauterbachii, Georg. Lud. Frobenii, Pet. Lindebergii. Jonæ Elverfeldii, aliorumque Poëtarum, in laudem Cherſoneſi Cimbricæ, Incolarum illius ac Familiarum Nobilium, præſertim Ranzoviæ, ac præclare ab his geſtorum, Elegiæ atque Epigrammata.

Cap. VII. §. 14. p. 133. CASP. DANCWERTHII *Chronicon* Ineditum *Ducatuum Slesv. & Hoſatiæ* Vernaculum, quod è Biblioth. Gottorpienſi diſparuiſſe, à Præfecto illius Celeberrimo, Dn. Pechlino, acceperam, Hamburgo, ſub finem Anni ſuperioris, Gottorpium, cum aliis MStis, remigraſſe, & lo-

& locum pristinum postliminio occupasse, ab eodem Viro πολυμαθεϛάτῳ Literis amicis, non ita pridem, sum edoctus.

Cap. X. §. 3. p. 163. Contra Albionis in Nordalbingia, Widekindi autem in reliqua Saxonia Principatum, ac Vulgatam de Regimine Gentis Saxoniæ ante Carolum M. Monarchico opinionem, Pet. Lambecius (5) Argumentis aliquot, & Testimoniis Veterum pro Aristocratia illius non spernendis, sed accuratori dignis examine, depugnat.

Cap. XII. §. 10. p. 193. Historiam Rerum, ab Augustissimo Rege nostro, Christiano V. hactenus gestarum, absolvisse, & luci publicæ destinare, JOH. LASSENIUM Pomeranum, Theologum Urbis Hafniensis Celeberrimum, Relationes Hebdomadariæ, ante Menses aliquot, me docuerunt.

Cap. XIII. §. 2. p. 196. Adolphum hunc, in Aula Anglica, Leonis, Sibi obvii, caput impune attrectasse, falso perhibet Ad. Olearius (6) & Principem hunc cum Henrico Ferreo, Comite Holsato-Schauenburgico, de quo Cypræus (7) atque alii eadem narrant, insigni ἀβλεψίᾳ confundit.

Cap. XIV. §. 5. Cum iis, quæ pro Clementis II. Natalibus Cimbricis h. l. κατ' ἄνθρωπον disputavimus, conferri possunt, quæ de eadem Controversia, in *Partis IV.* Prolegomenis, sunt allata.

Cap. XIV. §. 13. p. 241. Mentionem sui h. l. postulat *Genealogia Brocktorfiorum Morhofiana*, de qua in *Appendice παραλειπομένων*, *Parti II.* adjecta, jam dictum.

Cap.

(5) *in Origg. Hamb. l. 5-8.* (6) *in Comp. Chronici Hols. l. 6. c. 2. p. m. 95.* (7) *in Annal. Episc. Slesv. l. 2. 17. p. 329.*

Cap. XIV. §. 13. p. 245. Henr. Ranzovius, *in Libello de Origine Cimbrorum*, paulo ante laudato (8) non ſolum Stenonem atque Svantonem Sturios, Sveciæ Gubernatores, ex Familia Sturiorum Cimbrica ortos fuiſſe, oſtendit, ſed mentionem etiam injicit Eggonis Sturii, cujus atque Conſangvineorum ope Segeberga ab Obſidione, qua Henricus Leo illam premebat, A.C. 1188. eſt liberata.

Cap. XV. §. 10. p. 263. Editio Nomocanonis Prima Ripenſis, à Matthæo Brandio A. 1504. (9) impreſſa, & IX. Kal. Jun. abſoluta, Textu, cujusvis Capitis Danico, Canuti, Epiſc. Viburgenſis Verſionē Latinam, & in illum *Expoſitiones* atque *Concordantias* attexit. Titulus ejus hic eſt: *Quædam Breves Expoſitiones, & Legum ac Jurium Concordantiæ & Allegationes, circa Leges Jutiæ, per Reverendum in Chriſto Patrem ac Dominum, Kanutum, Epiſc. Vibergenſem, & Venerabilem utriusque Juris Doctorem ſuper Jutorum Legiſterium.* Toti Nomocanoni illa ſubjunguntur: 1. *Conſtitutio Waldemari Regis per Thordonem Legiferum; it. Articuli ac Correctiones Legum, quas Lille Thord Deghn, Daciæ Legifer, compoſuit, ex Conſenſu Meliorum Regni in Parlamento Danorum in Nyburgh, & Rex Voldemarus confirmavit*; 2. Conſtitutiones aliæ Regum Daniæ, à Waldemari II. temporibus usque ad Margaretæ Imperium, Sermone partim Danico, partim Latino, promulgatæ.

Cap. XV. §. 11. p. 265. Verſionem Nomocanonis Saxonicam Antiquam, Amici Beneficio, nuper inſpexi. Annum Editionis indicare nequeo. Titulo enim erat orba, & in fine mutila. Prologus Nomocanonis Rhytmis Saxonicis, Trium autem illius Li-

Ss bro-

(8) *lit. E. 6. b.* (9) *in 4to.*

brorum Textus ipse Sermone pedestri, expressus Sub finem accedebat Saxonica Anonymi de Juramento & Perjurio Admonitio.

Cap. V. §. 4. & 5. p. 46. 47. Incidi nuper in Medici vicinæ Acad. Kiloniensis Celeberrimi, J. Dan. Majoris, *Prodromum Atlanticæ, vel Regnorum Septentrionalium in Achate Albo expressorum*, Kilonii Anno nuper elapso 1691. (10.) excusum. Valde miror, Virum hunc Doctum, à quo ingentem Archæologiæ nostræ lucem allatum iri sperabam, Conjecturis quibusdam suis haud magni momenti, & Rudbeckii motum Autoritate, Novellam hujus de Cimbrica Chersoneso Sententiam, in gloriam Patriæ Injuriam, Ptolomæi & Veterum pro Ducatibus hisce Testimoniis Illustribus prætulisse, imo Erroris eos ausum insimulare. Maximam ille Schediasmatis Partem in hac consumit consumit Digressione, & veram proprieque dictam Chersonesum Cimbricam *in Extremis, supra ac Circa Lapponiam, Europæ terminis, sive in Districtibus Terrarum Citerioribus qui à Lapponia ad Mare Album, Biarmiæ ac Russiæ obversum protenduntur*, cum Rudbeckio inani labore vestigat (11) Itineris Posterorum Gomeri (quem primum Cimbrorum credit esse Parentem) è Chaldæa in infelicem hunc Septentrionis Angulum *quem nebulæ malusque Juppiter urget*, Hodœporicon peculiare, ac Migrationum ex isto in Sveciam, Daniam ac reliquam Europam, Recensum prolixum, novem continuis Capitibus (12) non ex Veterum, quibus solis fides in Controv. hac tuto potest haberi, Testimoniis, sed meris Ingenii sui Conjecturis, exhibet. In foro Physico atque Medico Conjectu-

(11) *Cap.* 13. & 15. (12) *Cap.* 13-21.

jecturas istiusmodi, si ingeniosæ sint & verisimiles, applausum aliquem seculo hoc Novaturiente mereri, & Veterum Autoritate jure nonnunquam præferri, lubentes largimur. Dispar autem est Historiæ ratio, quæ istas huic suevit posthabere, imo, si illi adversentur, omnino explodere. Nomina aliquot locorum, quæ allegantur, propria, levicula soni affinitate Cimbriæ cognata, quæ in Tractu isto Lapponiæ vicino occurrunt, cum alia desint argumenta, attendi, uti ex dialecticis *Capite III.* (13) monui, non meretur, & in Anglia etiam, aliisque Regionibus, passim sunt obvia. Eodem Argumento Onomatologico commentis suis atque fabulis fidem conciliare sunt annixi Joh. Annius, Joh. Goropius Becanus, Suffr. Petri, aliique Pseudo-Historici, quos, cordatorum omnium judicio, scopo suo excidisse, nemo ignorat.

MANTISSA
Παραλειπομένων PARTIS SECUNDÆ.

Cap. II. §. 8. p. 28. Umbaldus iste Abbas Heidenheimiensis, Wilibaldi Eystettensis Frater, diversus itidem est, meo judicio, à Doctore ejusdem Nominis Anglico, Frisiorumque Apostolo, de quo commentamur.

Cap. III. §. 8. p. 53, 55. Duplex, dum paginas hasce relego, observavi Sphalma meum, circa Annos ætatis Ansgarii, μνημονικόν. Obiit enim ille Anno ætatis non *sexagesimo* [qui in *lineam 24. paginæ 53.* irrepsit] sed *sexagesimo quarto*, ac proinde A. 816. [quo in Sueciam profectus esse falso perhibetur] non undecennis fuit [quod παρόραμα *pag. 55. lin. & 6.* observabis] sed quindecennis.

Ss 2 Cap.

(13) §. 1. p. 15.

Cap. III. §. 13. p. 66-70. Anno 946. Tres Cimbriæ Episcopatus, Slesvicensem, Ripensem & Aarhusiensem, esse fundatos, ac Haraldum, Liefdagum, & Reginbrandum iisdem præfectos, J. Svaningius Jun. (14) ex Loco Adami Bremensis illustri ὀφθαλμοφανερῶς ostendit. Testatur Adamus initium horum Jutiæ Episcopatuum incidere in Annum XII. Archiepiscopatus Adaldagi, Metropolitani Hamburgensis. At is, juxta eundem (16) A. C. 988. & Archiepiscopatus 54. vivis excessit. A quo si Computum Retrogradum exordiaris, Auspicia Archiepiscopatus ejus ad A. 935. esse referenda. Annum vero ejusdem XII. & Cimbricorum Episcopatuum Primum, non alium esse, quam Annum Æræ Christianæ 946. liquido deprehendes. Ipse tamen Svaningius paulo post, sui oblitus, Marconem primum fuisse Episcopum Slevicensem, & Haraldum isti A. 951. demum fuisse Episcopum Slesvicensem, & Haraldum isti A. 951. demum successisse, non absque insigni ἁμαρτήματι μνημονικῷ perhibet (17) Ericum, quem Cypræus, Dancvverthius, & alii primum Ecclesiæ Slesvicensis Episcopum Anno jam 934. vel 937. ab Unnone constitutum esse, falso arbitrantur, Adamus Bremensis nullibi memorat, Svaningius (18) Episcopis Ordinariis accensendum esse negat, & Stephanius denique (19.) eundem sibi esse videri cum Adami Haraldo, & Saxonis (20) Henrico, haud obscure innuit.

Cap. III. §. 14. p. 74. Cl. Ohrnhiälmius (21) Miracula Poppo-

(14) *in Prologomenis Chronol. Danica p. 23.* (15) *l. 2 Hist. Eccl. c. 2.* (16) *l. 2. c. 19.* (17) *V. pag. 23. & 69* (18) *l. c. p. 23.* (19) *in Notis ad Saxonem Gramm. p. 209.* (20) *l. 10. Hist. Dan. p. m. 189.* (21) *l. 2. Hist. Eccl. Sveo-Goth. c. 5. p. 134-137.*

Popponis, Adamum secutus, imperante Danis Erico Sveco, esse patrata existimat. Plus justo autem Historicorum de Tempore illorum Dissensum exaggerat, hæc verba subjungens (22) *Prope est, ut Danicorum Autorum illa Dissensio omnem Miraculis istis fidem detrahat.*

Cap. VI. §. 1. p. 131. Conjugio Schuldorpii patrocinatur etiam Scriptum, cujus mentionem nuper in *Tomo Monumentorum Sereniss. Principis, Rudolphi Augusti D. Brunsvic. Autographorum Secundo* (23) observavi, Vernaculum, A. 1529. excusum (24) Grund und Orsacke / worup Marqu. Schuldorp hefft syner Süster Dochter ter Ehn genammen / bewert Ern Nicolaum Ambsdorf, Licentiaten, und Ern Mart. Luthern, Doctor in der hilligen Schrifft.

Cap. VI. §. 10. p. 170. 171. 172. Quæ de Tolerantia Erroris Chiliastici h. l. Sanctissimorum Ecclesiæ Priscæ, qui eidem patrocinati sunt, Doctorum veneratione motus, disserui, nec ad Crassioris Chiliasmi trahenda sunt Hyperaspistas, nec ad illos subtilioris Amasios, qui aliis etiam Erroribus Fanaticis sunt infecti, aut Catholicam in Regno Millenario Ecclesiæ ac Reip. non Emendationem, sed πανολεϑρίαν, expectant. Horum enim Dogma seditiosum est, ac proinde non Cleri solum, sed & Magistratus Politici Censuris merito obnoxium.

Παραλειπόμενα PARTIS TERTIÆ.

Cap. III. §. 10. ad A. 1248. Judithæ Nomen Sophiæ huic Brandeburgicæ falso tribuitur ab ipso Cypræo, *in Annalibus Episcc. Slesv. l. 2. c. 4. p. 243.*

Cap. III. §. 13. ad A. 1376. Sacellum hoc sive Templum, quod Sonnichium Kule A. 1376. Cypræus tra-

 dit

(22) *p. 136.* (23) *p. 152.* (24) *in 4to.*

[illegible]et Catalogum, Tute, l. B. cujus istæ se oculis prius forte, quam meis, offerent, haud gravate illa, quo es candore, emendabis. Haud tantum illorum fore numerum, quanto *Partem I.* Incuria operarum Hamburgensium, quibus merito indignor, deformavit, spē certam mihi injicit Typothetæ atque Correctoris Lipsiensis, quam, in Octernionibus jam transmissis, perspexisse mihi videor, Diligentia.

Indicis Sphalmatum Partis Secundæ Typographicorum Continuatio.

Pag. 178 lin. 4 pro *autem* leg. *autem ad.* p. 193. l. 1. pro *Vitæ* l. *VItæ* seu *Sextæ.* p. 199. l. 15. & 16. pro *vellicarent* l. *vellicarunt.* p. 203. l. 19. & 20. pro Ordens, Gefässe l. Ordens Gefässe. p. 210. l. 14. post vocem *dissecto* omissæ sunt tres sequentes, *motu mere naturali.* p. 219. l. 13. pro *Anno* l. *Annus.*

Index Sphalmatum Partis III.

Pag. 231. l. 11. deleatur vocula finalis *est.* p. 236. l. 5. pro *allii* l. *alii.* p. 240. l. 5, pro *Anglicam* l. *Angliam.* p. 247. l. 3. pro *Chronicographica* l. *Chronographica.* p. 249. l. 13. pro *Anno Seculari* l. *Anno Seculari 1600.* p. 272. l. 12. pro *inclaruerune* l. *inclaruerunt.* p. 274. l. 2. pro *Polyatro* l. *Poliatro*; l. 12. pro *Georg.* l. *Gregorius.* p. 282. l. 25. seu penult. pro *Tractu* l. *hoc Tractu.* p. 284. l. 7. pro *Flenepoli.* l. *Flenopoli.* p. 287. l. 20. pro *Svvardum* l. *Sivardum.* p. 302. l. 8. pro *vicinase* l. *vicina se.* p. 304. l. 22. pro *In eo* l. *Is eo.* p. 307. l. penult. pro *69-6712.* l. *696-712.* p. 317. l. penult. pro *ncerti* l. *Incerti.* p. 326. l. 14. *Rickersten* l. *Rickertsen.* p. 350. l. 1. pro *quadriennil.* *quadriennii.* p. 351. l. 6. pro *Vbi* l. *Vrbi.* p. 354. l. 4. & 5. pro *Judicio* l. *Indicio.* p. 358. l. 19 pro ahe[illegible] l. gh[illegible] p. 368. l. 2. post vocem *præfectus* adde sequentia: ⊖ *M. Dec. A. 1591.*

FINIS.

APPENDIX.

τῶν

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕ΄ΝΩΝ PARTIS PRIMÆ.

CAp. III. §. 10. p. 26. Rei Majorum nostrorum Numerariæ plurimum lucis afferent Meletemata Viri Ampliss. & in hoc Literaturæ Genere paucis secundi, OTT. SPERLINGII, Consil. Danici, de *Nummis Gothicis* Inedita, & quæ Idem de Rarioribus se Thesauri Regii Numismatis, ipsius Augustissimi Regis nostri auspiciis, Hafniæ jam commentari, nuper nobis significavit.

Cap. IV. §. 2. p. 31. Circa Annum Saxonis Emortualem à Stephanio, ac aliis Scriptoribus Danicis, diversi abeunt Nic. Heldvaderus & Joh. Svaningius Junior. E quibus ille (1) A. 1190. hic autem A. 1207. vel 1208. Historicum istum Regni Patrii Principem credit obiisse. (2)

Cap. IV. §. 2. p. 33. Vetus Epitomator Saxonis Anonymus, hactenus Ineditus, à Doctiss. *Historiæ Sveonum ac Gothorum Ecclesiasticæ* Scriptore, Claudio Ohrnhiälmio (3) allegatur.

Cap. IV. §. 6. p. 36. Chronologiam Historiæ Regni Danici, & cœterarum Regionum Borealium, plurimum haud dubie illustrat *Chronologorum Scandianorum* Novantiquorum *Systema*, à STEPH. JOH. STEPHENIO congestum, quod Idem Ohrnhiälmius aliquoties (4) laudat, & MStum à se asservari testa-

(1) *P. I. Sylva Chronol. p. 36.* (2) *V. Chronol. Danicam p. 81.* (3) *Lib. 1. c. 6. p. 16.* (4) *Lib. 1. c. 23. p. 77. & Lib. 4. c. 1. p. 385.*

testatur. Ipse etiam simile *Opus Regnorum Scandianorum Chronologicum* pollicetur.

Cap. V. §. 7. p. 51. HENR. RANZOVII Libellum, cum *Pars Isagoges* hujus *Prima* ederetur, nondum mihi visum, Hamburgo sub finem Anni Superioris, inspiciendum transmisit Per-Illustris Studiorum meorum Patronus, FRID. CHRIST. L. Baro à KIELMANSEGGE, in cujus ille Thesauro Librario Amplissimo asservatur. Quinque tantum constat octernionibus, & hoc gaudet Titulo: *Libellus de Origine, Fortitudine Rebus Gestis & Fidelitate Cimbrorum, partim Prosa, partim Carmine, collectus è diversis Autoribus, & è Biblioth. Bredembergensi depromptus, inque publicum editus, opera ac Sumptibus Henr. Ranzovii. Accesserunt nonnulla alia Epigrammata, lectu non injucunda: A. 1594. in 8vo.* De Cimbrorum gente & Expeditione paucula tantum Taciti, Strabonis, Ptolomæi, Plutarchi, Flori, Valerii Maximi, Sidonii & Wolfg. Lazii Testimonia, foliis quatuor prioribus, sine Exegesi, recitantur. Partem Libelli reliquam ac potissimam occupant Joh. Lauterbachii, Georg. Lud. Frobenii, Pet. Lindebergii. Jonæ Elverfeldii, aliorumque Poëtarum, in laudem Chersonesi Cimbricæ, Incolarum illius ac Familiarum Nobilium, præsertim Ranzoviæ, ac præclare ab his gestorum, Elegiæ atque Epigrammata.

Cap. VII. §. 14. p. 133. CASP. DANCWERTHII *Chronicon* Ineditum *Ducatuum Slesv. & Holsatiæ* Vernaculum, quod è Biblioth. Gottorpiensi disparuisse, à Præfecto illius Celeberrimo, Dn. Pechlino, acceperam, Hamburgo, sub finem Anni superioris, Gottorpium, cum aliis MStis, remigrasse, & lo-

& locum pristinum postliminio occupasse, ab eodem Viro πολυμαθεστάτῳ Literis amicis, non ita pridem, sum edoctus.

Cap. X. *§. 3. p. 163.* Contra Albionis in Nordalbingia, Widekindi autem in reliqua Saxonia Principatum, ac Vulgatam de Regimine Gentis Saxoniæ ante Carolum M. Monarchico opinionem, Pet. Lambecius (5) Argumentis aliquot, & Testimoniis Veterum pro Aristocratia illius non spernendis, sed accuratori dignis examine, depugnat.

Cap. XII. §. 10. p. 193. Historiam Rerum, ab Augustissimo Rege nostro, Christiano V. hactenus gestarum, absolvisse, & luci publicæ destinare, JOH. LASSENIUM Pomeranum, Theologum Urbis Hafniensis Celeberrimum, Relationes Hebdomadariæ, ante Menses aliquot, me docuerunt.

Cap. XIII. §. 2. p. 196. Adolphum hunc, in Aula Anglica, Leonis, Sibi obvii, caput impune attrectasse, falso perhibet Ad. Olearius (6) & Principem hunc cum Henrico Ferreo, Comite Holsato-Schauenburgico, de quo Cypræus (7) atque alii eadem narrant, insigni ἀβλεψίᾳ confundit.

Cap. XIV. §. 5. Cum iis, quæ pro Clementis II. Natalibus Cimbricis h. l. καὶ ἄνθρωπον disputavimus, conferri possunt, quæ de eadem Controversia, in *Partis IV.* Prolegomenis, sunt allata.

Cap. XIV. §. 13. p. 241. Mentionem sui h. l. postulat *Genealogia Brocktorfiorum Morhofiana*, de qua in *Appendice* παραλειπομένων, *Parti II.* adjecta, jam dictum.

Cap.

(5) *in Origg. Hamb. b. 5-8.* (6) *in Comp. Chronici Hols. l. 6. c. 2. p. m. 91.* (7) *in Annal. Episc. Slesv. l. 2. 17. p. 328.*

Cap. XIV. §. 13. p. 245. Henr. Ranzovius, *in Libello de Origine Cimbrorum*, paulo ante laudato (8) non solum Stenonem atque Svantonem Sturios, Sveciæ Gubernatores, ex Familia Sturiorum Cimbrica ortos fuisse, ostendit, sed mentionem etiam injicit Eggonis Sturii, cujus atque Consangvineorum ope Segeberga ab Obsidione, qua Henricus Leo illam premebat, A.C. 1188. est liberata.

Cap. XV. §. 10. p. 263. Editio Nomocanonis Prima Ripensis, à Matthæo Brandio A. 1504. (9) impressa, & IX. Kal. Jun. absoluta, Textu, cujusvis Capitis Danico, Canuti, Episc. Viburgensis Versionē Latinam, & in illum *Expositiones* atque *Concordantias* attexit. Titulus ejus hic est: *Quædam Breves Expositiones, & Legum ac Jurium Concordantiæ & Allegationes, circa Leges Jutiæ, per Reverendum in Christo Patrem ac Dominum, Kanutum, Episc. Vibergensem, & Venerabilem utriusque Juris Doctorem super Jutorum Legisterium.* Toti Nomocanoni illa subjunguntur: 1. *Constitutio Waldemari Regis per Thordonem Legiferum; it. Articuli ac Correctiones Legum, quas Lille Thord Deghn, Daciæ Legifer, composuit, ex Consensu Meliorum Regni in Parlamento Danorum in Nyburgh, & Rex Voldemarus confirmavit;* 2. Constitutiones aliæ Regum Daniæ, à Waldemari II. temporibus usque ad Margaretæ Imperium, Sermone partim Danico, partim Latino, promulgatæ.

Cap. XV. §. 11. p. 265. Versionem Nomocanonis Saxonicam Antiquam, Amici Beneficio, nuper inspexi. Annum Editionis indicare nequeo. Titulo enim erat orba, & in fine mutila. Prologus Nomocanonis Rhytmis Saxonicis, Trium autem illius Li-

(8) *lit. E. 6. b.* (9) *in 4to.*

brorum Textus ipse Sermone pedestri, expressus Sub finem accedebat Saxonica Anonymi de Juramento & Perjurio Admonitio.

Cap. V. §. 4. & 5. p. 46. 47. Incidi nuper in Medici vicinæ Acad. Kiloniensis Celeberrimi, J. Dan. Majoris, *Prodromum Atlanticæ, vel Regnorum Septentrionalium in Achate Albo expressorum*, Kilonii Anno nuper elapso 1691. (10.) excusum. Valde miror, Virum hunc Doctum, à quo ingentem Archæologiæ nostræ lucem allatum iri sperabam, Conjecturis quibusdam suis haud magni momenti, & Rudbeckii motum Autoritate, Novellam hujus de Cimbrica Chersoneso Sententiam, in gloriam Patriæ Injuriam, Ptolomæi & Veterum pro Ducatibus hisce Testimoniis Illustribus prætulisse, imo Erroris eos ausum insimulare. Maximam ille Schediasmatis Partem in hac consumit consumit Digressione, & veram proprieque dictam Chersonesum Cimbricam *in Extremis supra ac Circa Lapponiam, Europæ terminis, sive in Districtibus Terrarum Citerioribus qui à Lapponia ad Mare Album, Biarmiæ ac Russiæ obversum protenduntur*, cum Rudbeckio inani labore vestigat (11) Itineris Posterorum Gomeri (quem primum Cimbrorum credit esse Parentem) è Chaldæa in infelicem hunc Septentrionis Angulum *quem nebulæ malusque Juppiter urget*, Hodœoporicon peculiare, ac Migrationum ex isto in Sveciam, Daniam ac reliquam Europam, Recensum prolixum, novem continuis Capitibus (12) non ex Veterum, quibus solis fides in Controv. hac tuto potest haberi, Testimoniis, sed meris Ingenii sui Conjecturis, exhibet. In foro Physico atque Medico Conjectu-

(11) Cap. 13. & 15. (12) Cap. 13-21.

jecturas istiusmodi, si ingeniosæ sint & verisimiles, applausum aliquem seculo hoc Novaturiente mereri, & Veterum Autoritate jure nonnunquam præferri, lubentes largimur. Dispar autem est Historiæ ratio, quæ istas huic suevit posthabere, imo, si illi adversentur, omnino explodere. Nomina aliquot locorum, quæ allegantur, propria, levicula soni affinitate Cimbriæ cognata, quæ in Tractu isto Lapponiæ vicino occurrunt, cum alia desint argumenta, attendi, uti ex dialecticis *Capite III.* (13) monui, non meretur, & in Anglia etiam, aliisque Regionibus, passim sunt obvia. Eodem Argumento Onomatologico commentis suis atque fabulis fidem conciliare sunt annixi Joh. Annius, Joh. Goropius Becanus, Suffr. Petri, aliique Pseudo-Historici, quos, cordatorum omnium judicio, scopo suo excidisse, nemo ignorat.

MANTISSA

Παραλειπομένων PARTIS SECUNDÆ.

Cap. II. §. *8. p. 28.* Umbaldus iste Abbas Heidenheimiensis, Wilibaldi Eystettensis Frater, diversus itidem est, meo judicio, à Doctore ejusdem Nominis Anglico, Frisiorumque Apostolo, de quo commentamur.

Cap. III. §. *8. p. 53, 55.* Duplex, dum paginas hasce relego, observavi Sphalma meum, circa Annos ætatis Ansgarii, μνημονικόν. Obiit enim ille Anno ætatis non *sexagesimo* [qui in *lineam 24. paginæ 53.* irrepsit] sed *sexagesimo quarto*, ac proinde A. 816. [quo in Sueciam profectus esse falso perhibetur] non undecennis fuit [quod παρόραμα *pag. 55. lin. & 6.* observabis] sed quindecennis.

(13) §. 1, p. 15.

Cap. III. §. 13. p. 66-70. Anno 946. Tres Cimbriæ Episcopatus Slesvicensem, Ripensem & Aarhusiensem, esse fundatos, ac Haraldum, Liefdagum, & Reginbrandum iisdem præfectos, J. Svaningius Jun. (14) ex Loco Adami Bremensis illustri ὀφθαλμοφανερῶς ostendit. Testatur Adamus initium horum Jutiæ Episcopatuum incidere in Annum XII. Archiepiscopatus Adaldagi, Metropolitani Hamburgensis. At is, juxta eundem (16) A. C. 988. & Archiepiscopatus 54. vivis excessit. A quo si Computum Retrogradum exordiaris, Auspicia Archiepiscopatus ejus ad A. 935. esse referenda. Annum vero ejusdem XII. & Cimbricorum Episcopatuum Primum, non alium esse, quam Annum Æræ Christianæ 946. liquido deprehendes. Ipse tamen Svaningius paulo post, sui oblitus, Marconem primum fuisse Episcopum Slevicensem, & Haraldum isti A. 951. demum fuisse Episcopum Slesvicensem, & Haraldum isti A. 951. demum successisse, non absque insigni ἁμαρτήματι μνημονικῷ perhibet (17) Ericum, quem Cypræus, Dancvverthius, & alii primum Ecclesiæ Slesvicensis Episcopum Anno jam 934. vel 937. ab Unnone constitutum esse, falso arbitrantur, Adamus Bremensis nullibi memorat, Svaningius (18) Episcopis Ordinariis accensendum esse negat, & Stephanius denique (19.) eundem sibi esse videri cum Adami Haraldo, & Saxonis (20) Henrico, haud obscure innuit.

Cap. III. §. 14. p. 74. Cl. Ohrnhiâlmius (21) Miracula Poppo-

(14) *in Prologomenis Chronol. Danica p.* 23. (15) *l. 2 Hist. Eccl. c.* 2. (16) *l. 2. c. 19.* (17) *V. pag. 23. & 69* (18) *l. c. p.* 23. (19) *in Notis ad Saxonem Gramm. p.* 209. (20) *l. 10. Hist. Dan. p. m.* 189. (21) *l. 2. Hist. Eccl. Sveo-Goth. c. 5. p.* 134-137.

Popponis, Adamum secutus, imperante Danis Erico Sveco, esse patrata existimat. Plus justo autem Historicorum de Tempore illorum Dissensum exaggerat, hæc verba subjungens (22) *Prope est, ut Danicorum Autorum illa Dissensio omnem Miraculis istis fidem detrahat.*

Cap. VI. §. 1 p. 131. Conjugio Schuldorpii patrocinatur etiam Scriptum, cujus mentionem nuper in *Tomo Monumentorum Sereniss. Principis, Rudolphi Augusti D. Brunsvic. Autographorum Secundo* (23) observavi, Vernaculum, A. 1529. excusum (24) Grund und Orsacke / worup Marqu. Schuldorp hest syner Süster Dochter ter Ehn genammen / bewert Ern Nicolaum Ambsdorf, Licentiaten, und Ern Mart. Luthern, Doctor in der hilligen Schrifft.

Cap. VI. §. 10. p. 170. 171. 172. Quæ de Tolerantia Erroris Chiliastici h. l. Sanctissimorum Ecclesiæ Priscæ, qui eidem patrocinati sunt, Doctorum veneratione motus, disserui, nec ad Crassioris Chiliasmi trahenda sunt Hyperaspistas, nec ad illos subtilioris Amasios, qui aliis etiam Erroribus Fanaticis sunt infecti, aut Catholicam in Regno Millenario Ecclesiæ ac Reip. non Emendationem, sed πανολεθρίαν, expectant. Horum enim Dogma seditiosum est, ac proinde non Cleri solum, sed & Magistratus Politici Censuris merito obnoxium.

Παραλειπόμενα PARTIS TERTIÆ.

Cap. III. §. 10. ad A. 1248. Juditha Nomen Sophiæ huic Brandeburgicæ falso tribuitur ab ipso Cypræo, *in Annalibus Episcc. Slesv. l. 2. c. 4. p. 243.*

Cap. III. §. 13. ad A. 1376. Sacellum hoc sive Templum, quod Sonnichium Kule A. 1376. Cypræus tradit

(22) *p. 136.* (23) *p. 152.* (24) *in 4to.*

dit condidisse, Spiritui Sancto est Sacrum, & Danicis hoc tempore, quæ hebdomadatim illic habentur, Concionibus dicatum.

Παραλειπόμενα PARTIS QUARTÆ.

Cap. I. §. *4.* In Collegium Professorum Acad. Kiloniensis Philosophicorum A. 1692. M. Februario, quo hæc scribo, ineunte, receptus est HENR. MUHLIUS Bremensis, Morhofii in Poëtica, Hasemmülleri autem in Græca & Hebræa Professione Successor.

Cap. X. §. *19.* Mauritii, Kortholti & Führsenii Scriptis quæ laudavimus, addi merentur ANT. REISERI, Ædis apud Hamburgenses Jacobææ non ita pridem Antistitis, *Gravamina non Injusta*, oder rechtmässige Beschwerden über den heutiges tages sehr zerrütteten Zustand deß Evangelischen Kirchen-Wesens. Qui Libellus, Francofurti A. 1676. *(25)* excusus, sola, quæ in Ordine Ecclesiastico grassantur & Emendationem seriam desiderant, Vitia enumerat.

SPICILEGIUM

Sphalmatum Partis I. Typographicorum ἐξοχωτέρων, post illam jam publicatam ab Autore observatorum.

Pag. 13. lin. 8. pro SCHONEVEDE leg. SCHONEVELDE. P. 51. l. ult. pro ἀνωνύμαις l. ἀνωνύμως. p. 54. l. 23. pro 1449. l. 449. l. 25. pro 1446. l. 446. p. 66. l. 8. pro *Pontificium* l. *Pontificum*. p. 77. l. 10. pro *Derelictorura* l. *Derelictorum*. p. 85. l. 1. pro XII. l. XIII. p. 108. l. 13 pro *Judii* l. *Judicii* p. 135. l. 2. pro *Sequiseculo* l. *Sesquiseculo*. p. 152. l. 2. pro *primas* l. *prima*. p. 159. l. 1. pro eingesetzet l. entgegen gesetzet. p 168. l. 26. Deleantur Syllabæ initiales *cuti* p. 193. l. 1. pro *eadem* l. *eadem* p. 201.

(25) in 12mo.

201.l. 23.pro PETER l.PETRUS.p.219. l. 26. pro *Dania* l. *Dania*.p.221.l.18.pro *majorem* l.*majorum*. p. 225.l.3.pro *Elegiis* l.*Elogiis*.p.245.l.10.pro *Insignũ* l. *Insignĩ*.p. 269. l.2.pro 1593.l.1573.p.283.l.pro τῶο l.τῶν p.287.l.18. pro *Lania* l.*Dania*.l.22.pro *Perfidia* l.*Perfidiæ*.p.288.l.20.pro *castigatus* l.*castigatus*.p.291.l. 15. pro *p*. 167 l.*p.167.l.16*.p.292.l. 25. pro *R. L.ac.*

CATALOGUS
Sphalmatum Typographicorum Partis Secundæ.

P. 17. l. 16. & 17. pro *æstimaveverunt* l. *æstimaverunt*. p. 20. l.20.pro *Vltras* l. *Vltraject*. P. 23.l. 2. pro *Episcopatus* l. *Episcopali*.p.24.l.23. pro 6. 38. l. 638. p. 25.l.27.pro *Metrop c. 6*.l.*lib.1.Metrop.c. 6*. p. 27. l. 6. pro *quam* l.*quem*. p. 32. l. ult.pro *lib.2. Hist*. l.*lib. 1. Hist*. p. 33. l. 28. pro *excusæ* l. *excusa*. p. 34. l. 23. pro *Bellandi* l. *Bollandi (13.)* p. 35.l.23. pro *Heirєimchii* l. *Heimreichii*.p.37.l.3.pro *Vossius* l. *& Vossius*.p.42.l.28. pro *Initis* l.*Initiis*.p.44.l.28.pro *obiter* l.*obiit*. p.47.l. 21 pro 735.l.835.p.52.l.24.pro III. l.111.p.53.l.24. pro *Sexagesimum* l.*Sexagesimum quartum*.p.55.l.5. & 6. pro *Vndecennem* l.*Quindecennem*.p.57.l.18.pro *Sex* l.*quinque*.p.60 l.27.pro 169.l.1690.p. 61. lin. 23. pro *Svecia* l *Svecica*.p.76. l.19. pro *Virtute sua* l. *Virtute sua &* p.101.l.27.pro *14 a* l.*I.4.a*.p.116.l.9.pro *1664*. l.*A.1664*.p.129.l.4.pro *& veritus* l.*est veritus* p.134. l.20.pro bespchranck l.beschraackt.p.135.l.3.pro tũhẽ l. tũgen.l.24.pro *ductus* l.*Seductus*.p.146.l. ult pro *Confectr*. l. *Conjectr*.

Partes Isagoges hujus Tertia & Quarta, una cum Ultimis Secundæ Octernionibus Lipsia, ubi excuduntur, ad me nondum sunt transmissæ, nec proinde Sphalmatum, quæ in iisdem occurrunt, texere mihi

licet

[illegible]et Catalogum. Tute, l. B. cujus istæ se oculis prius forte, quam meis, offerent, haud gravate illa, quo es candore, emendabis. Haud tantum illorum fore numerum, quanto *Partem I.* Incuria operarum Hamburgensium, quibus merito indignor, deformavit, spē certam mihi injicit Typothetæ atque Correctoris Lipsiensis, quam, in Octernionibus jam transmissis, perspexisse mihi videor, Diligentia.

Indicis Sphalmatum Partis Secundæ Typographicorum Continuatio.

Pag. 178 lin. 4 pro *autem* leg. *autem ad.* p. 193. l. 1. pro *Vitæ* l. *VItæ* seu *Sextæ*. p. 199. l. 15. & 16. pro *vellicarent* l. *vellicarunt*. p. 203. l. 19. & 20. pro Ordens. Gefässe l. Ordens Gefässe. p. 210. l. 14. post vocem *dissecto* omissæ sunt tres sequentes, *motu mere naturali*. p. 219. l. 13. pro *Anno* l. *Annus*.

Index Sphalmatum Partis III.

Pag. 231. l. 11. deleatur vocula finalis *est*. p. 236. l. 5. pro *allii* l. *alii*. p. 240. l. 5. pro *Anglicam* l. *Angliam*. p. 247. l. 3. pro *Chronicographica* l. *Chronographica*. p. 249. l. 13. pro *Anno Seculari* l. *Anno Seculari 1600*. p. 272. l. 12. pro *inclaruerune* l. *inclaruerunt*. p. 274. l. 2. pro *Polyatro* l. *Poliatro*; l. 12. pro *Georg.* l. *Gregorius*. p. 282. l. 25. seu penult. pro *Tractu* l. *hoc Tractu*. p. 284. l. 7. pro *Flenepoli*. l. *Flenopoli*. p. 287. l. 20. pro *Svvardum* l. *Sivardum*. p. 302. l. 8. pro *vicinase* l. *vicina se*. p. 304. l. 22. pro *In eo* l. *Is eo*. p. 307. l. penult. pro *69-6712*. l. *696-712*. p. 317. l. penult. pro *ncerti* l. [illegible]*certi*. p. 326. l. 14. *Rickersten* l. *Rickertsen*. p. 350. l. 1. pro *quadrienni* l. *quadriennii*. p. 351. l. 6. pro *Vbi* l. *Vrbi*. p. 354. l. 4. & 5. pro *Judicio* l. *Indicio*. p. 358. l. 19 pro ghe[illegible]ndo l. gh[illegible] p. 368. l. 2 post vocem *præfectus* adde sequentia: ⊖ *M. Dec. A. 1591.*

FINIS.

Digitized by Google